This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lg 4.140



TRANSFERRED FROM THE
Divinity School Library,
10 Feb. 1881.

RECEIVED FROM
Col. Benj. Loring.
18

AULI GELLII
NOCTES ATTICAE.

COLLATIS
MSCPT. GUELFERB. ET EDD. VETT. RECENSUIT,
ANNOTATIONIBUS CRITICIS ETC. ILLUSTRAVIT,
INDICIBUSQUE COPIOSISSIMIS
INSTRUXIT

ALBERTUS LION,
PHIL. DR. IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA PRIVATIM DOCENS.

DIVINITY SCHOOL
LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY

VOL. II.

GOTTINGAE
APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXIV.

Lg4.140

A. GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
LIBRI XX.

A. GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
COMMENTARIUS.

LIBER DECIMUS.

CAPUT I.

***Tertiumne consul*, an *tertio*, dici oporteat; et quonam modo [Cn.] Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos [in]scriberet, quaestionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.**

Familiari meo cuipiam literas Athenis Romam misi. In iis scriptum fuit, me illi iam *tertium* scripsisse. Is ad me rescripsit, peti- 1 2 3

LIB. X. In Gisel. est: *Liber XI. incipit*; unde Lips. Epistoll. Quaestt. 5, 8. suspicatur e prioribus librum unum periisse. Idem post finem libri noni in Gisel. legi dicit: *Lib. X. explicit, incipit XII. feliciter.* Etiam cod. Torn. incipita decimo, qui *undecimus* inscribitur. v. Praefat.

Cap. I. *Cn.*] Praenom. omit. codd. Gron.; iidem hab. simplex *scrib.* h. l. et in vv. Tironis §. 7.

§. 3. *Is -- rescr.*] Guelf. om. vv. *Is -- rescr.* —

vitque, ut rationem dicerem, cur *tertium*, ac non *tertio* scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque mihi videretur, facerem se certiorem: *tertiumne consul* et *quartum*, an *tertio* et *quarto* dicendum esset: quoniam Romae doctum virum dicere audisset *tertio* et *quarto consul*, non *tertium quartumque*: idque in principio libri Coelium scripsisse; et Q. Claudium in libro undevicesimo: *C. Marium creatum septimo consulem*, di-
4 xisse. Ad haec ego rescripsi nihil amplius, quam verba M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius cum Coelio, doctioris, quibus verbis utrumque, de quo ad me scripse-
5 rat, decideretur. Nam et Varro satis aperte, quid dici oporteret, edocuit; et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam
6 facere absens nolui. Verba M. Varronis ex libro *Disciplinarum* quinto haec sunt: *Aliud*

Dicerem] Steph., invitis libb., *redderem*. De re cf. Dissert. de Tirone supra l. p. 57 sq. — *Quoque*] Guelf. *quo*. — *Quoniam*] Iunt. Ald. et Gryph. (1542. 1591.) in marg. *quom* s. *cum*. — *Libri*] Guelf. *libro*. Numerum libri desiderabat I. G.; commodius dicere Ciceronem (Brut. c. 26.): L. Coel. Antipater in prooemio belli Punici. Deinceps *und.* s. *undeviges*. hab. omnes Gron. codd. Guelf. et edd. vett. In marg. Scriver. cod. ex Ms. et in Palat. *duodevig.* est; in ed. Gryph. 1539.: *in lib. XI.* Varietatem ortam omissione numeri ante *Coel.* (*undecimo* fort. V. Addenda p. 901.) suspicatus est I. G. Mox Sciopp. hab. *creat. cons. sept.*; Guelf. om. *septimo*.

§. 4. *Rescripsi*] Guelf. *rescripsisse*. — *Verbis*] Edd. ante Iunt. *verbum*.

§. 5. *Quid*] Guelf. *quod*; mox *qui esse doct. dic.*

§. 6. *Quinto*] Hunc numerum pro *IV.* restitui e codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett.; mutaverat Steph. cf. etiam Non. 5, 50. sub v. *quartum*. —

est quarto *praetorem fieri et* quartum: *quod* quarto *locum adsignificat ac tres ante factos:* quartum *tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit:*

Quintus pater quartum fit consul:

et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet, consul tertium *aut* tertio, *extremas literas non [con]scripsit.* Quod de Pompeio Varro breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius, Ciceronis libertus, in epistola quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum: *Cum Pompeius,* inquit, *aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores [in]scriberentur, quaeri coeptum est, utrum* consul tertio *inscribendum esset, an* tertium. *Eam rem Pompeius exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis; cumque dissentiretur, et pars* tertio, *alii* tertium *scribendum contenderent, rogavit,* inquit, *Ciceronem Pompeius, ut, quod ei rectius videretur, scribi iuberet:* 7

Et] Ex Non. legendum videtur *aliud* pro *et.* Idem mox ex Varr. semel *significat*, semel *signat* laudare videtur. — *Adsignificat* etc.] Guelf. *signif. et est ante f.* — *Quod scripsit*] Edd. vett. *conscripsit*; quod recepit Long. Thys. *cum scripsit.* Guelf. *quid scr.* — *Quartum*] Guelf. *quartus.* — *Conscripsit*] Edd. vett. iterum *conscripsit*; simplex v. *scripsit* firmat Guelf.

§. 7. *Subobscure*] Guelf. *obscure.* — *Victoriae*] Sciopp. *Minervae*, laud. Plin. H. N. 7, 27. Ad Donati Romam 3, 8. provocat I. G. — *Vicem*] Edd. ante Iunt. *vice.* Mox edd. ante Iunt. hab. *et hon. inscriberet*; Iunt. *inscriberentur*; codd. praeter Guelf. simplex *scrib.* hab. v. supr. ad lemma. — *Exquisitissime*] In Scriv. cod. annotatum: *exquisiturus.* Deinde al. (?) hab. *dissentirent.* —

tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opinionem improbasset, ipsos videretur improbasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque tertium *neque* tertio *scriberetur: sed ad secundum usque T fierent literae: ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua*
8 *verbi lateret.* Id autem quod et Varro et Tiro dixerunt, in eodem nunc theatro non
9 est ita scriptum. Nam cum multis annis postea scena, quae prociderat, refecta esset, numerus tertii consulatus, non, uti initio, primoribus literis, sed tribus tantum lineolis in-
10 cisis significatus est. In M. autem Catonis quarta Origine ita perscriptum est: *Carthaginienses sextum de foedere decessere.* Id verbum significat quinquies ante eos fecisse con-
11 tra foedus, et tum sextum. Graeci quoque in

Opinionem] Guelf. *opinione*ȝ (opinionem). Etiam cod. Torn. et edd. vett. exhib. *opinionem*, ita ut numerus multitudinis, qui vulg. legebatur: *opiniones*, ex correctione profectus videri possit. — *T -- lit.*] Guelf. *usque tertium fierent lit.* Edd. vett. post *lit.* add. *tert.*, unde Thys.: TERT. — *Dictio*] Pronunciatio. *Thys.*

§. 9. *Uti*] Guelf. *ut.* — *Primoribus*] Ita codd. Gron. et Guelf. Vulg. *prioribus;* quod correxit iam Steph. — *Lineolis*] Post v. *lin.* edd. vett. (praeter Iunt.) add. *III.* ut in iisdem est: *literis Tert.* (Iunt. *terti*, Ald. *tertii*). Desunt haec in codd.

§. 10. *Quarta*] Ita inde a Iunt. et Ald. edd. vett. Guelf. et Linc. Edd. vett. hab. *quarto* vitiose. cf. ad 7, 3, 7. *Perscr.* pro simplice (Guelf.) *script.* dedi e Reg. Flor. et Torn. atque Iunt. et Ald. — *Decessere*] Al. (?) *decedere*, quod praefert Perizon. Animadvv. histt. c. 10. sub fin. p. 469. ed. Amstel. ut sit infinit. historicus.

§. 11. *In*] Edd. ante Iunt. om. *in*. Ceterum in

significandis huiuscemodi rerum numeris τρίτον καὶ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo, quod Latine dicitur: *tertium quartumque.*

CAPUT II.

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

Aristoteles philosophus memoriae tradidit, 1
mulierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam; eumque esse finem dixit multiiugae hominum partionis, neque pluris unquam simul genitos compertum. Hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed et, divo 2
Augusto imperante, qui temporum eius historiam scripserunt, ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt; eosque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum, non multo post quam peperit, mortuam; monumentumque ei factum, iussu Augusti, in via Laurentina; inque eo scriptum esse numerum puerperii eius, de quo diximus.

Graecis huiusmodi inscriptionibus leguntur etiam literae, ut ὕπατος τὸ Γ. v. Gruter. p. CCCXV, 9. CDVI, 10.

Cap. II. *Mandaverit*] Cod. Torn. *emandav.*

§. 1. *Aristoteles*] Hist. Anim. 7, 4. cf. Tertull. de Anima c. 6. *Falster.* p. 262. et 263. — *Puer. enix.*] Steph., invitis codd., *enix. puer.* Deinde Linc. *eamque.* cf. 1, 3, 16. — *Partionis*] Guelf. *portionis.* In uno Ms. *portationis;* in alio *partit.*; in Reg. superscriptum: *parturionis.* cf. Plin. H. N. 7, 3. — *Compertum* etc.] Guelf. *optus hunc aut. ait esse numer. rar.*

§. 2. *Laurentina*] In Scriv. cod. *Lavicana;* unde Thys. *Lavinia*; edd. ante Iunt. *Laurentia.* Vul-

CAPUT III.

Locorum quorundam illustrium collatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.

1 Fortis ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior, ampliorque
2 esse M. Tullio, ferri id quî potest? Legebamus adeo nuper orationem Gracchi *De Legibus promulgatis*, in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani, quanta maxima invidia potest, con-
3 queritur. Verba haec sunt, quae super ea re fecit: *Nuper Teanum Sidicinum consul venit, uxor eius dixit, [se] in balneis virilibus lavari velle. Quaestori Sidicino a M. Mario*

gat. tuentur omnes Gron. codd. et Guelf. Sequens *eo* omit. Linc.; elegantissimam sic fore tmesin et certe Gellio dignam censebat I. G. — *Eius*] Guelf. *eiusdem.*

Cap. III. *Collatio*] Guelf. *conlat.* quod fort. propter seq. *cont.* restituendum est.

§. 1. *Ac*] Edd. ante Iunt. *et.* Mox pro *nonnul.* Guelf. *nullis.*

§. 2. *Marium*] Cod. Torn. *Maurium*, et sic in sqq.

§. 3. *Teanum Sidic.*] Guelf. *tecinum sedic.* — *Uxor — dixit*] Codd. quidam Gron. et Steph. *uxor edixit*; edd. vett. et Guelf. *uxorem dixit*; nostrum hab. Reg. Flor. Lugd. maior et Torn. aliique. Uxor *edicere* reip. temporibus non potuit. *em* in *uxorem* s. *e* in *edixit* natum esse e nota, qua scriptum fuit *eius*, intellexit I. G. Long. edidit: *uxor dixit eius.* Sequens *se* om. edd. vett. et Guelf. Hinc uncis seiunxi. cf. 7, 18, 10. — *Sidicino*] Plerique codd. *Si-*

datum est: negotium, uti balneis exigerentur, qui lavabantur. Uxor renuntiat viro, parum cito sibi balneas traditas esse, et parum lautas fuisse. Idcirco palus destitutus est in foro: eoque adductus suae civitatis nobilissimus homo M. Marius. Vestimenta detracta sunt, virgis caesus est. Caleni, ubi id audierunt, edixerunt, ne quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob eandem causam praetor noster quaestores arripi iussit: alter se de muro deiecit: alter prensus et virgis caesus est. In tam atroci re, ac tam misera atque moesta 4
iniuriae publicae contestatione, ecquid est, quod aut ampliter insigniterque, aut lacrimose atque miseranter, aut multa copiosaque invidia, gravique et penetrabili querimonia di-

dicinam Mario; Lugd. min. *Sidiciomi.* Videntur innuere ipsum M. Marium fuisse Quaestorem Sidicinum, et eius dignitatis iure pertinebat ad illum cura balneorum publicorum, ut pars vectigalium. *I. Gron.* Vulgatum firmat Guelf. — *Lavabantur*] Guelf. *lavabant.* — *Destitutus*] Al. (marg. Gryph. h. l. et §. 11.) *defixus.* Vet. cod. Sciopp. h. l. et §. 11. *destitus*; laudat Sciopp. Varronis: si eorum colla in furcas destitutas incluserat; et Cuiac. Obss. 10, 24. *Destitutus* est pro simplici *statutus.* Dein pro *adduct.* edd. ante Iunt. *advectus.* — *Ferentini*] Scalig. *Ferenti.* cf. Horat. Epist. 1. 17, 8. — *Prensus*] Sic codd. Flor. Linc. Guelf. et ms. Gebhard. Antiqq. LL. 2, 15. cf. 4, 10, 8.; *pensus* Lugd. min. Vulg. *prehensus.* In Reg. et aliis vv. *Caleni--caesus est* omissa sunt.

§. 4. *Ecquid*] Steph. et edd. vett. ante Iunt. *etquid;* Iunt. *et quicquid est.* Nostrum dedit Ald.; Bonon. *et ecquidquid.* Guelf. *et quid*, qui sic fere semper cum Steph. et Iunt. hab. pro *ecquid.* cf. Zumpt. Gramm. lat. p. 270. Supr. 3, 1, 8. — *Gravique et p.*] Edd. ante Iunt. *gravi et p.* —

xerit? Brevitas sane et venustas et mundities orationis est, qualis haberi ferme in comoe-
5 diarum festivitatibus solet. Item Gracchus alio in loco ita dicit: *Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adolescentium, unum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adolescens pro legato. Is in lectica ferebatur. Ei obviam bubulcus de plebe Venusina advenit, et per iocum, cum ignoraret, qui ferretur, rogavit, num mortuum ferrent. Ubi id audivit, lecticam iussit deponi: struppis, quibus lectica deligata erat, usque adeo verberari iussit, dum animam efflavit.* Haec quidem
6 oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil profecto abest a cotidianis sermonibus.
7 At cum in simili causa apud M. Tullium cives Romani, innocentes viri, contra ius contraque leges, virgis caeduntur aut supplicio

Et] Edd. Rom. Ven. 1472. et Brix. om. *et*. Deinde eaedem cum Bonon. et Guelf. pro *dicit* hab. *dixit*.

§. 5. *Adolescentium*] Edd. vett. Steph. et Guelf. *adolesc.* dederunt pro (Iunt.) *adulesc.* quod iam correxit Long. Mox tamen Steph. *adulesc.* exhib. cf. 1, 2, 15. — *Ex Asia*] Lips. Elector. 1, 19. *in Asiam*. Vulgatum defendit Scheff. de Re Vehic. 2, 5. p. 88. — *Magistratum*] Guelf. *magistratus*. Idem post om. v. *plebe*; tum pro *iocum* hab. *ictum*. — *Struppis*] Vulg. (Guelf.) *stuppis*. cf. Salm. ad Solin. p. 371. Scalig. ad Fest. sub v. *struppus*. Scheff. l. l. p. 90. Intellig. funes et lora. Deinde *religata* malebat Lambec. coll. Liv. poëta ap. Isidor. Orig. 19, 4.: remos iussit religare struppis. Edd. ante Iunt. hab. simplex *ligata*. — *Iussit*] Hoc v. delendum censuit I. Gron. Dein Guelf. hab. *anima*.

§. 7. *M.*] Praenom. h. l. omit. Reg. —

extremo necantur, quae ibi tunc miseratio? Quae comploratio? Quae totius rei sub oculos subiectio? Quod et quale invidiae atque acerbitatis fretum effervescit? Animum hercle me- 8
um, cum illa M. Ciceronis lego, imago quaedam et sonus verberum et vocum et eiulationum circumplectitur. Velut sunt ista, quae 9
de C. Verre dicit: quae nos, ut in praesens potuimus, quantum memoria suppeditabat, adscripsimus: *Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit: ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat: exspectabant omnes, quo tandem progressurus, aut quidnam acturus esset: cum repente hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri iubet.* Iam haec medius fidius 10
sola verba: *nudari ac deligari et virgas expediri iubet*, tanti motus horrorisque sunt, ut non narrari, quae gesta sunt, sed rem geri prorsus videas. Gracchus autem noster non 11
querentis neque implorantis, sed nuntiantis

Extremo] In Ms. *extimo* Lamb. repperit.

§. 8. *Verberum*] Cum Guelf. edd. vett. et Steph. *verborum* restituit Long.; nostram tamen equidem lectionem, undecunque profecta fuerit, a me impetrare non potui ut delerem; quippe quae alteri longe praeferenda mihi quidem esse videbatur; et si viri cuiusdam docti est emendatio, profecto non probari non potest.

§. 9. *Dicit*] Hoc v. om. Lugd. maior; *quae* et *dicit* punctis subnotavit Lambec. V. Cic. in Verr. 5, 62. — *Eminebat*] Edd. vett. *emanabat*. Nostrum Guelf. firmat. — *Nudari* etc.] Ms. Thys. *nudare, deligare, expedire*. cf. Non. sub v. *expedire*.

§. 10. *Motus*] Edd. vett. *metus*. In quod Ms. Thys. *mot. terrorisque*.

§. 11. *Gracchus* etc.] Edd. vett. et Guelf. *Gr.*

vicem: *Palus*, inquit, *in foro destitutus est; vestimenta detracta sunt, virgis caesus est.*
12 Sed enim M. Cicero praeclare, cum diutina repraesentatione, non *caesus est*, sed: *caedebatur*, inquit, *virgis in medio foro Messanae civis Romanus: cum interea nullus gemitus, nulla vox illius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, nisi haec: Civis Romanus sum: hac commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur.*
13 Complorationem deinde tam acerbae rei, et odium in Verrem, detestationemque apud cives Romanos impense atque acriter atque inflammanter facit, cum haec dicit: *O nomen dulce libertatis! O ius eximium nostrae civitatis! O lex Porcia legesque Semproniae! O graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Huccine tandem haec omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces ac securis haberet, deligatus in foro virgis caederetur? Quid, cum ignes*

aut. noster non, unde *noster* adscivi. Dein edd. vett. praeter Iunt. *vice*. V. ad 2, 6, 9.

§. 12. *Messanae*] Guelf. *Messaria*. — *Crepitumque*] Reg. Lugd. maior aliique *strepitumque*; quod recepit Long. Vulgat. firmat Guelf. — *Deiecturum*] Codd. omnes Gron. *duect.* aut (Iunt.) *diiect.* Fort. legend. *disiect.* Nostrum firmat Guelf. De re cf. Quintil. 4, 2, 113.

§. 13. *Impense*] Ita cum Thys. scripsi e Reg. et Lugd. maiore pro vulg. *incense*, quod quidem plures tuentur codd. Gron. et Guelf.; sed mox sequitur *inflamm.*, idem fere exprimens. Steph. Specim. Emendd. p. 160. coni. *intente*. — *Quid*] Guelf. *qui*.

ardentesque laminae ceterique cruciatus admovebantur? Si te acerba illius imploratio et vox miserabilis non leniebat: ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu gemituque maximo commovebare? Haec M. Tullius atrociter, graviter, apte copioseque miseratus est. Sed si quis est tam agresti aure ac tam hispida, quem lux ista et amoenitas orationis, verborumque modificatio parum delectat; amat autem priora idcirco, quod incomta et brevia, et non operosa, sed nativa quadam suavitate sunt, quodque in iis umbra et color quasi opacae vetustatis est: is, si quid iudicii habet, consideret in causa pari M. Catonis, hominis antiquioris, orationem: ad cuius vim et copiam Gracchus nec aspiravit. Intelliget, opinor, Catonem contentum eloquentia aetatis suae non fuisse; et id iam tum facere voluisse, quod Cicero postea perfecit. In eo namque libro, qui *De Falsis pugnis* in- 14 15 16 17

— *Imploratio*] Al. (?) *improbatio*. Deinde pro *len.* ap. Cic. est: *inhibebat*. Guelf. *leniabat* (laniabat?) *nec civ. q. R.* — *Maximo commovebare*] Guelf. *maxime comovebat*.

§. 14. *Apte cop.*] Hic est ordo in codd. Guelf. Reg. Flor. Linc. Lugd. mai. et Pet. pro vulg. *copiose aptequ*e. Lugd. min. *graviterque apte copioseque*. Deinceps Guelf. *commiserat. est*.

§. 15. *In*] Edd. ante Iunt. om. praepos. *in*. Mox pro *opacae* V. D. in Miscell. Belgg. supra (1, 4.) laud. coniecit: *opicae* i. e. rudis, agrestis. Nostrum defendit Otho; pulchre de vetustate id dici quae quasi nubem rebus obducat humanis. — *Hominis* etc.] Guelf. *antiq. homin. orat*.

§. 16. *Perfecit*] Guelf. *profecit*.

§. 17. *Pugnis*] Cf. Non. sub v. Vibices. Al. *poenis*, ut Lips. Var. 3, 14. cf. Mercer. ad Tacit. pag.

scriptus est, ita de Q. Thermo conquestus est: *Dixit a decemviris parum sibi bene cibaria curata esse: iussit vestimenta detrahi, atque flagro caedi: decemviros Bruttiani verberavere: videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est facere; eane fieri bonis, bono genere gnatis, boni consulitis? Ubi societas? Ubi fides maiorum? Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas, per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse? Sed quantum luctum, quantumque gemitum, quid lacrumarum, quantumque fletum factum audivi? Servi iniurias nimis aegre ferunt. Quid illos, bono genere gnatos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuisse, atque habituros, dum vivent?* Quod Cato dixit: *Bruttiani verberavere*, ne qui fortasse de *Bruttianis* requirat, id significat: Cum Hannibal Poenus cum exercitu in Italia esset, et aliquot pugnas populus Romanus adversas pu-

extr. Deinceps edd. ante Iunt. *scriptus* pro *inscr.* — *Bruttiani*] Ms. Schegkii: *Brettiani;* Sciopp. *Bruttii.* Guelf. *bruciani,* s. cum Iunt. Ald. *Brutiani.* cf. Fulgent. de prisco serm. 51. et Strab. 5. quos laud. Falster. — *Verberavere*] Guelf. *verberare.* — *Eane*] Guelf. *eamne*; mox *natis* et *natos*, tum *consultis.* — *Eos dol.*] Non. l. l. *eis dol.*; vulg. *vis, dolores*, quod Mercer. verum esse credebat. — *Contumeliam*] Edd. ante Iunt. *ignominiam.* Vulgat. firmat Non. — *Sed*] Reg. *et.* Dein edd. vett. dederunt bis *quantumque*, quum vulg. *que* bis neglectum esset; in Guelf. exstat *que* posteriori tantum loco, ante *fletum.* — *Vivent*] Steph. *viverent;* invitis codd.

gnavisset; primi totius Italiae Bruttii ad Hannibalem desciverunt. Id Romani aegre passi, postquam Hannibal Italia decessit, superatique Poeni sunt, Bruttios ignominiae causa non milites scribebant, nec pro sociis habebant, sed magistratibus, in provincias euntibus, parere et praeministrare, servorum vicem, iusserunt. Itaque hi sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur *lorarii;* et, quos erant iussi, vinciebant aut verberabant. Quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt *Bruttiani.*

CAPUT IV.

Quod P. Nigidius argutissime docuit, nomina non positiva esse, sed naturalia.

Nomina verbaque non positu fortuito, sed 1
quadam vi et ratione naturae facta esse, P. Nigidius in *Grammaticis Commentariis* docet; rem sane in philosophiae dissertationibus celebrem. Quaeri enim solitum apud philoso- 2
phos, φύσει τὰ ὀνόματα sint, ἢ θέσει. In eam 3
rem multa argumenta dicit, cur videri pos-

§. 19. *Adversas*] Guelf. *adversus*; mox *brutii.* — *Hi*] Edd. vett. *ii.* — *Lorarii*] V. Lips. Saturn. 2, 11.

Cap. IV. *Esse*] Guelf. *etiam* pro *esse.*

§. 1. *P.*] Cf. Muret. VV. LL. 13, 1. et I. G. ad h. l. — *Dissertat.*] Guelf. *decertat.*

§. 2. *Sint*] Ante Steph. hoc v. deerat. Om. etiam Guelf. Ceterum Reg. hab. *philosophos Gr. nominata sunt* (vel *sint*) *Gr.* Lugd. mai. *phil.* φύσει Tao. *Nominata sunt* HTE Eci. Lugd. min. *phil.* ΦyeclTa ONOMATA *sint* H Θecel.

§. 3. *Dicit* etc.] Reg. *dicuntur viderine possint.*

sint verba esse naturalia magis, quam arbitraria. Ex quibus hoc visum est lepidum et festivum:

4 *Vos*, inquit, *cum dicimus, motu quodam oris conveniente cum ipsius verbi demonstratione utimur, et labias sensim primores emovemus, ac spiritum atque animam porro versum et ad eos, quibuscum sermocinamur, intendimus. At contra cum dicimus nos; neque profuso intentoque flatu vocis, neque proiectis labris pronuntiamus: sed et spiritum et labias quasi intra nosmetipsos coërcemus. Hoc idem fit et in eo, quod dicimus tu et ego, et tibi et mihi. Nam sicuti, cum adnuimus et abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret: ita in his vocibus quasi gestus quidam oris et spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Graecis quoque vocibus, quam esse in nostris animadvertimus.*

Lugd. mai. *dr̃* (i. e. dicitur) *videri p.* Inde I. G. *dicit, ut vid. p.*

§. 4. *Labias*] Guelf. h. l. et infr. *labras;* (v. mox labris) mox om. *atque* et hab. *animum.* — *Quibuscum serm.*] Steph. *quibus conserm.*, et ita Linc. atque Guelf.; Lugd. mai. *quibus serm.;* nostrum comprobant Reg. Flor. Lugd. min. alii et edd. vett. — *Intra*] Guelf. *inter.* — *Idem fit*] Steph. *fit idem*; contra codd. Sequens *et* om. edd. ante Iunt. *ut* hab. Guelf. Deinceps Guelf. et edd. ante Iunt. *tu, ego et tibi, mihi*, omissis copulis duabus. Iunt. Ald.: *tu, ego et tibi et mihi*, omissa una copula. Fort. legend. *tu et ego, tibi et mihi.* — *Quidam*] Guelf. *quid'* (quidem?).

CAPUT V.

Avarus simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.

Avarus non simplex vocabulum, sed 1
iunctum copulatumque esse P. Nigidius dicit
in *Commentariorum* undetricesimo: *Avarus*
enim, inquit, *appellatur, qui avidus aeris est;*
sed in ea copula e litera, inquit, *detrita est.*
Item locupletem dictum ait *ex compositis* 2
vocibus, qui pleraque loca, hoc est, qui mul-
tas possessiones teneret. Sed probabilius id 3
firmiusque est, quod de *locuplete* dicit. Nam
de *avaro* ambigitur. Cur enim non videri pos-
sit ab uno solum verbo inclinatum, quod est
aveo: eademque esse fictura, qua est *amarus?*
De quo nihil dici potest, quin duplex non sit.

Cap. V. *Sicut*] Guelf. *sicuti.*

§. 1. *P.*] Praenom. accessit e Reg. — *Enim*] Edd. ante Iunt. om. *enim.* Deinceps Ald. cum Iunt. *appellatus.* — *E* etc.] Vulg. *e, inq., litera.* Ordinem nostrum dant codd. omnes Gron. et Guelf.

§. 2. *Dictum ait*] Edd. vett. *ait dict.* Nostrum ordinem firmat Guelf. — *Pleraque*] In Scriv. cod. annotatum: *plurima.* — *Teneret*] Vet. cod. Thys. et edd. vett. *tenet.* Codd. Gron. et Guelf. hab. *teneret.*

§. 3. *Dicit*] Edd. vett. et Guelf. *dicit* dederunt pro *dixit.* — *Cur*] Guelf. *cum.* cf. Non. sub v. *Avarum.* — *Esse*] V. *esse* accessit ex edd. vett. Deinceps cum Guelf. eaedem ante Iunt. hab. *factura* pro *fict.* et pro *qua* Guelf. *quia*; pro *amar. avarus.* — *Nihil*] *Nihil* in Ms. quod. om. *Thys.*

CAPUT VI.

Mulctam dictam esse ab aedilibus plebei Appii Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

1 Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice [Romae] vindicatum est: ita enim debere esse visa est Romanae disciplinae
2 dignitas inviolabilis. Appii namque illius Caeci filia a ludis, quos spectaverat, exiens turba undique confluentis fluctuantisque populi iactata est: atque inde egressa, cum se male habitam diceret: *Quid me nunc factum esset*, inquit, *quantoque artius pressiusque conflictata essem, si P. Claudius, frater meus, navali proelio classem navium cum ingenti civium numero non perdidisset? Certe quidem maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam*, inquit, *reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quae me male nunc*
3 *miseram convexavit!* Ob haec mulieris verba tam improba ac tam incivilia, C. Fundanius et Tib. Sempronius, aediles plebei, mulctam dixerunt ei aeris gravis viginti quinque millia.

Cap. VI. *Plebei*] Iunt. et Ald. *plebis*. Edd. vett. *P.* hab. pro *pleb.* Guelf. *per.*

§. 1. *Romae*] Hoc nomen unus addidit Steph., invitis codd. Gron. Guelf. et edd.; delevit Long.

§. 2. *Me*] Guelf. et edd. ante Iunt. *in me.* V. Ruddimann. II. p. 217. IV. Mox Guelf. *conflicta essem.* — *Utinam*] Guelf. *nc.* (nunc?).

§. 3. *Plebei*] Guelf. *plebis.* — *Aeris gr.*] De hoc v. Glossarr. Gron. de Pec. Vet. 3, 15. et Thys. ad h. l. Valer. M. 8, 1, 4.

Id factum esse dicit Capito Atteius in commentario *De Iudiciis publicis*, bello Punico primo, Fabio Licino et Otacilio Crasso consulibus. 4

CAPUT VII.

Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rhodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Graeci τὴν ἔσω θάλασσαν appellant, maximum esse Nilum consentitur: proxima magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius. Varro autem cum de parte orbis, quae Europa dicitur, dissereret, in tribus primis eius terrae fluminibus Rhodanum esse ponit; per quod videtur eum facere Histro aemulum. Histrus enim quoque in Europa fluit. 1 2

§. 4. *Licino* etc.] Cod. Torn. cum edd. vett. *Licinio et T. Acilio.* Guelf. *F. et T. Acilio cr. cons.* omisso v. *Licino.* cf. Zumpt. Annales p. 67.

Cap. VII. *Fluminum, quae*] Guelf. *Fluĩum qui*; fort. leg. *Fluviorum qui*; ut Gell. orationem variaverit. — *Ultra*] Varronis scil. et Sallustii aetate; ut contra Ascens. et Thys., qui *intra* legi voluerunt, recte monuit I. G. Ceterum *Istrum* pro *Histr.* hab. edd. vett. v. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 194 sq. — *M.*] Steph. et Guelf. om. h. l. *M.*, sed ille hab. p. 565. Ante *sicut* hab. edd. vett.; in ind. capp. Iunt. et Ald. *siçuti.*

§. 2. *In trib. prim.*] Guelf. *in prim. trib.* — *Histrus*] Reg. et Lugd. mai. *Histros.*

CAPUT VIII.

Inter ignominias militares, quibus milites coërcebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiuscemodi castigationis.

1 Fuit haec quoque antiquitus militaris animadversio, iubere ignominiae causa militi venam solvi et sanguinem dimitti. Cuius rei
2 ratio in literis veteribus, quas equidem invenire potui, non exstat: sed opinor factum hoc primitus in militibus stupentis animi et a naturali habitu declinantis; ut non tam poena
3 quam medicina videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinem; quasi minus sani viderentur omnes, qui delinquerent.

Cap. VIII. *Dimis.*] Iunt. *demis.* — *Esse videatur*] Guelf. *videatur esse.*

§. 1. *Dimitti*] Gryph. marg. *mitti.*

§. 2. *Stupentis* etc.] Codd. Gron. non pauci: *stupentibus--declinatis*; *declinatis* hab. etiam Guelf. et Steph. Vulgat. tuetur Ioan. Sarisber. De Nug. Curial. 6, 12. I. G.: Mihi videtur, olim hanc unam vel poenae vel ignominiae speciem fuisse inter milites, ut hinc Romanis in ore manserit: dandum esse invidiae sanguinem, (Liv. 3, 14.) et simile, quod deinde aliis notis inventis obtinuit in certo genere. cf. Lips. de Mil. Rom. 5, 18. Pro *atque a nat.* Sarisb. et Guelf. dederunt *et a nat.*; mox Guelf. *non ut* pro *ut non.*

§. 3. *Idem fact.*] Sarisb. *id fact.* — *Delinquerent*] Edd. ante Iunt. *deliquerunt.* Bonon. *delinquerent.* Sarisb. *qui contra officium delinq.*

CAPUT IX.

Quibus modis, quoque habitu acies Romana instrui solita sit, quaeque earum instructionum sint vocabula.

Vocabula sunt militaria, quibus instructa 1
certo modo acies appellari solet: *frons*, *subsidia*, *cuneus*, *orbis*, *globus*, *forfices*, *serra*, *alae*, *turres*. Haec et quaedam item alia in- 2
venire est in libris eorum, qui de militari disciplina scripserunt. Translata autem sunt ab 3
ipsis rebus, quae ita proprie nominantur: earumque rerum in acie instruenda sui cuiusque vocabuli imagines ostenduntur.

CAPUT X.

Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani annulum in eo digito gestaverunt, qui est in manu sinistra minimo proximus.

Veteres Graecos annulum habuisse in di- 1
gito accepimus sinistrae manus, qui minimo est proximus: Romanos quoque homines aiunt

Cap. IX. *Sint*] Edd. ante Iunt. *sunt.*

§. 1. *Certo*] Guelf. om. *certo.* — *Subsidia*] Intellig. posterior vel secunda acies. v. I. G. — *Forfices*] Guelf. *fortifices.*

§. 3. *Ita*] Guelf. *sunt.* — *Sui*] Gron. pater margini adscripsit: *suae*; *sui* hab. codd. et edd. omnes.

Cap. X. §. 1. *Proximus*] Macr. Sat. 7, 13. p. 676. Zeun. *qui min. vicinus est*; et postea *digitum — min. proximum.* Plura omnino de hac quaestione tradidit Macr. cf. Kirchmann. de Annulis p. 25 sq. Falster. p. 264 sq. — *Plerumque annulis*] Guelf. *plerique annulis*, omisso v. *usitat.*

2 sic plerumque annulis usitatos. Causam esse huius rei Apion in libris Aegyptiacis hanc dicit: quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit, quas Graeci ἀνατομὰς appellant, repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire: propterea non inscitum visum esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.

CAPUT XI.

Verbum *mature* quid significet: quaeque vocis eius ratio sit: et quod eo verbo vulgus hominum improprie utitur: atque inibi, quod *praecox* declinatum *praecocis* facit, non *praecoquis*.

1 *Mature* nunc significat *propere* et *cito*, contra ipsius verbi sententiam; aliud enim est
2 *mature* quam [quod] dicitur *[propere]*. Propterea P. Nigidius, homo in omnium bona-

§. 2. *Apion*] Sic Pet. et Lugd. uterque et Sarisber. Vulg. *Appion*. V. 5, 14, 1. — *Repertum*] Al. (?) *apertum*, *compertum*; quod hab. Sarisber. l. supra c. 8. l. — *Pergere*] Sarisber. *pertingere*. — *Inscitum*] Guelf. *institutum*. — *Eum* etc.] Edd. ante Iunt. *eum digit. potis*.

Cap. XI. *Significet* etc.] Edd. ante Iunt. *significat*, *quaeque eius vocis*. — *Facit*] Guelf. et Torn. *faciat*.

§. 1. *Propere*] Guelf. *prope*. — *Quod*] In nullo cod. (etiam Guelf.) exstat; et *propere* non requiri vidit I. G., qui intelligit: *quam dicitur*, nempe modo a me, quum notavi eo sensu dici.

§. 2. *Propterea*] Guelf. om. *propterea*. Edd.

rum artium disciplinis egregius: *Mature*, inquit, *est, quod neque citius est neque serius: sed medium quiddam et temperatum est.* Bene atque proprie P. Nigidius. Nam et in frugibus et in pomis *matura* dicuntur, quae neque cruda et immitia sunt, neque caduca et decocta, sed tempore suo adulta maturataque. Quoniam autem id, quod non segniter fiebat, *mature* fieri dicebatur, progressa plurimum verbi significatio est, et non iam, quod non segnius, sed quod festinantius fit, id fieri *mature* dicitur; quando ea, quae praeter sui temporis modum properata sunt, *immatura* verius dicantur. Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divus Augustus duobus Graecis verbis elegantissime exprimebat. Nam 3 4 5

vett. hab. *quam quod dic. propere,* omisso etiam seq. v. *propterea;* unde etiam illud *propere* suspectum fit. *P.* addidit Steph. et hab. edd. vett. cum Guelf. et codd. Gron. et postea §. 3. e Reg. iterum adiunxi. cf. Macrob. 6, 8. — *In*] Macr. om. *in.* — *Est*] Macr. om. *est.*

§. 3. *Decocta*] In quod. cod. annotatum: *decoqua. Thys. Decocta* sunt: admodum cocta. v. Gron. Diatr. in Stat. p. 69. Macr. *nimium cocta;* deinceps: *temperate adulta,* omisso v. *maturaque,* pro quo Steph. edidit *maturataque;* secutus nimirum edd. vett. et Guelf. Restitui in locum vulgati *maturaque.*

§. 4. *Quod*] Guelf. om. *quod.* — *Significatio*] I. G.: Quis credat ideo progressam multum fuisse hanc significationem, quoniam mature fieri dicebatur, quod non segniter fiebat? Longe commodius legi videtur in aliis Mss. *progr. pl. v. significatione non iam quod* etc. Apparet enim istas voces ad sequentem maxime pertinere. — *Festinantius*] Ita Reg. aliique codd. hic et infr. §. 8. pro edd. vett. Steph. et Guelf. *festinatius.*

§. 5. *Graecis* etc.] Macr. *verbis Graecis elegan-*

et dicere in sermonibus et scribere in epistolis solitum esse aiunt: *Σπεῦδε βραδέως*: per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae tarditas. Ex quibus duobus contrariis fit *maturitas*.
6 Virgilius quoque, si quis animum attendat, duo ista verba *properare* et *maturare* tanquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus:

Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quae mox coelo properanda sereno,
Maturare datur.

7 Elegantissime ista duo verba divisit. Namque in praeparatu rei rusticae per tempestates pluviasque quoniam otium est, maturari potest: per serena[s], quoniam tempus instat, prope-

ter expr. Deinceps Steph. edidit: *Namque et dic.* Particulam *que* ignorant etiam codd. Torn. et Guelf. — *Aiunt*] Cf. Suet. Aug. 25. Macr. *solitum ferunt*; mox: *tarditas dilig.* — *Duobus*] Potuit dicere *duabus*. Thys.

§. 6. *Virgilius*] Georg. 1, 259 sq. ibique Serv. Infr. ad 16, 14. — *Plane* etc.] Edd. ante Iunt. *plane re sonantia* (s. *resonantia*) *contraria*. Mox Macr. *his vers.*; in vers. Virg. *agricolas*.

§. 7. *Elegantissime* etc.] Macr. *bene et eleganter duo ista v.* — *Praeparatu*] Ita Reg. duo Lugd. et Ald. cum Macr.; *properatu* Guelf. et edd. vett.; *praeperatu* vet. cod. Scal. et Steph.; *proparatu* Linc. — *Pluviasque*] Ita scripsi cum edd. vett. Vulg. deerat *que*, quod vel excidisse videtur propter seq. *quon.*, vel abiectum, quod mox *per serenas* legitur; ubi *serenae tempestates* contrariae sunt *tempestatibus pluviis*. Mihi vero, si quidem recte *que* restitui, dubium nullum est, quin *serena* scribendum sit, quod ex Virg. sumsisse Gell. videtur (Georg. 1, 393. cf. Valer. Fl. 1, 332.). Literam *s* igitur uncis seiunxi.

rari necessum est. Cum significandum autem est, coactius quid factum et festinantius, tum rectius *praematurе* factum id dicitur, quam *mature:* sicut Afranius dixit in Togata, cui *Titulus* nomen est: 8

Appetis dominatum demens praematurе praecocem.

In quo versu animadvertendum est, quod *praecocem* inquit, non *praecoquem;* est enim casus eius rectus non *praecoquis*, sed *praecox.* 9

Ceterum Zeun. ad Macr. *et pluvias* malebat. Deinceps Macr. *quoniam ex necessitate otium est*; tum: *per scr. vero -- necesse est.* Pro duplici *quoniam* edd. ante Iunt. hab. *quando;* Iunt. *quom*, i. e. *quum;* unde Ald. bis *cum* dedit. — *Est*] Forsan hic quaedam desunt, ut illa ex Catone, quae apud Serv. inveniuntur. *Thys.* Frustra! Quae Serv. ex Catone hab., ea habet ex lib. 16, 14. Macr. *Sane cum sign. est, c. q. et fest. fact.*, (om. *tum*) *rect. hoc dic.*

§. 8. *Autem est*] Guelf. *est autem;* mox rursus *festinatius;* et *tamen* pro *tum.* — *Sicut*] Macr. *sicuti.* — *Nomen*] Ascens. legend. esse putabat: Νόμος, i. e. lex ac regula; quod dederunt edd. Gryph. 1539. 1542. et hab. Macr. ed. Zeun. p. 614.; *nomen* tamen tuentur edd. vett. codd. Gron. Guelf. codd. Macr. In marg. cod. Thys. est: *Nomius.* Nomen fabulae fuisse fort. *Titulus*, s. *Tutulus*, i. e. miles, coni. Thys., laud. Fest. sub v. *Titul.* Add. Fulgent. de prisc. serm. sub v. *tutul.* Cum Steph. edidi: *cui Titulus nomen est*; ita ut *Tit.* litera maiuscula scriberem Long. dedit *Nomen.* Obstare mihi videtur locus lib. 13. c. 8, 3.: *cui Sellae nomen est.* cf. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 191. Mox pro *dominatum* Guelf. hab. *dominatur.*

CAPUT XII.

De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert: ibidem de simulacro volucri columbae.

1 Librum esse Democriti, nobilissimi philosophorum, de vi et natura chamaeleontis, eumque se legisse Plinius Secundus in *Naturalis Historiae* vicesimo octavo refert; multaque vana atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit, ex quibus pauca haec inviti meminimus, quia pertaesum
2 est. Accipitrem avium rapidissimum a chamaeleonte, humi reptante, [et,] si eum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram; ceterisque avibus laniandum sponte
3 sua obiicere sese et dedere. Item aliud ultra humanam fidem: Caput et collum chamaeleontis si uratur ligno, quod appellatur *robur*, imbres et tonitrus derepente fieri; idque ipsum

Cap. XII. *Philosophum* etc.] Edd. ante Iunt. *Democ. conf. phil., et ibid.*

§. 1. *Vicesimo*] Sic Guelf. et uterque Lugd.; sed minor pro *naturalis* hab. *naturali*; unde Gron. pater: *in naturali historia vigesima octava.* V. Plin. H. N. 28, 39. p. 379. Bip.

§. 2. *Avium rapid.*] Edd. vett. ante Steph. *avem rapidissimam*; nostrum probatur a codd. Gron. et Guelf. Sequens *et* om. cum Guelf. et edd. vett. Steph.; hinc uncis seiunxi. — *Avibus*] Plin. *animalibus*; dein *guttur* pro *collum*; tum *roboreis lignis*, reliqua v. apud Plin. Dein edd. vett. hunc ordinem hab.: *sese sp. sua obi. et d.*

§. 3. *Et*] Guelf. om. *et.* — *Tonitrus*] Edd. vett. et Guelf. *tonitrua.* V. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 345 sq. Deinceps edd. vett. dant *dercp. fieri.*

usu venire, si iecur eiusdem animalis in summis tegulis uratur. Item aliud, quod her- 4
cle an ponerem dubitavi; ita est deridiculae vanitatis: nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus, qua plerumque capiuntur et ad perniciem elabuntur ingenia maxime sollertia; eaque potissimum, quae discendi cupidiora sunt. Sed redeo ad 5
Plinium. Sinistrum pedem ait chamaeleontis ferro, ex igni calefacto, torreri cum herba, quae appellatur eodem nomine chamaeleontis, et utrumque macerari unguento, colligique in modum pastilli, atque in vas mitti ligneum, et eum, qui in vas ferat, etiamsi is in medio palam versetur, a nullo videri posse. His por- 6
tentis atque praestigiis, a Plinio Secundo scriptis, non dignum esse cognomen Democriti puto. Vel illud quale est, quod idem Plinius 7
in decimo libro Democritum scripsisse asseverat? Aves quasdam esse certis vocabulis; et earum avium confuso sanguine gigni serpentem; eum si quis ederit, linguas avium et colloquia interpretaturum. Multa autem vi- 8
dentur ab hominibus istis male sollertibus hu-

§. 4. *Plerumque*] Steph., contra libb., *pleraque.*

§. 5. *Ferro*] Marg. Gryph.: Ex Plinio legendum videtur: *in furno igni cal.* Pro *ex igni* Guelf. *exigui.* — *Chamaeleontis* etc.] Edd. vett. *chamaeleon, et utr.* Guelf. *chameleontis ferro et utr.* — *Atque*] Guelf. *ac.* V. ad 4, 18, 2. — *Id*] Pronom. non est in codd. plurimis Gron.; delevit Long. Hab. Guelf.

§. 6. *Scriptis* etc.] Guelf. *inscriptis non indignum.* — *Cognomen*] Guelf. et edd. ante lunt. *cognomine*, quod video restituisse Long., nescio quo sensu. Cf. Plin. 10, 49.

iuscemodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis auctoritatisque eius perfugio
9 utentibus. Sed id, quod Archytam Pythagoricum commentum esse atque fecisse traditur, neque minus admirabile neque tamen vanum aeque videri debet. Nam et plerique nobilium Graecorum et Favorinus philosophus, memoriarum veterum exsequentissimus, affirmatissime scripserunt, simulacrum columbae e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse. Ita erat scilicet libramentis suspensum et aura spiritus inclusa
10 atque occulta concitum. Libet hercle super re tam abhorrenti a fide ipsius Favorini verba ponere: *Ἀρχύτας Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην· ἥτις εἵποτε καθίσειεν, οὐκέτι ἀνίστατο. μέχρι γὰρ τούτου.*

CAPUT XIII.

Cum partim hominum qua ratione veteres dixerint.

1 *Partim hominum venerunt* plerumque di-

§. 8. *Data*] Gebhard. ad Liv. 1, 4. emendat: *lata*, probante Othone.

§. 9. *Archytam Pyth.*] Guelf. *arthica pyth.*; mox *tam* pro *tamen*. — *Exsequentissimus*] Qui presse memorias veterum sectatur, vel potius verbis exprimit. *Thys.* — *Ab*] Guelf. om. *ab*.

§. 10. Ἀρχύτας] Pro his Reg. et Lugd. mai. reliquis omissis: *epix tacta panti nocta*; quae notae sunt duorum primorum vocc. Graecorum. Lugd. min. omisso v. φιλ. hab. ΑΛΛΑ pro ἅμα.

Cap. XIII. *Veteres*] Edd. ante Iunt. *homines dix.*; Iunt. et Ald. om. *homines*, sed in ind. cap. hab. *veteres*.

citur, quod significat *pars hominum venit*, id est, *quidam homines*. Nam *partim* hoc in loco adverbium est: neque in casus inclinatur, sicuti *cum partim hominum* dici potest, id est, *cum quibusdam hominibus*, et quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione 2
De Re Floria ita scripsit: *Ibi prō scorto fuit, in cubiculum surrectitavit e convivio, cum partim illorum iam saepe ad eundem modum erat.* Imperitiores autem *cum parti* legunt, 3
tanquam declinatum sit, quasi vocabulum, non dictum quasi adverbium. Sed Q. Claudius in 4
vicesimo primo annali insolentius paulo hac figura est ita usus: *Enim cum partim copiis hominum adolescentem placentem sibi.* Itemque Claudii in vicesimo tertio annali verba haec sunt: *Sed idcirco me fecisse, quod utrum negligentia partim magistratuum, an avaritia, an calamitate populi Romani evenisse dicam, nescio.*

§. 1. *Venit*] Guelf. om. v. *venit.*

§. 2. *Surrectitavit*] Cum Gryph. Long. *subreptit*; Reg. et Iunt. Ald. *subrect.* Lugd. min. *surrecit.* Lugd. mai. Guelf. edd. ante Iunt. nostrum hab.

§. 3. *Imperitiores*] Sciopp.: *Imo doctiores.* Deinceps edd. vett. et Guelf. hab. *cum partim.* Tum pro *tanq.* Guelf. dat *quasi.*

§. 4. *In*] Edd. vett. om. *in.* — *Cum*] Guelf. om. *cum.* Edd. vett. ante Iunt. *eum enim cum*; dein: *adolescentium* eaedem cum codd. Gron. Guelf.; Iunt. *adulesc.*; *adolescentum* cod. Torn. Locus omnino corruptus videtur. Certe legend. videtur: *adolescentium placentum* s. *placentium sibi. Homines adolesc.* v. c. 3, 5. Dein Long. *item Q. Cl.* edd. vett. secutus, quae iterum om. *in* sequens, praeter Iunt. et Ald.; *in* om. h. l. etiam Guelf. — *An*] Edd. ante Iunt. *num.* Guelf. *nam.*

CAPUT XIV.

Iniuria mihi factum itur quali verborum ordine Cato dixerit.

1 Audio: *illi iniuriam factum iri;* audio: *contumeliam dictum iri* vulgo quoque ita dici, vulgo et istam esse verborum figuram iam in medio loquendi usus: idcirco[que] exemplis 2 supersedeo. Sed *contumelia illi*, vel *iniuria factum itur* paulo est remotius: exemplum 3 igitur ponemus. M. Cato *pro se contra C. Cassium: Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae me-* 4 *dius fidius miserear, Quirites.* Sicut autem *contumeliam factum iri* significat iri ad contumeliam faciendam, id est, operam dari, quo fiat contumelia; ita *contumelia [mihi] factum itur*, casu tantum immutato, idem dicit.

Cap. XIV. *Itur*] Steph. vitiose h. l. *dicitur*; verum hab. in summa capp.

§. 1. *Quoque*] Guelf. *quod.* — *Vulgo*] Edd. vett. om. *vulgo.* Guelf. *vulgo et is non esse.* — *Usus*] Steph. cum Guelf. et Iunt. *usus* dederunt pro vulg. *usu.* Liv. 5, 41.: *medio aedium.* Infr. 20, 10, 6. *in medio rerum.* Sequens *que* om. edd. vett. et Guelf.

§. 3. *Quae*] Sciopp. *quam* legendum esse censuit; sed repugnare sqq.: contumelia mihi f. itur, opposuit Voss. de Construct. c. 54. cf. Carr. Antiqq. 2, 1. Ruddimann. II. p. 257. annot. 78. Deinde pro *huiusce* edd. ante Iunt. hab. *huiuscemodi.*

§. 4. *Iri*] Guelf. om. *iri;* mox hab. *quod* pro *quo.* — *Contumelia*] V. *contum.* adiunxi ex Guelf. et edd. vett.; edd. vett. mox om. pronomen *mihi.* Guelf. om. *cont. mihi* et mox hab. *mutato* pro *immutato.*

CAPUT XV.

De flaminis Dialis deque flaminicae caerimoniis; verbaque ex edicto praetoris apposita, quibus dicit, non coacturum se ad iurandum neque virgines Vestae neque Dialem.

Caerimoniae impositae flamini Diali mul- 1
tae, item castus multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos legimus; unde haec ferme sunt, quae com- 2
meminimus: *Equo Dialem flaminem vehi re-* 3
ligio est: classem procinctam extra pomoe- 4
rium, id est, exercitum armatum, videre: idcirco rarenter flamen Dialis creatus consul est, cum bella consulibus mandabantur: item 5
iurare Dialem fas nunquam est: item annulo 6

Cap. XV. *Flaminicae*] Reg. *flamineae.* Post pro *Vestae* Gryph. 1539. in marg. hab. *Vestales.* — *Dialem*] Edd. ante Iunt. *Diales.*

§. 1. *Caerimoniae*] Guelf. ita hoc cap. incipit: *Castus cerimoniae* etc. — *Flamini*] Ed. Rom. et Guelf. *flamine.* — *Castus*] Iunt. Ald. *casus* (i. e. ritus); edd. vett. *cautus;* nostrum dedit Lips. Elector. 1, 21. confirmantibus Reg. Thuan. Lugd. utroque et Memm. *Cautus* tamen praeferre videtur Lips. l. l. explicans: quidquid in sacris cavendum et religionis gratia vitandum aut omittendum sit. Guelf. hab. *caustus.* Mox pro *sacerd.* Gryph. 1542. 1591. marg. hab. *sacerdotalibus.* — *Scriptos*] Hoc v. in quod. Ms. Thys. deest.

§. 3. *Equo*] Cf. Fest. v. Equo et Plin. H. N. 28, 9. Falster. p. 265. Numeros deinceps appositos hab. edd. vett. ut: *I. Equo* etc. *II. classem* etc.; om. Iunt. Steph. cod. Guelf.

§. 5. *Iurare*] Plutarch. Quaestt. Rom. 44. Liv. 31, 50. Mox v. *est* post *nunq.* om. Guelf.

7 *uti nisi pervio cassoque fas non est: ignem*
e flaminia, id est, flaminis Dialis domo,
8 *nisi sacrum efferri ius non est: vinctum, si*
aedes eius introierit, solvi necessum est: et
vincula per impluvium in tegulas subduci, at-
9 *que inde foras in viam demitti. Nodum in*
apice neque in cinctu neque alia in parte ul-
10 *lum habet: si quis ad verberandum ducatur,*
si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die
11 *verberari piaculum est: capillum Dialis, nisi*
12 *qui liber homo est, non detonset: capram et*
carnem incoctam et ederam et fabam neque
13 *tangere Diali mos est neque nominare: pro-*
pagines e vitibus altius praetentos non succi-

§. 6. *Pervio*] I. e. patulo et vacuo, sine ulla gemma vel lapide. *Thys.* cf. Kirchmann. de Annulis p. 14.

§. 7. *Flaminia*] Reg. et Guelf. *flamina.* Cf. Fest. v. Ignem. — *Sacrum*] I. e, sacro destinatum, ut interpretatur I. G. E Lipsii (l. l.) coniectura vulg. legitur: *in sacrum.* Fest.: divinae rei gratia.

§. 8. *Demitti*] Edd. vett. et Steph. cum Guelf. *dimitti.* Gryph. *dem.*, quod exstat in edd. recentt. Sed nostrum etiam probum videtur. Ovid. Met. 2, 310. *dimittere coelo imbres.*

§. 9. *Nodum* etc.] Gryph. 1542. edidit: *nodum neque in apice* etc.; correxit Lips. l. l. Guelf. *non dum* et mox *ullam.*

§. 10. *Verberari*] Plutarch. l. l. 111.

§. 11. *Detonset*] Cultris aereis hoc fiebat. Serv. ad Virg. Aen. 1, 452.

§. 12. *Incoctam*] Plut. l. l. 110. — *Ederam*] Fest. v. Fabam.

§. 13. *Praetentos*] A quibus poterat offendi, quando vindemiam inchoabat. *I. G.* Guelf. *praetentus.* Vet. cod. Sciopp. hab. *praetextus*; alius: *praetentis.* Edd. vett. *e vit. altis protentis non succidet.*

det: pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: et de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet: unguium Dialis et capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur. Dialis cotidie festatus est: sine apice sub divo esse licitum non est: sub tecto uti 14 15 16 17

Iunt. *altius praetentius non succed.* Ald. *altius praetentis non succidet.* V. *succid.* antiqua forma esse pro *succedet*, *subibit* admonuit Lips. coll. Plutarcho Quaest. Rom. 112.: διὰ τίνα αἰτίαν οὐδὲ κιττοῦ δίγειν ἐφίεται τῷ ἱερεῖ τοῦ Διός, οὐδὲ ὁδὸν διελθεῖν ἀναδενδράδος ἄνωθεν διατεταμένης.

§. 14. *De*] Sciopp. *in.* — *Decubat*] Gron. pater: secubat. Nam *decubare* i. q. decumbere. — *Alium*] Guelf. *ne alium.* — *Neque*] Sciopp. *atque.* — *Capsulam*] Vet. cod. Thys. et Guelf. *capsam*, ut est in edd. ante Iunt. — *Ferto*] Vulg. (Guelf.) *ferro*, quod hab. etiam ed. Bip., operarum, credo, vitio. Gron. enim cum Steph. et Turneb. Adv. 14, 18. hab. *ferto*, de quo v. Glossar. Schell. sub v. fertum s. ferctum.

§. 15. *Felicem*] Vulg. (hic et §. 28. *siliqua*) *siliquam*, s. *silicam.* Nostrum hab. Iunt. et marg. Gryph. 1542. Fuerunt qui coniicerent: *ilicem* vel *salicem.* v. Cael. Rhodig. LL. Antiqq. 15, 8. Guelf. hab. *silicem*, infr. *silici.* cf. Macrob. Sat. 2, 16.

§. 16. *Festatus*] Quidam (in marg. ed. Gryph. 1539.) *testatus*, quod quocunque loco s. die decedat, non moriatur intestatus. Turneb. l. l. *feriatus*; Steph. *fertatus*, fertis instructis. Thys. *fertarius*, coll. Festo sub v. Ferctum. Codd. Gron. hab. *sertatus*, *fertatus*, Thuan. *fertantus*; Guelf. *festatus.* Iunt. *ferstatus.* I. G. *ferratus*, ut dicatur aliquid ferri in vestitu habuisse, quo nempe apex erigatur et in altum extendatur, ne remissi aliquid aut laxi ostendat. V. Scheller. sub v. festatus.

§. 17. *Sine ap.*] Edd. vett. hab. *ac sine ap.* — *Uti liceret*] Codd. Gron. Guelf. et Steph. pro *uti*

liceret, non pridem a pontificibus constitu-
18 *tum.* Massurius Sabinus scripsit, et alia [talia]
quaedam remissa: gratiaque aliquot caerimo-
19 niarum facta dicitur: *farinam fermento im-*
20 *butam attingere ei fas non est: tunicam in-*
timam, nisi in locis tectis, non exuit, ne
sub coelo, tanquam sub oculis Iovis, nudus
21 *sit: super flaminem Dialem in convivio, nisi*
rex sacrificulus, haud quisquam alius ac-
22 *cumbit: uxorum si amisit, flaminio decedit:*
23 *matrimonium flaminis nisi morte dirimi non*
24 *est ius: locum, in quo bustum est, nunquam*
25 *ingreditur: mortuum nunquam attingit: fu-*
26 *nus tamen exsequi non est religio. Eadem*

lic. dant: *utiliter et;* edd. vett. *uti libet et;* nostrum dedit Gron. pater.

§. 18. *Talia*] *Talia* deest in Guelf. et edd. vett.; intexuit Steph. Deinceps codd. Gron. et Guelf. *gratiaque aliq. cerim. facta dicitur* pro: *gratiamque aliquot c. factam dicit*; Gron. pater: *Sub t. uti l., non pridem a p. constitutum M. S. scribit. Et alia q. r., gr.que aliq. cer. facta dicitur.* Sed his non opus esse videtur.

§. 19. *Farinam*] Cf. Plutarch. l. l. 109.

§. 20. *Tunicam* etc.] Multos ex Mstis innuere, Gellium scripsisse: *tunica intima nisi in l. l. non exuit se,* annotavit I. G.; et Sciopp. ex vet. cod. annotat: *exuisse,* et coni.: *exuit se.* Guelf. *non exuisse sub c.* cf. Plut. l. l. 40.

§. 21. *Super*] Cf. Fest. sub v. *Ordo.*

§. 22. *Decedit*] Cf. Plut. l. l. 50. Liv. 26, 23. Val. M. 1, 1, 4.

§. 23. *Dirimi*] Vet. cod. Thys. et edd. ante Iunt. hab. *dirumpi.* Tum cod. Torn. dat *ius non est.* Guelf. *nisi morte dirimi non est ius nisi morte dirumpi non est ius* (sic!).

§. 24. *Bustum*] V. Fest. sub h. v.

§. 25. *Attingit*] Guelf. *attigit.* — *Funus*] Cf.

ferme caerimoniae sunt, quas flaminicas Dialis seorsum aiunt observitare; veluti est: quod 27
venenato operitur: et quod in rica surculum 28
de arbore felici habet: et quod scalas, [nisi] 29
quae Graecae appellantur, eas escendere ei
plus tribus gradibus religiosum est: atque 30
etiam cum it ad Argeos, quod neque comit
caput neque capillum depectit. Verba prae- 31
toris ex edicto perpetuo de flamine Diali et de sacerdote Vestae adscripsi: SACERDOTEM.

Kirchmann. de Funer. Rom. 2, 5. p. 142. et c. 21. p. 267.

§. 26. *Quas*] Guelf. om. *quas*. Sciopp. *flam. quas*. Cum edd. vett. Long. *quas fl. sacerdotissas*; Scalig. ad Fest. p. 72.: sacerdotulas. V. *sacerd.* quod ignorat etiam Guelf. delevit Lips. l. l. et scripsit *Diali seors.* i. e. separatim. *Dialis* pro *Diales* hab. cum Guelf. et edd. vett. Steph.

§. 27. *Venenato*] Vulg. (Guelf.) *bene nato* (ed. Rom. *benenato*). Scalig. *vere nato*; *venenatum* est, tinctum, infectum. Serv. ad Virg. Aen. 4, 36.

§. 28. *Quod*] Guelf. om. *quod*; tum *in rica* est pro vulgat. *virica*. Guelf. *inrita*, Iunt. *irrica*, Ald. *virrica*. cf. Turneb. Adv. 14, 18. Fruter. Veris. 3, 11. Carr. Emendd. 1, 3.

§. 29. *Et quod* etc.] Ita Scalig. Vulg. *et quod sc., quae Graece* (edd. Ven. et Brix. *Graecae*) *καλίμαχες appellantur*; Guelf. *et quod, sc. quae appellatur G.* Sciopp. *scala* -- *καλίμαξ appellatur. nisi* abesse posse vidit I. G., nec exstat in ullo cod. Pronom. *eas* om. Steph. Dein *ascend.* dant edd. vett. et Guelf.; nostrum e cod. Carr. (Emendd. 1, 5.). cf. 17, 2, 24. Mox Guelf. et Linc. hab. *relig. non est.*

§. 30. *Ad Argeos* etc.] Guelf. *ad grecos qui intonuit caput neque* etc. De Argeis v. Beroald. Annotat. Syllog. 2. p. 231. T. 1. Gruter. Thes. et Scheller. s. v. *Argeus.*

§. 31. *SACERDOTEM*] Reg. *sacerdotalem* s. *sacerdotulam.*

VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNI. MEA. IURISDICTIONE. IURARE. NON.
32 COGAM. Verba M. Varronis ex secundo *Rerum Divinarum* super flamine Diali haec sunt: *Is solus album habet galerum, vel quod maximus [est], vel quod Iovi immolata hostia alba fieri oporteat.*

CAPUT XVI.

Quos errores Iulius Higinus in sexto Virgilii animadverterit, in historia Romana erratos.

1 Reprehendit Higinus Virgilium, correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro
2 sexto scriptum est. Palinurus est apud inferos, petens ab Aenea, ut suum corpus requirendum et sepeliendum curet; is hoc dicit:

Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram

§. 32. *Album habet*] Sciopp *habet album.* Guelf. *solum alb. h.* Dein *est* omit. omnes codd. Gron. et Guelf.; om. iam cum Iunt. Steph. Tum pro *alba* edd. vett. hab. *albato*, quod exhib. etiam Torn. Scheff. Flor. et Lugd. min.; Guelf. *albato. alba id f.* dant Reg. Thuan. Lugd. mai. et Sciopp. Freinshem. in Indic. Flor. sub v. Dubium: *quod Iovi hostia albata f. op.* Verbum *fieri* respicere videri galerum, quem parari dicat solere ex albae hostiae Iovi immolatae pelle, annotavit I. G.

Cap. XVI. *Higinus*] Guelf. *yginius;* in cap. *Hyginius;* semper.

§. 1. *Correcturumque*] Guelf. *correptur.* — *Libro*] V. 365 sq.

§. 2. *Requirendum*] Guelf. *repiend'* (reperiendum?). — *Hoc*] Edd. vett. *haec.* Vulgatum firmat Guelf.

Iniice, namque potes, portusque require Velinos.

Quo, inquit, modo aut Palinurus novisse et nominare potuit portus *Velinos*, aut Aeneas ex eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum, a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, Servio Tullio Romae regnante, post annum amplius sexcentesimum, quam Aeneas in Italiam venit, conditum in agro Lucano et eo nomine appellatum est? Nam qui ab Harpalo, inquit, regis Cyri praefecto, ex terra Phocide fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam condiderunt. Inscitissime igitur petit, ut Aeneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fu[er]it nusquam gentium. Neque simile, inquit, illud videri debet, quod est in primo carmine: 3 4 5 6

Italiam fato profugus Lavinaque venit Litora.

Et aeque in sexto libro: 7

Chalcidicaque levis tandem superadstitit arce;

§. 3. *Et nom.*] Edd. vett. *aut nom.* (Iunt. *et aut*) — *et Aen.*; *et Aen.* hab. etiam Guelf. — *Romae regn.*] Edd. vett. *regn. Romae*; nostrum ordinem firmat Guelf. — *Et eo n.*] Guelf. *ex eo n.*

§. 4. *Harpalo*] Al. *Harpagum* vocant. v. Thys. cf. Herodot. 1, 164 sqq. — *Phocide*] Phocaea v. Phocaeensi dicendum fuit. Confusio nominum frequens. v. I. G.

§. 5. *Fuerit*] Steph. et Guelf. *fuit.*

§. 6. *Videri debet*] Guelf. *debet videri.* — *Primo*] V. 2.

§. 7. *Et* etc.] Edd. ante Iunt. *aut quod aeque est in s. l.*; Ald. *aut quod aeque in s.* omisso v. *est.* Vulgatam lectionem tuetur Guelf. — *Sexto*] V. 17.

8 quoniam poëtae ipsi quaedam κατὰ πρόληψιν historiae dicere ex sua persona concedi solet, quae facta ipse postea scire potuit: sicut Virgilius scivit de Lavinio oppido et de colonia 9 Chalcid[ic]ensi. Sed Palinurus quî potuit, inquit, scire ea, quae post annos sexcentos facta sunt? Nisi quis eum divinasse apud inferos putat, perinde ut animae defunctorum so- 10 lent. Sed et si ita accipias, quanquam non ita dicitur, Aeneas tamen, qui non divinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc, sicuti diximus, nullum us- 11 quam fuit? Item hoc quoque in eodem libro reprehendit, et correcturum esse Virgilium 12 putat, nisi mors occupasset. Nam cum Thesea, inquit, inter eos nominasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetque:

—— Quid Thesea, magnum
Quid memorem Alciden? et mî genus ab
Iove summo est;

— *Arce*] Edd. vett. Steph. et Guelf. *arce* dederunt pro vulg. *ante*, quod nescio unde profectum sit.

§. 8. *Facta*] Edd. ante Iunt. *acta*. — *Chalcidicensi*] Edd. vett. ante Iunt. *Chalcidensi*; Iunt. et Ald. *Chalcidiensi*; Steph. *Chalcidinensi*. Guelf. *chalchidenensi*. Vulgat. *Chalcidicensi* nescio quam auctoritatem habeat.

§. 9. *Potuit* etc.] Edd. vett. et Guelf. *potuit id inq. sc., ea q.* Deinceps ed. Rom. *post annos dictos fact. s.*; reliquae edd. vett. *dc. s. DC.*

§. 10. *Et*] Guelf. om. *et*. — *Cui*] Lambec. in marg. *cuius*.

§. 11. *Esse*] *Fuisse* edd. ante Iunt. v. fin. huius cap. — *Mors*] Reg. et Lugd. mai. *mori*, quod etiam ferri posse censuit I. G. cf. 1, 3, 1.

§. 12. *Dixissetque*] 6, 122. 617. — *Alciden* etc.] Guelf. *Alcidem et michi genus a Iove*. —

postea tamen infert:

——— *Sedet, aeternumque sedebit*
Infelix Theseus.

Qui autem, inquit, fieri potest, ut aeternum 13
apud inferos sedeat, quem supra cum iis nominat, qui descenderint illuc, atque inde rursum evaserint; praesertim cum ita sit fabula de Theseo, atque si Hercules eum evellerit e petra, et in lucem ad superos eduxerit. Item 14
in his versibus errasse Virgilium dicit:

Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas,
Ipsumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli;
Ultus avos Troiae, templa et temerata Minervae.

Confudit, inquit, et personas diversas et tem- 15
pora. Nam neque eodem tempore neque per eosdem homines cum Achaeis et cum Pyrrho bellatum est. Pyrrhus enim, quem dicit Aea- 16
ciden, de Epiro in Italiam transgressus cum

Tamen] Guelf. *cum.*

§. 13. *Nominat*] Steph. *nominat*; idemque exhib. edd. vett. et Guelf.; unde tandem vulgat. *commemorat?* — *Evaserint*] Guelf. *evaserunt.* — *Si*] Edd. ante Iunt. *sic.* — *E petra*] Edd. vett. Steph. et Guelf. *e petra*; quod restitui cum Long. in locum vulg. *de petra.*

§. 14. *Virgilium*] Aen. 6, 838 sqq. *Dicit* pro *dixit* est ex edd. vett. et Guelf. Supr. §. 1. est *existimat*; §. 11. *putat.* — *Argos*] Guelf. *agros*; mox (et §. 16.) *Aeacidem*; et *Achillis.* — *Et temerata*] Cod. Torn. *intemerata.*

§. 15. *Diversas*] Guelf. *adversas.* — *Bellatum est*] Reg. *in Italia bellatum est*; sed mox sequitur: in Italiam.

Romanis depugnavit adversus Manium Curium
17 in eo bello ducem. Argivum autem bellum,
id est, Achaicum, multis post annis a L.
18 Mummio Imperatore gestum est. Potest, inquit, igitur medius eximi versus, qui de Pyrrho importune immissus est, quem Virgilius procul dubio exemturus, inquit, fuit.

CAPUT XVII.

Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit: et super ea re versus Laberii, pure admodum et venuste facti.

1 Democritum philosophum in monumentis Graecae historiae scriptum est, virum praeter alios venerandum, auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se privasse; quia existimaret, cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus vegetiores et exactiores fore, si eas videndi illecebris et oculorum im-
2 pedimentis liberasset. Id factum eius modumquo ipsum, quo caecitatem facile sollertia sub-

§. 16. *Manium*] Ita edd. vett. et Guelf.; Steph. *M'*. Vulg. *M.*; deinceps in Ms. quod. Thys. et Guelf. est: *eodem* pro *eo*.

§. 17. *Argivum*] Guelf. et edd. vett. *Argivum* dant, quod retinuit cum Steph. Long. Vulg. *Argium*.

§. 18. *Importune* etc.] Guelf. *in oportune* (inopportune) *missus est*.

Cap. XVII. §. 1. *Gr. historiae*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *Graecae hist.* dederunt pro: *hist. Gr.* — *Privasse*] Cf. Cic. de Fin. 5,29. Tertullian. in Apologet.: Dem. oculis se privavit, quod mulieres sine cupiditate intueri non posset. V. quos alios allegavit Long.

tilissima conscivit, Laberius poëta in mimo, quem scripsit *Restionem*, versibus quidem, satis munde atque graphice factis, descripsit; sed causam voluntariae caecitatis finxit aliam: vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc 3
apud Laberium dicit, divitis avari et parci, sumtum plurimum asotiamque adolescentis viri deplorantis. Versus Laberiani [hi] sunt: 4

Democritus Abderites physicus philosophus
Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,

§. 2. *Conscivit*] Steph. Specim. Emendd. p. 188. malebat: *concivit*. Deinde Sciopp. et edd. ante Iunt. *inscripsit* pro *scripsit*. v. ad 3, 16, 7. Tum edd. vett. et Guelf. *Rectiorem* vel *Rectorem*. cf. 16, 7. Iunt. *restiorem*. Nostrum ex Ms. reposuit iam Fruter. Verisim. 2, 12. Carr. Antiq. 1, 6. — *Graphice*] Guelf. *gratifice*; mox *descripsit*; ita ut *de* delendum esse videatur. — *Inconcinniter*] Vet. cod. apud Fruter. l. l. *inconvenienter*.

§. 3. *Hoc*] Ita Guelf. edd. vett. et Steph. pro vulg. *haec*. — *Asotiamque*] Edd. vett. *ἀσωτίαν τε i. e. luxumque et popinationem*. Inde Ald. *ἀσ. τε et propinat*. Steph. p. 187. malebat: *popinationem*, quod exstat in marg. Gryph. 1539. cf. Palmer. Spicileg. 7. p. 108. Sed nihil est in Mss.; Guelf. hab. *associamque adol*. Deinceps *viri* est ex codd. omnibus Gron. Guelf. et Steph. v. Specim. p. 187. Edd. vett. *filii*. Both. Scen. Poët. V. 5. P. 2. p. 214. *vivide*.

§. 4. *Hi*] Edd. vett. hab. *hi*. Om. Guelf. cum Steph.; unde suspectum fit. — *Democritus*] Hos versus alii aliter legunt. In edd. vett. ante Ald. ita distincti sunt, ut versus incipiant a vv. *Constituit*, *Effodere*, *Solis*, *Esse*, *Fulgenti*, *Lucificare*, *Ne*. Trimetros, ut nunc sunt, cum Fruter. l. l. edidit Steph. Cf. Burmann. Anthol. Lat. V. 2. p. 405 sq. In versu primo Lindeman. in *Selectis poëtar. Latin.* (

Oculos effodere ut posset splendore aereo.
Ita radiis solis aciem effodit luminis,
Malis bene esse ne videret civibus.
Sic ego fulgentis splendorem pecuniae
Volo lucificare exitum aetati meae;
Ne in re bona esse videam nequam filium.

CAPUT XVIII.

Historia de Artemisia, deque eo certamine, quod apud Mausoli sepulcrum a scriptoribus inclitis decertatum est.

1 Artemisia Mausolum virum amasse fertur supra omnis amorum fabulas, ultraque affe-
2 ctionis humanae fidem. Mausolus autem fuit,

1823.) P. II. p. 122. legit: *physicu'*; in secundo: *Constituit clupeum.* V. 4.: *solis radiis.* V. 6.7.: *Sic fulgidae splendore pecuniae ego volo Elucificare aetatis exitum meae.* V. quarto Lambin. *Rad. solis sibi ac. eff. lum.* Both. *effudit.* Dein Turneb. Advers. 14, 18.: *Sic ego splendore fulgenti pecuniae Volo elucificare* (v. mox) *exitum aetatis meae. Splendore* pro *splendorem* hab. etiam Non. sub v. *elucifacere;* edd. vett.: *fulgenti splendore in pecuniam,* quod retinuit Fruter. intelligens extremam senectutem. Sciopp. *fulgenti splendore in pecu.* Lambin. ad Lucret. 4, 325. *splendore fulgentis pec.* Pro *volo* cod. Torn. et Sciopp. *velo. Lucif.* (vel *lucrific.* s. *ludific.*) est in codd. Gron. Guelf. edd. vett. et Sciopp. Steph. *elucific.;* Non. *Elucifacere* s. *elucificare.* Both. *elucificari;* al. *ludific.* Turneb. 28, 32. *luscific.* i. e. caecare. *Aetatis* pro *aetati* exhib. Guelf. Sciopp. Non. et Fruter. In v. ultimo Lindem. cum Lamb. edd. vett. et Guelf. *videam esse* pro *esse vid.;* sed vulgatam etiam scripturam retineri posse putat V. D. Ceterum vv. *aereo -- splendorem* om. Guelf. et sic pergit: *in pecuniam volo.*

ut M. Tullius ait, rex terrae Cariae; ut quidam Graecarum historiarum scriptores dicunt, provinciae Graeciae praefectus; quem σατράπην Graeci vocant. Is Mausolus ubi fato perfunctus 3
est, et inter lamenta et manus uxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia, luctu atque desiderio mariti flagrans uxor, ossa cineremque eius, mixta odoribus contusaque in pulveris faciem, aquae indidit, ebibitque: mul-

Cap. XVIII. §. 2. *M.*] Quaestt. Tusc. 3, 31. 75. cf. Vitruv. 2, 8. Plin. H. N. 36, 5. Paus. 8, 16, 3. — *Dicunt*] V. *dicunt* restitui ex edd. vett. et Guelf. — *Graeciae*] Ita codd. Gron. vel (Guelf. Torn. et edd. vett.) *Graecae*; hoc Casaub. ap. Torn. interpretatur de Asiaticis Graecis, non iis, qui in Graecia erant. Gron. coni. *Cretae*. Thys. *Cariae*. Lips. Elector. 1, 21. *provinciae praef.*; vel: *prov. a Rege praef.* I. G.: Videndum censeo, an non convenerit arrogantiae Asiaticae, postquam Persarum reges bellare cum Graecis inceperunt, tunc ab illis satrapias auctas fuisse, unamque dictam *satrapiam Graeciae*, etsi auctores vulgo nobis non indicent, nisi satrapias Phrygiae, Lydiae, Ioniae, Cariae, etiam maritimae orae. cf. *Heeren, Ideen* etc. V. 1. P. 1. Sect. 1. §. 1. p. 124 sqq. ed. Vien. a. 1817. — *Quem*] Ita edd. vett. Vulgo pronom. *quem* om. Cod. etiam Torn. hab. σατράπην pro *satrapen*; quae proprie Persica vox est. v. ad Xenoph. Anab. 1, 1, 2.

§. 3. *Est*] Verb. *est* adiunxi e Guelf. et edd. vett.; ex his etiam copulam *et*, quae deinceps legitur. Propter orationis numeros maluerim tamen abesse v. *est*, et tantum addi *et*. Utrumque abiicere, quod in reliquis edd. inde a Steph. factum est, religioni mihi ducebam. Possis etiam, abiecta copula *et*, maiori distinctione post vv. *sepult. est* interpungere, ut duae sententiae fiant; quod tamen minus placet. — *Funere*] Guelf. *munere*. — *Uxor*] Hoc v. om. edd. ante Iunt. — *Pulveris faciem*] Edd. vett. et Guelf. nostrum vv. ordinem dederunt pro vulg. *in fac. pulv.*

taque alia violenti amoris indicia fecisse dici-
4 tur. Molita quoque est ingenti impetu operis, conservandae mariti memoriae, sepulcrum illud memoratissimum, dignatumque numerari
5 inter septem omnium terrarum spectacula. Id monumentum Artemisia cum Diis Manibus Sacris Mausoli dicaret, ἀγῶνα, [id est certamen] laudibus eius dicundis, facit; ponitque praemia pecuniae aliarumque rerum bonarum am-
6 plissima. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua praestabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites. Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriae mandaverint. Sed eo certamine vicisse Theopompum iudicatum est. Is
7 fuit Isocratis discipulus. Exstat nunc quoque

— *Ebibitque*] Guelf. *embib.* cf. Valer. M. 4, 6. ext. 1. et Thys.

§. 4. *Memoriae*] Edd. vett. *memoriae causa.* — *Dignatumque*] Reg. *dignumque.*

§. 5. *Diis* etc.] Sic edd. vett. et Guelf. Codd. Thys. *Dis manibus sacris;* Steph. edidit: *D. M. S.* Vulg. deerat v. *sacris.* cf. Kirchman. de Fun. Rom. 3. 19. p. 463 sq. Dein *dicendis* Guelf. — Ἀγῶνα] Edd. vett. et Guelf. *agona i. e. certamen.* Videtur h. l. interpretatio vocis Graecae a Gellio ipso profecta esse. Hinc restitui; uncis tamen seiunxi, quia om. Steph., cum codd. fortasse. cf. ad 1, 26, 10.

§. 6. *Naucrites*] Sciopp. Casaub. ap. Torn. et Taylor. Lectt. Lys. p. 681. ed. Lond. *Naucrates.* Suid. Naucratem Erythraeum, et Erythraeum Naucratitem appellat. Vales. scribebat: *Theodectes Naucratites,* ex Plutarch. et Isocr.; Theodectem autem Phaselitem fuisse addit, Naucratem, Isocratis discipulum. — *Isocratem*] V. Suid. Guelf. *Socratem*; mox *mandaverunt.*

§. 7. *Theodecti*] *Theodectis* legendum esse existimasse videtur Schneid. Gramm. Lat. 1, 2. p. 37.

Theodecti tragoedia, quae inscribitur *Mausolus:* in qua eum magis, quam in prosa, placuisse Higinus in *Exemplis* refert.

CAPUT XIX.

Non purgari neque levari peccatum, cum praetenditur peccatorum, quae alii quoque peccaverunt, similitudo: atque inibi verba ex oratione super ea re Demosthenis.

Incessebat quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi obiurgatione adolescentem a rhetoribus et a facundiae studio ad disciplinas philosophiae transgressum: quod factum quidam esse ab eo diceret inhoneste 1

Cap. XIX. *Levari*] Ita Torn. et edd. vett. pro (Guelf.) *lavari* (quod hab. Iunt. in ind. capp. et Steph.), quod hic locum non habere dicit I. G. Dein *cum praet.* pro *dum pr.* est ex edd. vett. et Guelf. Vv. *atque inibi* usque ad fin. accesserunt ex Torn. Guelf. et libb. Gron. atque edd. vett.; omisit Steph. h. l.; sed hab. p. 567.

§. 1. *A rhet.* etc] In quod. cod. Thys. desunt vv. *a rhet. -- studio.* Gron. pater scribere tentabat: *ad rhetores et facundiae studium a disciplinis philos. transgr.*, quum adverteret postea Taurum quodammodo tangere et ridere ob hunc studiorum transitum, ita ut post mentionem philosophiae transeat ad citationem Demosthenis, non aliter ac si primo philosophos adisset, mox conversus ad rhetores, quorum Demosthenem in illo tempore magis quasi veneraretur. — *A*] Edd. vett. om. *a.* — *Quidam*] Ita plurimi libb.; alius cum isto quopiam sic potuit egisse, quod audivit Taurus et ad occasionem loquendi inde venit. *I. G.* Edd. vett. *quiddam* (Rom. *quidam*). Linc. et Guelf. *quidem*, quod inde a Steph. vulgabatur. Sequens v. *esse* om. edd. ante Iunt. —

et improbe: at ille non ibat infitias, fecisse, sed id solitum esse fieri defendebat, turpitudinemque delicti exemplorum usu et consue-
2 tudinis venia deprecabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritatior: Homo, inquit, stulte et nihili, si te a malis exemplis auctoritates et rationes philosophiae non abducunt; ne illius quidem Demosthenis vestri sententiae tibi in mentem venit? quae, quia lepidis et venustis vocum modis vincta est, quasi quaedam cantilena rhetorica, facilius
3 adhaerere memoriae tuae potuit. Nam si me, inquit, non fallit, quod quidem in primori pueritia legerim, verba haec sunt Demosthenis, adversus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum peccatis alienis exemtum purgatumque ibat: *Σὺ δὲ μὴ λέγε, ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις· ἀλλ' ὡς προσῆκει γίγνεσθαι· οὐ γὰρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις*

Fecisse] Hoc v. in quod. Ms. Thys. deest. Guelf. *inficiam fec.* — *Consuetudinis* etc.] Al. (Gryph. marg. 1539.) *consuetudine, veniam depr.*

§. 2. *Ibi*] Guelf. om. hanc voculam. — *Ne*] Guelf. *neque*; mox: *nrī* (nostri) pro *vestri*; tum: *sententia.* — *Vincta*] In quod. Ms. Thys. *iuncta*, quod videtur habere etiam Guelf.

§. 3. *Primori*] Codd. Torn. Guelf. Sciopp. et edd. vett. *primori* dederunt pro: *primore.* Iunt. et Ald. *priori.* cf. Ruddimann. I. p. 97. annot. 32. — 'Αλλ' etc.] Sciopp. (ut apud Demosthen. contra Androtion. init. p. 278. ed. stereot. V. 2.) *ἀλλ' ὡς οὕτω προσῃ.* Idque innuere videntur edd. vett., exhibentes: *ἀλλ' ὡς αὐτὸ πρ.* (addita interpretatione: sed hoc fieri sic decere). Cum Steph. Long. edidit: *ἀλλ' οὐχ ὡς πρ.* — Εἴ τις] Edd. vett. *εἰ τις ἑάλω*, omis-

ἐκείνων προήλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. Sic Taurus omni suasionum admonitionumque genere utens sectatores suos ad rationes bonae inculpataeque indolis ducebat. 4

CAPUT XX.

Quid sit *rogatio*, quid *lex*, quid *plebiscitum*, quid *privilegium*, et quantum omnia ista differant.

Quaeri audio, quid *lex* sit, quid *plebiscitum*, quid *rogatio*, quid *privilegium*. Atteius Capito, publici privatique iuris peritissimus, quid *lex* esset, hisce verbis definivit: *Lex*, inquit, *est generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu.* Ea definitio si probe facta est; neque de imperio Cn. Pompeii, neque de reditu M. Ciceronis, neque de caede P. Clodii quaestio, neque alia id genus populi plebisve iussa, *leges* vocari possunt. Non sunt enim generalia iussa, neque de universis civibus, sed de singulis concepta: quocirca *privilegia* potius vocari debent, quia ve- 1 2 3 4

so v. *ἐκείνων*. Deinceps hab. *ταῦτα* pro *τάδ'*. Deinde pro *ἁλῷς* Demosth. hab. *δίκην δῶς*. — *Γράψει*] Edd. vett. *γράφει*.

§. 4. *Omni*] Edd. vett. hab. *omnium*, quod est etiam in Guelf. Vv. *Sic -- ducebat* cum seq. capite coniuncta hab. Guelf.

Cap. XX. *Omnia ista*] In quod. Ms. *nomina. Thys. omnia ista* edidit Long. cum edd. vett. pro vulg. (Guelf.) *ista omnia*.

§. 3. *Definitio*] Guelf. *diffin.*; mox *Pompei*; utrumque saepius. V. 4, 1, 13. 9, 12, 14.

§. 4. *Privilegia*] De *privilegiis* nuper disseruit Grünebusch, Cellae, 1823. cf. Conrad. Excurs. ad

terēs *priva* dixerunt, quae nos *singula* dicimus; quo verbo Lucilius in primo Satirarum libro usus est:

——— *abdomina thynni*
Advenientibus priva dabo, cephaleaque, acarne.

5 *Plebem* autem Capito in eadem definitione seorsum a populo divisit: quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque eius ordines contineantur; plebes vero ea dicitur, in qua
6 gentes civium patriciae non insunt. *Plebiscitum* igitur est, secundum eum Capitonem, lex,
7 quam plebes, non populus, accipit; sed totius huius rei iurisque, sive cum populus, sive cum

Gell. V. 1. p. 576 sq. — *Thynni*] Edd. vett. *thynnia*. Guelf. *thymma*. cf. Non. sub v. *priva*. Deinceps edd. vett. *venientibus*; ab omissa praeposit. *ad* originem trahere literam *a* in *thynnia* annotavit I. G. Guelf. hab. *dementibus*; nostrum Non. — *Acarne*] Ita Torn. Thuan. Flor. Mem. Pet. Lugd. min. et Linc.; *a carne* Guelf. Sciopp.; Colv. *atarne*. Steph. edidit: *cephalaeaque carne. carne* hab. etiam Reg. (Salm. ad Solin. p. 1357.) et cod. Thys. Edd. vett. *cephalaeamque carnem; carnem et cephalaeam* emendabat Turneb. (Adv. 14, 18. cf. 21, 21.), qui *atarnae* in Ms. legit. cf. Pricaeus ad Appul. Apol. p. 104. I. G. haec dici primo casu putabat, nec a praecedentibus pendere, sed sequentibus, in quibus fort. sequutum fuerit v. *aderunt* v. *accedent*.

§. 5. *Omnis pars*] Guelf. *"pars "omnis*; idem mox om. *eius*. — *Plebes*] Edd. ante Iunt. *plebs* h. l. et in sqq.; semel tamen etiam *plebes* hab. Contra Iunt. in sqq. semel *plebs*. Guelf. h. l. *plebis*; postea *plebs*.

§. 6. *Accipit* etc.] Vv. *accipit, sed -- populus* omit. Reg.; scil. propter iterationem v. *populus*.

§. 7. *Huius*] Pronom. *huius* om. edd. ante Iunt. Vv. *sive -- rogatur* om. Guelf. Deinde post *pertinet*

plebes rogatur, sive quod ad universos pertinet, caput ipsum et origo et quasi fons *rogatio* est. Ista enim omnia vocabula censentur 8
continenturque *rogationis* principali genere et nomine; nam, nisi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest. Sed quanquam haec ita sunt, in vete- 9
ribus tamen scriptis non magnam vocabulorum istorum differentiam esse animadvertimus. Nam et *plebiscita* et *privilegia* translato nomine *leges* appellaverunt; eademque omnia confuso et indistincto vocabulo *rogationes* dixerunt. Sallustius quoque proprietatum in verbis reti- 10
nentissimus consuetudini concessit, et *privilegium*, quod de Cn. Pompeii reditu ferebatur, *legem* appellavit. Verba ex secunda eius historia haec sunt: *Nam Sullam consulem de reditu eius legem ferentem ex composito Tr. Pl. C. Herennius prohibuerat.*

sequi debere: *sive quod ad singulos*; ut supra: neque de universis civibus sed de singulis, annotavit Gron. pater.

§. 8. *Enim*] Thuan. om. *enim*. — *Continenturque*] Hoc loco v. *cont.* collocant codd. Torn. Guelf. Gron. omnes et edd. vett. ante Steph., qui peiore ordine post *nomine* posuit. In Voss. min. illud v. praetermissum inter versus adscriptum legitur. — *Nullum*] Guelf. *ullum*.

§. 9. *Haec ita sunt*] Guelf. *hoc ita sint* (sic!); tum om. *tamen*. — *Non*] Guelf. *nam*. — *Istorum*] Steph. et edd. vett. cum Guelf. *istorum* pro vulg. *illorum* praebuerunt. — *Translato*] Reg. et Lugd. mai. *translatio*; I. G. coni. *translaticio*.

§. 10. *Tr.*] Sciopp. *Tribunus*. Long. *tribuni plebi*.

CAPUT XXI.

Quam ob causam [M.] Cicero his omnino verbis: *novissime* et *novissimus* [uti] observantissime vitarit.

1 Non paucis verbis, quorum frequens usus est nunc, et fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, quod ea non probaret; velut
2 est [et] *novissimus* et *novissime*. Nam cum et M. Cato et Sallustius et alii quoque aetatis eiusdem verbo isto promiscue usitati sint, multi etiam non indocti viri in libris id suis scripserint, abstinuisse eo tamen tanquam non Latino videtur: quoniam qui doctissimus eorum temporum fuerat, L. Aelius Stilo, ut no-

Cap. XXI. *M.*] Guelf. Reg. et Lugd. min. omit. praenomen; deinceps Reg. et Lugd. min. hab. *hiis oīo verbis novissime est.* Reg. *novissime est usus. uti* additum est ex edd. vett. et Steph., quod in codd. Gron. et Guelf. non exstat. Plaut. Curcul. 11, 3, 19.: *vitent infortunio* laudavit I. G. Add. Plaut. Cas. 2, 2, 35.: huic verbo; et Petron. c. 82.: malo. Deinceps *observat.* hab. edd. vett. Guelf. *observatissimo.* Nostrum hab. iam Iunt. et Ald. in ind. capp.

§. 1. *Et*] Guelf. et edd. vett. ante Iunt. om. *et.*

§. 2. *Promiscue*] Iidem libb. cum Iunt. dederunt *promiscue* pro *promisce.* — *Sint*] Steph. et Guelf. *sunt*; invitis codd. Gron. et edd. vett. — *Videtur*] V. tamen Schott. Nodor. Cic. 3, 17. Brod. ad Antholog. 1. p. 165. Voss. Institutt. Oratt. 4, 1, 8. Add. Sosipatr. Charis. II. p. 186. ed. Putsch. Ruddimann. I. p. 175. not. 38. Dissertat. de Tirone p. 46 sq. — *L. Ael. Stilo*] Edd. vett. *Laelius s. Aelius illo*; Reg. *lilius Stilo*; Pet. Lugd. uterque Guelf. et Linc. *lelius Stilo.* Nostrum e Ms. Bituric. ubi *Tilo* est dedit Cuiac. Obss. 3, 36. recepit iam Steph. cf. Carr. Antiqq. LL. 1, 8. et 3, 4. V. de homine Falster. Memor. Obsc. p. 6 sq. — *Ut*] Guelf. *id.* —

vo et improbo verbo, uti vitaverat. Propterea, quid M. quoque Varro de ista voce existimaverit, verbis ipsius Varronis ex libro *De Lingua Latina ad Ciceronem* sexto demonstrandum putavi: *Quod extremum*, inquit, *dicebatur, dici novissimum coeptum vulgo; quod mea memoria ut Aelius, sic senes alii, quod nimium novum verbum esset, vitabant: cuius origo, ut a vetere vetustius ac veterrimum: sic a novo declinatum novius et novissimum.*

Propterea etc.] Edd. vett. *proptereaque* (*que* om. edd. ante Iunt. et Gryph. nonnullae) *id M. q. Varronis ex lib. de l. l. ad Cic. VI.* (Ald. aliique V.) *dem.* Et sic edidit quoque Long., nisi quod *sexto* scripsit. *sexto* est in codd. Gron. omnibus. Reliqua accesserunt e Busl. Carr. (Antiq. 1, 8. add. 3, 4.) et Reg. atque Lugd. mai. *Varronis* Carr. ex suo libro non annotavit. *ipsis* pro *ipsius* in ed. I. G. vitio operarum legitur. Vv. *Varro--ipsius* om. Guelf.; in reliquis nostram lectionem exhibet. — *Sexto*] Hodie quinto. §. 7. v. antea. — *Dicebatur* etc.] Edd. ante Iunt. *dicebatur: est dici* etc. Nostrum firmat cum Iunt. Guelf.; Ald. *putavi. A quo etiam, inq., extremum quoque dici nov. c. v.* Gryph., ut apud Varr. est: *put. A quo etiam, inq., extr. novis. quoq. dici c. v.*; itaque edidit Long., omisso *etiam*. Pro *dicebatur* Ms. Bituric. Cuiac. hab. *dicebant.* — *Aelius*] Edd. et Guelf. *Lael.* Pro *sic s.* (Bituric. et Busl. cum Varr. *senes aliquot*) Scriv. cod. hab. *Sisenna*; nostrum codd. Gron., nisi quod Reg. omit. vv. *novum* et *esset*, quod postremum ignorat etiam Linc. Edd. ante Ald. et Guelf. pro *verb. esset* hab. *esset verb.* Long. *sic senes aliquot nim. nov. verb. quod esset*, secutus Ald. Gryph., quae edd. sine dubio Varronem ante oculos habebant. — *Ac*] Edd. ante Iunt. *et.* Mox Guelf. om. v. *declinatum.*

CAPUT XXII.

Locus exemtus ex Platonis libro, qui inscribitur *Gorgias*, de falsae philosophiae probris, quibus philosophos temere incessunt, qui emolumenta verae philosophiae ignorant.

1 Plato, veritatis homo amicissimus, eiusque omnibus exhibendae promtissimus, quae omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui obtentu philosophiae nominis inutile otium et linguae vitaeque tenebras sequuntur, ex persona quidem non gravi neque idonea,
2 vere tamen ingenueque dixit. Nam etsi Callicles, quem dicere haec facit, verae philosophiae ignarus, inhonesta indignaque in philosophos confert: perinde tamen accipienda sunt quae dicuntur, ut nos sensim moneri intelligamus, ne ipsi quoque culpationes huius-

Cap. XXII. *Ex Pl. l.*] Guelf. *a Pl. l.*; mox: *tenei* (teneri?) *incessuit; incessuit* est etiam in edd. vett.; nostrum dant Reg. Memm. et Steph. p. 567. V. 1, 2, 6. fin. p. 55.

§. 1. *In desides istos*] Reg. *indesinens istas*; *indesinens* etiam Lugd. uterque; *istas* Pet. — *Obtentu phil.*] Reg. *obtentu phil.*, omissis vv. usque ad *verae philosophiae*. Edd. vett. *obtentu phil. nominis*; al. codd. *nominum*, vel *nomine*, unde Steph. edidit: *obtento phil. nomine*. I. G. coni. *obtentu philos. et nomine*. Ego codd. et edd. vett. lectionem restituendam putavi. Guelf. hab. *obtentu phil. nomen inut.*

§. 2. *Callicles*] Ed. Rom. *Callides*, ut supra *Androdus* pro *Androclus*. — *Moneri*] Ita edd. vett. et optt. codd.; Steph. dedit: *ut nos non s. moveri*; Long. *ut nos non s. moneri*; Guelf. *ut non sens. moveri. non* hab. etiam Lugd. uterque; contra Gellii mentem. — *Culpationes*] Guelf. *culpationesque*. —

cemodi mereamur, neve inerti inanique desidia cultum et studium philosophiae mentiamur. Verba ipsa super hac re Platonis ex libro, qui appellatur *Gorgias*, scripsi: quoniam vertere ea consilium non fuit, cum ad proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare, ac multo minus etiam mea: *Φιλοσοφία γάρ τοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. Καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται. Ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίγνονται ὥσπερ γε, οἶμαι, οἱ πολιτικοὶ, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι· συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου·*

Mentiamur] Edd. ante Iunt. *metiamur*.

§. 3. *Scripsi*] Edd. ante Iunt. om. v. *scripsi*.

§. 4. *Φιλοσοφία*] V. Plat. Gorg. s. 40. p. 142. 88. p. 126 sq. Heind. p. 83. Bekk. — *Ἄν τις*] Edd. vett. *ἐάν τις*. Ald. *ἄν τις*. In Ald. omnino plurima, quae deinceps ex edd. vett. indicavi, correcta vel depravata vides.

§. 5. *Εὐδόκιμον*] Ed. Rom. *εὐδαίμονα*, ut hab. etiam nonnulli codd. Plat.

§. 7. *Ὥσπερ γε*] Ed. Rom. *ὥσπερ* omissa partic. *γε*; quam om. etiam codd. Plat.

§. 8. *Λαμπρός* etc.] V. D. ap. Torn.: Poëta scri-

Λαμπρός τ' ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ, κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

9 *Ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει, καὶ λοιδορεῖ*
τούτῳ· τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἡγού-
10 *μενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. Ἀλλ', οἶμαι,*
τὸ ὀρθότατόν ἐστιν, ἀμφοτέρων μετασχεῖν. Φιλο-
σοφίας μὲν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν,
καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν
δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ, κα-
11 *ταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται. Καὶ*
ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας,
12 *ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας. Ὅταν*
μὲν γὰρ παιδίον ἴδω, ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι,
οὕτω ψελλιζόμενον καὶ παίζον, χαίρω τε, καὶ χαρίεν
μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ τοῦ παι-
13 *δίου ἡλικίᾳ· ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου*
ἀκούσω, πικρόν τι μοὶ δοκεῖ χρῆμα εἶναι, καὶ ἀνιᾷ
μου τὰ ὦτα, καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι·
14 *ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τὶς ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα*
ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται, καὶ ἄνανδρον, καὶ πλη-
15 *γῶν ἄξιον. Ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω κἀὶ πρὸς*
16 *τοὺς φιλοσοφοῦντας. Παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ*
ὁρῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοὶ δοκεῖ,
καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρω-
πον· τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα, ἀνελεύθερον, καὶ
οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ, οὔτε

pserat: — Λαμπρός τε γὰρ Ἕκαστός ἐστ' ἐν τῷδε, κἀπὶ etc. (Edd. vett. καὶ ἐπὶ). V. Valcken. Diatrib. c. 8. et Heindorf.

§. 10. Φιλοσοφῇ] Sciopp. et edd. vett. φιλοσοφῇ dederunt pro φιλοσοφεῖ.

§. 16. Παρὰ] Edd. vett. et libb. Plat. περὶ. — Ἀξιώσοντα] Eaedem edd. ἀξιώσαντα.

γενναίου πράγματος· ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω 17
ἔτι φιλοσοφοῦντα, καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν
μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ.
Ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, 18
κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ
μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιη-
τὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι· καταδεδυκότι
δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων, ἐν γωνίᾳ
τρῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ
μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Ἐγὼ δέ, ὦ 19
Σώκρατες, πρός σε ἐπιεικῶς ἔχω καὶ φιλικῶς. Κιν- 20
δυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν, ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν
Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, οὑπερ ἐμνήσθην. Καὶ γὰρ 21
ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρός σε λέγειν, οἷαπερ
ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν· ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες,
ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γεν-
ναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι, καὶ
οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον,
οὔτ' εἰκὸς ἂν καὶ πιθανὸν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλων
νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. Καί τοι, ὦ φίλε 22
Σώκρατες, (καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ
τῇ σῇ) οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν, ὡς
ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόρρω
ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας; Νῦν γὰρ εἴ τις σοῦ λα-
βόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοιούτων εἰς τὸ δε-

§. 17. Ὦ Σώκρ.] Ed. Rom. om. vv. ὦ Σώκρ.

§. 18. Δὴ] Edd. vett. hab. ἤδη.

§. 21. Οὔτ'] Ita ed. Rom. et codd. nonnulli Plat.; itaque edidit Bekker. Vulg. ἂν post πιθανὸν collocatum legebatur. Ven. Brix. et Iunt. οὔτ' εἰκ. ἂν καὶ π. ἂν λάβοις, Bonon. οὔτ' εἰκὸς ἂν καὶ πιθ. ἀναλάβοις. Mox pro ἄλλων edd. vett. et codd. quidam Plat. ἄλλου.

§. 22. Ἢ etc.] Edd. vett. ἢ ἄλλου ὅτου οὖν τῶν τοιούτων εἰς τὸ δ. Vv. τῶν τοιούτων add. etiam quidam libb. Plat.; addidi cum Heind. et Bekker. —

σωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, οἰσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ, τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἐλιγγιᾷς ἂν καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴποις; Καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς, κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἄν, εἰ βούλοιτο θανάτου σοι τιμᾶσθαι. Καί τοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φώτα, ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν· ἀτεχνῶς δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει· τὸν δὲ τοιοῦτον (εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι) ἔξεστιν ἐπὶ κόρρης
23 τύπτοντα, μὴ διδόναι δίκην. Ἀλλ', ὦ γαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων· πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει· καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας,

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις·

ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστὶ καὶ βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά.
24 Haec Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non proba, sed cum sensu tamen intelligentiaeque communis fide, et cum quadam indissimulabili veritate disseruit; non de illa

Κατηγόρου etc.] Ed. Rom. κατήγορον τυχ. π. φαῦλον καὶ μοχθηρόν. Dein edd. vett. et cod. Plat. Bekk. hab. βούλ. θανάτου σοι τιμ. pro βούλοιτό σοι θαν. τ. Tum v. ἐστιν om. ed. Rom. — Δὲ] Edd. vett. om. δέ.

§. 23. Ὦ γαθὲ] Eaedem hab. ὦ ἀγαθέ. Mox eaedem om. v. ἄσκει posterius, ante ὁπόθ.

§. 24. *Dixi*] Ex Guelf. et edd. vett. restitui *dixi* in locum vulg. *dixit*, quod video etiam apud Long. v. §. 1. Dein Guelf. om. mox *sed*; quod abesse possit. — *Sensu*] Gron. pat. et Salm. adscripserunt: *sensus*. — *Indissimulabili*] Guelf. *dissimul.*

scilicet philosophia, quae virtutum omnium disciplina est, quaeque in publicis simul et privatis officiis excellit, civitatesque et rempublicam, si nihil prohibeat, constanter et fortiter et perite administrat; sed de ista futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente: in qua id genus homines consenescunt male feriati, quos philosophos esse et vulgus putat, et is putabat, ex cuius persona haec dicta sunt.

CAPUT XXIII.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu et moribus: atque inibi, quod fuerit ius marito in adulterio uxorem deprehensam necare.

Qui de victu atque cultu populi Romani 1
scripserunt, mulieres Romae atque in Latio aetatem abstemias egisse, hoc est, vino semper, quod *temetum* prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt: institutumque, ut cognatis osculum ferrent reprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent. Bibere autem 2

Idem mox om. *scilicet*. — *Et*] Reg. *in* pro *et*. Fort. legend. *et in*. — *Civitatesque*] Guelf. *civitatemque*. — *In*] Edd. vett. om. *in*. Guelf. hab. *a quo*.

Cap. XXIII. *In adulterio*] Edd. ante Iunt. in ind. capp. hab. *et in adulterio*.

§. 1. *Cultu*] Guelf. *vestitu*. — *Abstemias*] Edd. ante Iunt. *abstemiam*. Mox Guelf. *in vino*; an *a vino*? Deinde *appellabatur* pro *appellatur* dedi cum edd. vett.; Guelf. hab. *appellabantur*. Idem mox *cognati*. — *Reprehendendi*] I. e. castigandi verbis; si forte suspicabantur, eas vinum bibisse. Ita fere

solitas ferunt loream, passum, murrinam, et quae id genus epotant, potu dulcia. Atque haec quidem in iis, quibus dixi, libris per-
3 vulgata sunt: sed M. Cato non solum existimatas, sed mulctatas quoque a iudice mulie-

I. G. Oratio tamen non apte cohaerere videtur; nisi fort. pro *ut* legend. sit *ubi*. Vv. *repr. causa* delenda esse censuit Sciopp. cum Stewech. ad Arnob. 2. *depreh.* malebat Lamb.; idque Reg. hab. Contra I. G.: non dicit auctor, id factum esse deprehendendi causa, an bibissent. Mox Guelf. *facerent*. An *odore--facerent?* De re v. quos laudavit Long. Dionys. Halic. Archaeol. Rom. 2, 26. Plutarch. Qu. Rom. 6. Valer. M. 2, 1, 6. 6, 3, 9. alios.

§. 2. *Loream*] Guelf. et edd. vett. ante Iunt. *lauream*. cf. Varr. de Re R. 1, 54. ubi *lora* legitur. Deinceps edd. vett. et codd. Torn. Guelf. *passum* dederunt pro *passam*, quod inde a Steph., vitio fort. operarum, propagatum est. Intelligunt *potionem;* in nostro *vinum*. cf. Non. sub vv. *lora*, *passum* et *murrhina*. Scheller. sub v. *Pando*. Columel. 12, 39. Tum edd. ante Iunt. Torn. Guelf. *murrinam* dederunt pro *murinam*. V. Scheller. sub v. *myrrhinus*. Both. Scen. Poët. V. 5. P. 2. p. 33. — *Epotant*] Restitui interim lectionem edd. vett., dum melius quid reperiatur. Gryph. 1542. *optant*, Steph. *sapiant*, Ms. Thys. *sapiam*, Reg. *expiant*, Pet. et Sciopp. *aepiant*, Lugd. uterque et Mem. *acpiant*. Guelf. *epotant potant potu d.* (sic!). Lamb. *atque id g. potu d.*, s. *et q. id g. exspirant p. d.*, i. e. redolent. Thys. *sapam et quae id g. p. d.;* Marcil. ad leges XII. tabb. p. 272.: *atque id g. epotare*. Gron. pat. *temperant;* I. G. e codd. lectione ultro oriri: *atq. id g. exstant*, quod recepit. Possis legere: *et q. id g. alia sunt*, s. *habeant*, s. *accipiant*; quae dum haec scripsi mihi in mentem venerunt, non tamen satisfecerunt. — *Pervulgata*] Steph. *pervolg.*

§. 3. *Existimatas*] I. e. notatas, reprehensas convitio aut sermone. v. Falster. p. 270. Reg. *existimat*. cf. Lips. Elect. 1, 21. Coler. Parerg. 20, 72.:

res refert non minus, si vinum in se, quam si probrum et adulterium admisissent. Verba 4
M. Catonis adscripsi ex oratione, quae inscribitur *De Dote*, in qua id quoque scriptum est, in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis neçare: *Vir*, inquit, *cum divortium facit, mulieri iudex pro censore est: imperium, quod videtur, habet: si quid perverse tetreque factum est a muliere, mulctatur: si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur.* De iure autem occidendi 5
ita scriptum est. *In adulterio uxorem tuam si [de]prehendisses, sine iudicio impune ne-*

aestimatas. Aurel. ad Tacit. A. 2, 50.: *inexistimatas.* — *Vinum*] Ald. et Guelf. *vinum bibissent, quam.* Admittere in se vinum, admittere adulterum, lepida vocis alternatio est. *Lips.* l. l.

§. 4. *Oratione*] Reg. *orationum*; quod ferri posse existimabat I. G. — *Scriptum*] Edd. vett. et Guelf. *inscriptum.* — *Facit*] Ita Sciopp. Guelf. et edd. ante Iunt. pro *fecit.* Si quid video, sensus hic est: Vir quum in eo est, ut divortium faciat, ipse mulieri iudex est, nec ei opus est censore. Omninoque imperium quod videtur etc. Lips. VV. LL. 1, 13.: *Vir, nisi quum div. fecit mulieri iud. et pro c. est*; idem vero ad Tac. An. 2, 50. legebat: *facit*, sine v. *nisi.* Aurel. ad Tac. interponit *haud.* Gron. pat. *ni div. fecit.* I. G. *qui non d. fecit.* cf. Waechter. de divort. p. 106 sq. — *Videtur*] Guelf. *videre.* Vulgatum *Vergier* reddit: *il a sur elle un pouvoir arbitraire.* Falster. p. 271. coni. *quoad vivitur* (in matrimonio) *habet vir.* — *Tetreque*] Sciopp. *vel inique.* Mox Guelf. *sed cum.* — *Fecit*] Iunt. Ald. *facit.*

§. 5. *Occidendi*] Codd. omnes Gron. et Guelf. *dicendi.* An *caedendi? s. necandi?* Dein Guelf. et edd. ante Iunt. *scriptum est*; unde *est* addidi. Mox *prehend.* est in codd. Gron. et edd. ante Ald. Guelf. *depr.* De re cf. Ayrer de iure connub. ap. Rom. p. 102 sq. —

cares: illa te, sive tu adulterarere, digito non auderet contingere; neque ius est.

CAPUT XXIV.

Die pristini, et *die crastini*, et *die quarti*, et *die quinti*, qui elegantius locuti sunt, dixisse, non ut ea vulgo dicuntur nunc.

1 *Die quarto* et *die quinto*, quod Graeci εἰς τετάρτην καὶ [εἰς] πέμπτην dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio: et qui aliter dicit, pro rudi atque indocto despicitur: sed M. Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt; *die quinte* enim et *die quinti* pro adverbio copulate dictum est, [et] secunda in
2 eo syllaba correpta. Divus [etiam] Augustus,

Sive tu adulterarere] Ita Salmas. scripsit. Reg. Flor. Memm. *sive tu adulteriare*; Lugd. mai. *sive tu adulitare*; min. *sive tu adulterare*; Linc. *sive tu adulterareris*. Guelf. *si adulterares sive tu adulteraris* (sic!). Lambec. malebat: *licet tu adulter reperiare*; quum alicunde adscripsisset: *libet tu adulteriare*. Buslid. cod. hab.: *illa te si adulterares, sive tua adulteria audiret*. Vulg. *si adulterares*, quae ex marg. irrepsisse putabat Falster. An fort. legend. *si tu adulter eris?*

Cap. XXIV. *Et die cr.*] Edd. vett. dederunt *et d. cr.*, quum vulgo copula h. l. omitteretur.

§. 1. Εἰς] Edd. vett. (praeter Gryph. 1539.) om. εἰς. — *Aetas*] Eaedem ante Iunt. cum Guelf. *aetate*, ex aperta satis correctione. — *Die*] Cf. Ruddimann. II. p. 289. annot. 2. et quem laud. Perizon. ad Sanct. Minerv. 4, 4. not. 118. — *Copulate*] Macrob. Sat. 1, 4.: *copulative s. copulate*. Sequens *et* tumque *etiam* desunt in Reg. De Augusto cf. Suet. Aug. c. 86. infr. 15, 7.

[memoriarum veterum exsequentissimus,] linguae Latinae non nescius, munditiarumque patris sui in sermonibus sectator, in epistolis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est. Ius autem erit, perpetuae 3
veterum consuetudinis demonstrandae gratia verba sollemnia praetoris ponere, quibus more maiorum ferias concipere solet, quae appellantur Compitalia. Ea verba haec sunt: DIE. NONI. POPOLO. ROMANO. QUIRITIUM. COMPITALIA. ERUNT. QUANDO. CONCEPTA. FUERINT. NEFAS. *Die noni* praetor dicit, non *die nono*. Neque praetor solum, sed 4
pleraque omnis vetustas sic locuta est. Venit 5
ecce illius versus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellana, quae *Maevia* scribitur:

§. 2. *Memoriarum* etc.] Vv. *mem. veterum exsequent.* exstant tantum in edd. vett.; codd. Gron. et Guelf. non agnoscunt. — *Munditiarumque*] In fine huius voc. *que* accessit e Reg. Torn. aliisque. Non hab. Guelf.

§. 3. *Ius*] Ita Ascens. Mercer. ad Non. Meurs. ad. Macrob. Libri omnes (codd. Gron. Guelf. edd. vett. Steph.) consentiunt in *is*. Gryph. *Id.* V. D. ap. Torn. legit: *Satis autem erit*; ut duae literae ex proximo repetantur; quod voluit Acidal. ad Vell. 2, 20. p. 769. ed. Ruhnken.; idem mox *gratia* delet. — *QUIRITIUM*] Ita scripsi auctore Gron. ad 1, 12. Al. *Quiritum*. Vulg. *Quiritibus*, quod hab. etiam Macr.: *Die n. post Cal. Ianuar. Quir. Comp. er.* — *NEFAS*] Intell. esto, sit; ut nefas esse edicatur, ut iurisdictio non celebretur per istum diem. Pro *fuerint* Guelf. hab. *fuerit*.

§. 5. *Quae* etc.] Reg. Pet. Flor. et edd. vett. *quae Metui ascribitur*. Guelf. *que metui adscrib.* Lugd. min. *quē et uias cribitur*. v. I. G. Pro *Maev.* Macr. hab. *Mevia*. Gron. pat. coni. *Necyia* vel *Nεκυία inscribitur*; Macr. hab. *inscr.*; quod in Gellio resti-

Dies hic sextus, cum nihil egi: die quarte moriar fame.

6 Suppetit etiam Coelianum illud ex libro *Historiarum* secundo: *Si vis mihi equitatum dare, et ipse cum cetero exercitu me sequi; die quinti Romae in Capitolium curabo tibi* 7 *coena sit cocta.* Et historiam autem et verbum hoc sumsit Coelius ex Origine M. Catonis; in qua ita scriptum est: *Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum; die*

tui volebat ad eum loc. Meursius. — *Sextus*] Sciopp. et Scriver. ad Macr. coni. *est tertius*, et *edi* pro *egi*. Idem voluit Thys.; vel ita intelligenda esse sqq.: die abhinc quarto moriar fame. Sciopp. corrigebat: *die quart' emoriar;* quia die quinte, quarte nemo Latinus dixerit. *Quarti* hab. cod. Torn. *quarto* Guelf. Pontan. ad Macr. *edi* et *septime* pro *quarte* scribendum putabat. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 111. edidit: *Dies hic tertiu', cum nihil edi; die quarti emoriar fame.*

§. 6. *Coelianum*] Guelf. *Cellarium*. Vet. cod. Macr. *Coecilianum*. Intell. Coelium Antipatrum; de quo v. Meurs. ad Macr. et Fragmenta Histt. vett. p. 322. Havercamp. — *Vis*] Ita quoque Macr. Sed Guelf. Reg. Flor. Lugd. mai. *quis*, i. e. potes, impetras a te, ut des, ut explicat I. G. Deinde in Guelf. et vet. cod. Sciopp. est *dari*; unde Sciopp. coni. *darier*. Tum Reg. *ē 'q* i. e. sequi, sine pronom. *me*. In fine Macr. *in Capitolio--coenam coctam.*

§. 7. *Ex* etc.] Lambec. adscripsit: *ex III. Originum Cat.*; Gron. pat. *ex Origine IV. Cat.*; I. G. *ex X. Origine M. C.* Sed v. Corn. Nep. Cat. c. 3. Ego maluerim: ex quarta Origine M. C. v. 2, 19. fin. Macr. *ex Originibus M. Catonis accepit; apud quem ita s. est.* Sequens *qua* pro (Guelf.) *quo* recepi e Reg. et Thys. cod. De v. *dictator* pro *duce* Carthaginiensium posito v. *Kluge* ad Aristotel. de Politia Carthag. p. 94. — *Mitte* etc.] Macr. *M. Ro-*

quinti in Capitolium tibi coena cocta erit. Extremam istius vocis syllabam tum per *e* tum per *i* scriptam legi. Nam sane quam consuetum [iis] veteribus fuerat, literis his plerumque uti indifferenter; sicuti *praefiscine*, et *praefiscini*, *proclivi* et *proclive*. Atque alia item multa hoc genus varie dixerunt: *die pristini* quoque eodem modo dicebatur: quod significabat *die pristino*, id est, priore; quod vulgo *pridie* dicitur, converso compositionis ordine, quasi *pristino die*. Atque item simili figura *die crastini* dicebatur; id erat *crastino die*. Sacerdotes quoque populi Romani cum condicunt in diem tertium, *diem perendini* dicunt. Sed ut plerique *die pristini*, ita M. 8 9 10

mam mecum. Vv. *equitum -- Rom.* om. Guelf. — *Capitolium*] Edd. vett. et Guelf. *Capitolio*, ut hab. etiam edd. Macr., e correctione opinor.

§. 8. *Quam* etc.] Sic Guelf. et edd. vett.; Steph. edidit: *quum -- fuerit*; ed. a. 1644. *sanequam -- fuerit*. V. Scalig. ad Fest. sub v. Prospera. *fuerit* est in paucis et non optt. codd. Gron. et Guelf.; *iis* omit. Scal. cum edd. vett. et Lugd. mai.; ceteri codd. Gron. retinent; *his* dat cum Guelf. Sciopp.; quod sane propter seq. *his* (edd. vett. *iis*) suspectum fit. — *Praefiscine* etc.] Hoc ordine haec exhib. codd.; Guelf. *prifistine et prif.* Cum Scal. Thys. *praefiscini et praefiscine.* Olim legebatur: *pristini et pristine, proclive et proclivi.* (Iunt. *proclivi et proclive.*). Apud Macr. eadem varietas lectionis est. cf. Gifan. in Muret. VV. LL. 9, 3. fin. — *Die*] Cf. Liv. 4, 32. Curt. 8, 4. *I. G.* — *Atque* etc.] Vv. *atque -- fig. die* om. Guelf.

§. 9. *Cum condicunt*] Edd. ante Iunt. *tunc quum dic.* Guelf. *tum cum d.* Deinde eaedem cum Iunt. *die per.* pro *diem p. Condicere* est denunciare. V. Serv. ad Virg. Aen. 3, 117.

§. 10. *Furium*] In marg. cod. Thys. *Furnium.*

Cato in oratione *contra Furium*, *die proximi* dixit. *Die quarto* autem Cn. Matius, homo impense doctus, in *Mimiambis* pro eo dicit, quod *nudius quartus* nos dicimus, in his versibus:

Nuper die quarto, ut recordor, et certe
Aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit, ut *die quarto* quidem de praeterito dicamus: *die* autem *quarte* de futuro.

CAPUT XXV.

Telorum et iaculorum gladiorumque vocabula, atque inibi navium quoque genera, quae scripta in veterum libris reperiuntur.

1 Telorum, iaculorum gladiorumque voca-

Furium dant codd. Gron. Guelf. Macr. et Non. sub v. Proximi. *Die quarto aut.* edidi cum edd. vett. pro vulg. *quarto aut.*, ubi negligebatur v. *die.* — *Matius*] Macr. *Marius.* Edd. vett. Gell. et Guelf. *Martius.* — *Et certe*] Both. l. l. p. 267. *incerte.* Livinei. *exerte;* Thys. *excetra*, ut sermo sit de muliere improba, quae instar hydrae sit. Sciopp. *Et certe* est correctio eius, quod dixit: *ut recordor;* ut significet, se non falli memoria. Cic. ad Att. 6, 3. cf. I. Fr. Gronov. Obss. 3, 8. p. 208 sq. Antiquus cod. Macr. ap. Gryph. hab. *et certo.* Deinceps Long. *Aquarum.* Both. *Aq. domi urc. unic. fr.* — *Quarto*] Male Thys. *quarti* et postea *quarto; quarte* dederunt Reg. Flor. Memm. Pet. Lugd. uterque; sub quo, ait I. G., videtur intellexisse etiam *quarti*, non expressisse. Edd. vett. *die* (*autem* om.) *quarte aut quarti* (Ald. *quarti aut quarte*) *de f.* Guelf. et Iunt.: *die quarte autem de fut.* Non. sub v. Die Quarta: Die quarta et die quarto hoc differre prudentes volunt, quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit die quarto temporis praeteriti, die quarta futuri.

Cap. XXV. *Gladiorumque* etc.] Ita edd. vett. prae-

bula, quae in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum quoque genera et nomina libitum forte nobis est sedentibus in rheda conquirere: iisque vicem aliarum ineptiarum vacantem stupentemque animum occupare. Quae tum igitur suppetierant, haec sunt: *hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gesa, lancea, spari, rumices, trifaces, tragulae, frameae, mesanculae, cateiae, rumpiae, scorpii, sibones, siciles, veruta,* 2

ter Iunt. Vid. init. cap. Vulg. *gladiorumque, atque in. nav. q. vocabula.*

§. 1. *Quoque*] V. *quoque* adiunxi ex edd. vett. Guelf. mox om. v. *est.* — *Iisque* etc.] Vulg. *neque ititidem al.* Torn. aliique codd. *neque idem*; al. (ut etiam Guelf.) *ne quidem.* Cum Lips. Antiqq. LL. 5, 4. Sciopp. coni. *inque vicem*; Steph. nostrum dedit; quod probavit L. G.; mihi aliud quid in codd. lectione latere videtur.

§. 2. *Semiphalarica*] In Guelf. Reg. et Linc. deest hoc voc. — *Gesa*] Steph. dedit: *gesaea;* Reg. *gesea*; Linc. *gesaca.* Nostrum hab. Guelf. Alibi gaesum et gaesa scribitur. v. Scheller. sub v. *gaesum.* et Otho ad h. l. — *Rumices*] Codd. omnes et edd. vett.: *rumi gestri* (edd. *rumigestri*, Guelf. *rumigistri*) *faces*, quae correxit, ut habemus, Lips. Elect. 1, 7. Al. (Ascens. Gryph.) *rumigestri falces.* Turneb. Adv. 19, 32. *runae*, *cestri.* Thys. *rumices cestri.* Scal. ad Varr. *rumicestri*, s. *runcastri.* *Faces* non *falces* hab. libb. vett. ap. Lips. l. l. — *Mesanculae*] *Mesancula* (a μεσάγκυλον) legendum esse dicit cum Turn. Thys. Mox Long. *rhompheae* et §. 4. *rhomphea.* Edd. vett. *rhumpheae*, Iunt. *rumpheiae.* — *Scorpii*] Edd. vett. et Guelf. *scorpius.* Iunt. *scorpis.* — *Sibones*] Guelf. Linc. cum edd. vett. *scibones*; nostrum ex codd. dedit Steph. Turneb. malebat *sibynae.* Scribitur etiam: *Sibynae*, quod hab. vet. cod. Sciopp., *sybinae*, συβήνη. al. apud Sciopp. hab. *sibines.* — *Siciles*] Edd. vett. *silices;* cum Reg.

enses, sicae, machaerae, spatae, lingulae,
3 *pugiones, clunacula.* De *lingula,* quoniam est minus frequens, admonendum existimo, lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naevius in tragoedia *Hesiona.* Versum Naevii apposui:

Sine mihi gerere morem videar lingua; verum lingula.

4 Item *rumpia* genus teli est Thracae nationis:

et Iunt. Steph. *siciles*; Guelf. *sciles.* Turneb. Gryph. cum Ald. *sicilices.* cf. Scalig. ad Fest. et Salmas. ad Histor. Aug. p. 273. Deinde Guelf. *verutenses*; tum *siccae* edd. ante Iunt. pro *sicae.* — *Clunacula*] Guelf. *climanda al' climacula*; alterutrum vides cum v. *al'* (i. e. *alius*) e margine illatum. Long. cum edd. vett. dedit *climaculae.* Iunt. Steph. et Turneb. dederunt *clunacúla.* Vulg. *clunaculae.*

§. 3. *Existimo*] Guelf. om. v. *exist.* — *Hesiona*] Guelf. cum Varr. de L. L. sub fin. l. 6. p. 101. Bip. *Esiona.* — *Videar*] Thys.: forsan *utar haud lingua; haud* unus dedit Steph., nec exstat in codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett. Pro *videar* Reg. hab. *videtur.* L. G.: Potuerunt verba huius versiculi in plures personas fuisse divisa, ut alter dixerit: *Sine mihi g. morem*; alter: *videtur lingua,* nempe tibi morem geras; cui subiicit rursum prior forsan sciscitans: *verum lingulâ?* nempe an licebit mihi morem gerere? Both. Poët. Scenic. Lat. V. 5. p. 85. Fortasse, ait, verbis *Lingua, ver. ling.* respondetur ad praegressa, estque haec ἀποσιώπησις, de lingua quidem concedentis, sed abominantis lingulam: ut ita scribatur: α) Sine! mihi gere Morem. β) Videtur lingua, verum lingula . . . . ! h. e. videtur mihi morem tibi gerere lingua, sed non lingula; bonum consilium tibi dabo, sed neque pugionem tibi praebebo, neque ipse te interficiam, quod cupis. Etiam hoc comoedia dignius, quam tragoedia.

§. 4. *Rumpia*] Torn. *rupia.* Edd. vett. etiam

positumque hoc vocabulum in Q. Ennii *annalium* quarto decimo. Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, appellationes hae sunt: *gauli, corbitae, caudiceae, longae, hippagines, cercuri, celoces,* vel ut Graeci dicunt, *celetes, lembi, oriae, renunculi, actuariae,* quas Graeci ἐπικώπους vocant vel ἐπιβάτιδας, *prosumiae,* vel *geseoretae,* vel *horiolae,*

Iunt. *rhumphea.* — *Annalium*] Edd. ante Iunt. *annali.* Recte fort. v. ad 1, 25, 6.

§. 5. *Corbitae*] Edd. vett. et Steph. cum Guelf. *corvitae*, (Brod. Miscell. 6, 26.: *coibitae*) *caudicae.* Guelf. *candice.* — *Ut*] Guelf. om. *ut.* — *Celetes*] Guelf. *celitis*; edd. vett. *celetis.* Long. cum Ald. κέλητες; deinceps idem cum edd. vett. *lembus.* Guelf. *lembum.* Tum Torn. Guelf. et edd. vett. *oxiae.* v. Fulgent. sub v. *oria.* — *Renunculi*] Codd. omnes: *renunculorum*; Torn. *renunculi*; cod. Scheff. *remunculorum.* Guelf. *remunc.* Edd. vett. *remieculi*, Iunt. *reniunculi. Lenunculi,* quod vulgabatur, e coniectura dedit Turn. l. l. cf. Bayf. de Re Nav. Scheffer. l. mox l. p. 71. Carr. ad Sallust. fragmm. p. 137. Ryck. ad Tac. A. 14, 5. — Ἐπικώπους] Scheff. de Milit. Nav. p. 83. corrigit: *ἱστιοκώπους--ἐπακτρίδας.* Sciopp. pro ἐπικ. hab. *ἱστόποδας*, quod dedit Turn. s. πρόπλους. Pro ἐπιβ. Turn. *ἐπακτρίδας.* Brod. l. l. *πρόπλους--ἐπακτρίδιας.* Nostra dedit Salm. Codd. hab. pro priore voc. *istoopus*, ubi clare patere: κώπους dicit I. G. Edd. vett. *Gr. ἱστοόπους* (Guelf. *histopus*; Steph. *ἱστόποδας*) *voc. vel ἐπιταρίδας.* Edd. Gryph. *ἐπακτρίδας* (in marg. *ἐπακτρικέλητες βαρεῖς*); Steph. et Guelf. *epicaridas.* — *Geseoretae*] Guelf. edd. vett. ante Steph. *geseoretae vel orioles* (Guelf. *orieles*); Turn. *gestoriae*; Steph. *geseor. vel orcae, stlatae.* Codd. Gron. *orioles cattae* (pro *oriolae stlatae*), ut hab. etiam edd. vett.; Torn. *oriolae, statiae* s. *statlae.* Guelf. *catte stafe.* In literis *vel ges* esse vestigia vocis *holcades*, et in literis *eoretae* Graecorum κωπήρη dicit I. G. Pro *cattae* Scheffer. l. l. p. 25. legendum putat *cannae.* V. etiam p. 71. *Stlatae*

stlatae, scaphae, pontones, vaetitiae, hemioliae, phaseli, parones, myoparones, lintres, caupuli, camarae, placidae, cydarum, ratariae, catascopium.

CAPUT XXVI.

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod *transfretationem transgressum* dixerit; et *transgressos* qui *transfretassent.*

1 Asinio Pollioni in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam aliis, C. Sallustii iniquis, dignum nota visum est, quod in primo *Historiarum* maris transitum transmissumque, navibus factum *transgressum* appellavit; eosque, qui fretum transmiserant,

pro *latae* positum esse admonuit Schneider. Gramm. Lat. 1, 2. p. 494. — *Vaetitiae*] Edd. vett. *nuctuciae.* Turn. *acatiae, hemioliae.* Sciopp. et Guelf. *vetuciae.* Long. *pontones, acatiae, haemiolae.* Tum *hemioliae* dederunt codd. pro vulg. *modiae,* Steph. *moediae;* edd. vett. *mediae,* Iunt. et Guelf. *media.* I. G. malebat: *schediae.* Dein edd. vett. *phaselli.* — *Cydarum*] Κύδαρος Pollux lib. 1. Vales. adscripsit: Κέρκουροι, quod in Cercyra, quae latine Corcyra, primum inventi; quae pertinere videntur ad voc. *cydarum.* Edd. vett. et Guelf. *caupulica, mareplacidae* (Guelf. *mare placide*) *cidarum* etc. Correxit Lips. l. l. cf. Turn. l. l. qui coni.: *cydali, camarae, phylacides, cydari.*

Cap. XXVI. *Sallustii*] Cum Reg. Steph. Specim. Emendd. p. 166. *Sallustio* legend. putabat. Vulgat. est in Pet. et Lugd. utroque, aliis; (Guelf. *C. Sallustii inquis*) utrumque ferri posse annotat I. G. Cic. pr. Planc. 16. et ad Divers. 11, 27. hab.: *iniquos meos*; alio loco *iniqui nostri.* Edd. vett. *C. Sallustius inique dignus* (Iunt. *iniquis dignum*) *nota visus est.* cf. ad 4, 15. lemma.

quos *transfretasse* dici solitum est, *transgressos* dixit. Verba ipsa Sallustii posuit: 2
Itaque Sertorius, levi praesidio relicto, in Mauritania nactus obscuram noctem, aestu secundo furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu conatus est. Ac deinde infra 3
ita scripsit: *Transgressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanis.* Hoc igitur et minus 4
proprie et ἀπερισκέπτως et [a] nullo gravi auctore dictum aiunt. Nam *transgressus*, inquit, a transgrediendo dicitur, idque ipsum ab ingressu et a pedum gradu appellatum est. Idcirco verbum *transgredi* convenire non pu- 5
tavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus; sed iis solis, qui gradiuntur

§. 2. *Mauritania*] Lips. Epist. Qu. 4, 14. leg. *in Mauritaniam*; et mox *abiit* pro *aut*, et in fin. post *conatus* omit. v. *est*. Hoc v. om. etiam Guelf. *Mauritaniam* hab. Scheff. Dein quidam codd. Carr. hab. *furtivaque celer.*; Achilles Statius: *furtim ac celeri rate.* Thys. *furtiva celoce.* Busl. *furtiva autem cel.* Ursin. *furtim ac celeritate.*

§. 3. *Transgressos*] Guelf. om. v. *transgr.* — *Mons*] In fragm. Sall. addunt nomen: *Ballera*, quem al. *Belloiam*, Putsch. *Belonam* vocat. v. Intpp. Fragm. Sallust. cf. Non. sub v. *transgressus.* Deinceps Iunt. Ald. *receptus.* Nostrum est in edd. vett. cod. Busl. et ap. Non.

§. 4. *Et* ἀπ.] Vulg. deerant vv. *et* ἀπ. Reg. *proprie* . . *GR.* Lugd. mai.: ET aΠePIcKEητωC *et nullo*; unde nostrum effecit Gron. pat. *Nullo auct.* intellig. *sine ullo auctore.* Praeposit. *a* Long. restituit ex edd. vett. Non hab. Guelf. nec Lugd. mai. Pro *dictum* Guelf. hab. *deinde.* — *Transgr.* etc.] Edd. vett. *transgr. et ingressus, inq., a tr. dicuntur*; *dicuntur* hab. etiam Guelf. Torn. et Lugd. mai. Mox *est* post v. *appell.* add. edd. ante Iunt. cum Guelf. Vulg. om.

et pedibus iter emetiuntur. Propterea negant, apud scriptorem idoneum aut navium *transgressum* reperiri posse, aut pro transfretatio-
6 ne *transgressum*. Sed quaero ego, cur non, sicuti *cursus* navium recte dici solent, ita *transgressus* etiam navibus factus dici possit? Praesertim cum brevitas tam angusti fretus, qui terram Africam Hispaniamque interfluit, elegantissime *transgressionis* vocabulo, quasi
7 paucorum graduum spatium, definita sit. Qui auctoritatem autem requirunt, et negant, dictum *ingredi transgredive* in navigantibus, volo uti respondeant, quantum existiment in-
8 teresse *ingredi* atque *ambulare*. Atqui Cato in libro *De Re rustica: Fundus*, inquit, *eo in loco habendus est, ut et oppidum prope amplum sit, et mare aut amnis, qua naves*
9 *ambulant*. Appetitas porro huiuscemodi translationes habitasque esse pro honestamentis orationis, Lucretius quoque testimonium in hac eadem voce dicit. In quarto enim libro clamorem per arterias et per fauces gradientem dicit, quod est nimio confidentius, quam illud

§. 5. *Serpentibus*] Guelf. *stupentib.* Idem om. vv. *reperiri -- transgr.*

§. 6. *Solent*] Guelf. *solet.* — *Fretus, qui*] Ita scripsi ex emendatione Gron. pat., quum codd. *fretu, qui;* al., ut Lugd. min. Pet. Linc. et Guelf., *freti qui* haberent, quod receperat Steph., et vulg. *freti, quod* legeretur. V. Scheller. sub v. *fretum;* Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 481.

§. 7. *Uti*] Guelf. om. *uti.* — *Ingredi*] Pet. *inter ingredi.*

§. 8. *Atqui*] Guelf. *atque.* V. Cat. de R. R. c. 1.

§. 9. *Pro* etc.] Guelf. *pro honestae mentis oratione.* Idem om. seq. *quoque.* — *Quarto*] v. 531.

de navibus Sallustianum. Versus Lucretii hi sunt:

[Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est,
Et sonitum, quoniam possunt impellere sensus.]
Praeter radit enim vox fauces saepe, facitque
Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Propterea Sallustius in eodem libro non eos solum, qui navibus veherentur, sed et scaphas quoque nantes *progressas* dicit. Verba ipsa de scaphis posui: *Earum aliae, paululum progressae, nimio simul et incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.*

CAPUT XXVII.

Historia de populo Romano deque populo Punico, quod pari propemodum vigore fuerint aemuli.

In literis veteribus memoria exstat, quod par fuit quondam vigor et acritudo amplitu-

Edd. vett. duos hab. versus priores: *Corpoream* etc. Non agnoscunt codd. Pro (Guelf.) *Praeterea radit* vett. edd. et Long. dederunt *Praeterradit enim.* Pro *radit* Sciopp. *trudit.* — *Arteria*] Guelf. *arterias.* Cf. Schneid. l. l. p. 481 sq.

§. 10. *Propterea*] Edd. ante Iunt. *praeterea.* — *Earum*] Busl. *eadem.* Nonius l. l.: *Ear. aliae paulum nimio progressae interim sicco onere* etc.

Cap. XXVII. *Populo*] Guelf. om. *populo*; mox hab. *fuerunt*; hoc hab. etiam Iunt. in Ind. Capp.

§. 1. *Memoria*] Operarum vitio v. *mem.* omisisse videtur Thys. Pro praecedente v. *literis* Guelf. et edd. ante Iunt. hab. *libris.* Deinceps Guelf. *quod par quorundam* (quondam) *fuit.*

2 doque populi Romani atque Poeni. Neque immerito aestimatum[. Nam] cum aliis quidem populis de uniuscuiusque reipublicae, cum Poenis autem de omnium terrarum imperio 3 decertatum [est]. Eius rei specimen est in illo utriusque populi verbo factum, quo Q. Fabius, imperator Romanus, dedit ad Carthaginienses epistolam, ubi scriptum fuit, populum Romanum misisse ad eos hastam et caduceum, signa duo belli aut pacis: ex quis, utrum vellent, eligerent; quod elegissent, id unum ut 4 esse missum existimarent. Carthaginienses responderunt, neutrum sese eligere; sed posse, qui attulissent, utrum mallent, relinquere; quod reliquissent, id sibi pro electo futurum.

§. 2. *Aestimatum*] *Aest.* dedit Steph. cum codd. Gron. omnibus; edd. vett. et Guelf. *existimatum.* Sequens *nam* omit. codd. Gron. Guelf. et Sciopp.; et haud dubie iuncta omnia posuisse Gellium annotavit I. G. V. *est*, quod edd. vett. et Guelf. post *decret.* add., in nullo cod. Gron. exstat; et omisit iam Steph. Pro *reipubl.* Sciopp. *rep.* et mox *omni* pro *omnium.* Guelf. *vel re. pu.*

§. 3. *Quo Q. F.*] Sic emendavit I. G. Codd. *factumq. quae F.*, aut (Guelf.) *factumque Q. F.* Edd. vett. *factum, quum Q. F.*; Steph. *quod.* Long. *verbo factumque. Q. Fabius* etc. Ceterum hunc locum a Gellio ex auctore Graeco versum esse qui scripsisset *αὐτοκράτωρ πρεσβευτὴς*, iudicabat I. G.; de *imperatore* enim Romano Fabio nec lectum nec auditum quidquam esse. Dein pro *ubi* edd. vett. *ibi*, invitis codd. — *Id*] Plerique scripti innuunt: *quod eleg. ad unum. I. G.* Et sic hab. Guelf. De re cf. Liv. 21, 8. Flor. 2, 6, 7.

§. 4. *Electo*] Ita Reg. cum edd. vett. pro vulg. *lecto*, quod dedit Steph. Alii codd. *praelectos*, *profecto* (Guelf.), quae dirigunt ad simplex.

Marcus autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesserulas: in quarum altera caduceum, in altera hastae simulacra fuerunt incisa.

CAPUT XXVIII.

De aetatum finibus *pueritiae, iuventae, senectae*, ex Tuberonis historia sumtum.

C. Tubero in *Historiarum* primo scripsit, Servium Tullium, regem populi Romani, cum illas quinque classes iuniorum, census faciendi gratia, institueret, pueros esse existimasse, qui

§. 5. *M. autem V.*] Edd. vett. *M. V. autem.* Eaedem in fine *in alt. simul. hast.* Pro *fuerunt* Guelf. hab. *fuerint.* De tesserulis v. Pignor. de Servis p. 155. quem laud. Falster. p. 272.

Cap. XXVIII. *Aetatum*] Sic Reg. et edd. vett. ante Steph. qui dedit: *aetatium.* V. 1, 3, 23. p. 65. — *Sumtum*] Guelf. *sumptis.*

§. 1. *C.*] Pronom. (*C.* vel *K.*) exstat in codd. Gron. Omit. Guelf. et edd. vett. ante Steph., qui seq. *in* delevit, invitis codd. Gron. Torn. et Guelf. Mox cum Ruben. Elect. 2, 22. et Lips. Epist. 1, 55. Thys. vel delend. esse: *iuniorum*, vel legend.: *seniorum et iuniorum*, censebat; utrosque enim in classibus fuisse. Contra I. G.: Aliud agit Gellius, quippe qui consilium Servii in eo statuit vel praecipue constitisse, ut iuniorum copia semper esset conspicua, et scīri posset, quo numero militaris aetatis innixa staret respublica. Idem post *classes* commate distinguit, deleto post *iuniorum*. Otho vv. ita distinguit et legit: *quum illas quinque* (s. *sex*) *cl. instituēret, iunior. cens. fac. gratia puer. esse* (s. *eos*) *exist., qui* etc. I. e. ut iuniorum ratio haberi posset, ante omnia puerilem aetatem delinisse. Mox Guelf. *censum* pro *census*, et *instrueret* pro *instit.* — *Esse*] Guelf. *sese*; et pro *minor.* dat *iuniores.*

minores essent annis septemdecim: atque inde ab anno septimo decimo, quo idoneos iam esse reipublicae arbitraretur, milites scripsisse: eosque ad annum quadragesimum sextum *iuniores*, supraque eum annum *seniores* appel-
2 lasse. Eam rem propterea notavi, ut discrimina, quae fuerint iudicio moribusque maiorum pueritiae, iuventae, senectae, ex ista censione Servii Tullii, prudentissimi regis, noscerentur.

CAPUT XXIX.

Quod particula *atque* non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque

1 *Atque* particula, a grammaticis quidem coniunctio esse dicitur connexiva, et plerumque sane coniungit verba et connectit: sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literarum tracta-
2 tione atque cura exercitis. Nam et pro adverbio valet, cum dicimus: *aliter ego feci atque tu:* significat enim: *aliter quam tu;* et gemina si fiat, auget intenditque rem, de qua

Quo] E Reg. Flor. Mem. et Pet. recepit I. G. in locum Steph. *quod*; edd. vett. *quos*. Guelf. *qui*. De re v. Excur. Lips. ad Tac. An. 1, 17.

§. 2. *Eam rem*] Guelf. *eamque rem*. — *Notavi*] Prima persona est in Lugd. min. aliisque et edd. vett.; *notavit* Guelf. Lugd. mai. Ald. Steph. Mox edd. vett. et Guelf. *fuerunt*. Tum *indicio* pro *iud.* hab. eaedem praeter Iunt.

Cap. XXIX. *Sed*] Guelf. *et*.

§. 1. *Exercitis*] Guelf. *exercitatis*.

§. 2. *Significat enim*] Reg. *significatur enim*. — *Fiat*] Steph. *fiet*, contra codd. et edd. vett. —

agitur: ut animadvertimus in Q. Ennii annalibus, nisi memoria in hoc versu labor:

Atque atque accedit muros Romana iuventus.

Cui significationi contrarium est, quod itidem 3
a veteribus dictum est: *deque.* Et praeterea 4
pro alio quoque adverbio dicitur, id est, *statim:* quod in his Virgilii versibus existimatur obscure et insequenter particula ista posita esse:

Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri:
Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit,
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

Labor] Reg. *labar* aut *labat*, quod volebat Thys. Deinceps Guelf. om. utrumque *atque*; semel tantum hab. Reg. Non. sub v. *atque* explicat: festine, intrepidanter. Apud eundem legitur *adscendit.*

§. 4. *Insequenter*] Lugd. min. et ed. Lugd. 1539. in marg. *infreq.*; nostrum hab. alii codd. Gron. et Guelf.; unus etiam: *sequenter.* Mox pro *ista* Guelf. hab. *ita.* V. Virg. Georg. 1, 200 sqq. — *Posita* etc.] Ed. Rom. *posita. Est autem sic: In peius* etc. Edd. Ven. Brix. et Bonon.: *posita. Est autem: Sic omnia f. In p.* etc. Guelf. *posita esse aiunt sic omnia factis. Versus Virgilii. In peius r.* etc. — *Remigiis*] Edit. Bip. *remigis.* Deinceps Guelf. *subiit.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER UNDECIMUS.

CAPUT I.

De origine vocabuli terrae *Italiae*, deque ea mulcta, quae *suprema* appellatur, deque eius nominis ratione: ac de lege Aternia: et quibus verbis antiquitus *mulcta minima* dici solita sit.

1 Timaeus in *Historiis*, quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in *Antiquitatibus Rerum Humanarum* terram Italiam de Graeco vocabulo appellatam scripserunt; quoniam boves Graeca veteri lin-

LIB. XI. Codd. Gron. omnes: *Explicit lib.* 11. *Incipit* 12. Edd. ante Bonon. *lib. Decim.*

CAP. I. *Aternia*] Edd. vett. *Aterina.* Guelf. *paternia.* Scripsi *Aternia* secutus Cicer. de Rep. 2, 35. p. 200. ed. Mai. Tubing. v. infr. §. 2.

§. 1. *Veteri*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *vetere.* Dein Guelf. pro ἰταλοὶ hab. *itale.* (*italoe?*) De re cf. Varr. de R. R. 2, 1. 5. Columell. praefat. lib. 7.

gua ἰταλοὶ vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit: bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima. Coniectare 2
autem ob eandem causam possumus, quod Italia tunc esset armentosissima, mulctam, quae appellatur *suprema*, institutam in singulos [dies] duarum ovium, triginta boum: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria. Sed cum eiusmodi mulcta pecoris armentique a magistratibus dicta erat, adigebantur boves

Fest. sub v. *Peculatus furtum.* — *Sunt*] An fort. leg. *sint?* — *Bucetaque*] Ita omnes codd. Gron. Guelf. marg. Gryph. 1539. et edd. vett. Al. (Gryph. cum Ascens.) *bucera.* cf. Scalig. ad Varr. p. 184. Mox Ascens. Gryph. *compluria.* Guelf. *compluriam.*

§. 2. *Coniectare*] Guelf. *comentare.* Deinceps ex eodem et edd. vett. immutavi ordinem vv. vulgatum: *poss. ob eand. caus.* — *Mulctam, quae*] Sciopp. et edd. vett. *multamque, quae.* Guelf. *mulctam, quam appellant supremam.* — *Singulos*] V. *dies* hab. codd. omnes Guelf. Flor. Lugd. uterq. Pet. Torn. et edd. vett.; omisit Steph. hic et mox. Reg. h. l. ordine immutato hab. *dies sing.* Beloe transtulit: *on particular days.* Gron. pat. coni. *in s. reos* (mallem *in sing. hies*, i. e. *homines*, s. cum Hotoman. de Re Nummar. *in singulas res*); I. G.: *in singulas vices*, nisi lex Ateria innuere voluerit, cum, cui mulcta dicta fuerit hodie, nisi die sequenti veniat excusatum se magistratui purgatumque, denuo mulctari, idque usque per dies singulos iterari, donec huc descendat. Sed haec non satis probabilia sunt. Mihi quidem vitium latere videtur in v. *singulos*; potuit etiam v. *dies* facile intrudi propter literas v. sequentis *duorum.* Interim uncis seiunxi; prorsus eiicere, religioni mihi ducebam. *In singulos* scil. si plures erant rei. — *Triginta boum*] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. *boum trig.* Dionys. Antiquitt. 10, 50. qui ait mulctam gravissimam fuisse *duos boves et oves triginta.* cf. Plutarch. Poplic. c. 11. Cicer. de Rep. l. l. — *Ad-*

ovesque alias pretii parvi, alias maioris: eaque res faciebat inaequalem mulctae punitionem. Idcirco postea lege Aternia constituti sunt in oves singulas aeris deni, in boves aeris
3 centeni. *Minima* autem mulcta est ovis unius. *Suprema* mulcta est eius numeri, cuius diximus: ultra quem mulctam dicere in [dies] singulos ius non est; et propterea *suprema*
4 appellatur, id est, summa et maxima. Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more maiorum mulcta dicitur vel minima vel suprema, observari solet, ut *oves* genere virili appellentur: atque ita M. Varro verba haec legitima, quibus minima mulcta diceretur, concepit: *M. Terentio, quando ci-*

igebantur] Ita codd. omnes Gron. Guelf. et edd. vett. etiam Steph. atque marg. Gryph. 1539.; Lugd., in raso: *adiebantur*. Cum Gron. patre Thys. edidit: *addicebantur*; idque retinuit I. G. Sed in annotatione: Hoc, inquit, verbo non videtur Gellius respexisse officium iudicis, qui addicebat, sed eius, qui mulctatus volebat satisfacere sententiae: ille oves, ille boves adigebat cuius pretii visum fuisset, ut hîc idem usu venerit, quod Athenis, explicante Harpocratione in vv. μεῖον et μειαγωγός, quem vide. Otho mox *mulctae pensionem* legend. esse censuit, i. e. solutionem poenae, cum antea de imponenda a magistratibus mulcta actum esset. — *Aternia*] Edd. vett. iterum dant *Aterina*; Reg. Flor. Lugd. mai. et Pet. *Aterniae*; Lugd. min. *Paternia*; Linc. *eternia*; Guelf. *aeternia*. Long. *Arteria*.

§. 3. *Autem*] Edd. vett. et Guelf. dederunt *autem*, quod vulgo deerat. — *Quem*] Sciopp.: Ita antiquior ms. al. *quam*; Guelf. etiam hab. *quam*; mox *illius* pro *ius*; tum om. *et* ante *propterea*.

§. 4. *Genere*] Cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 6. et 7. — *Concepit*] Guelf. *concipit*. — *M. Terentio*] Steph. contra codd. et edd. vett. dedit: *M. Terentius*. Dativ. hab. etiam Non. sub v. *oves*. Mox *ei* om.

tatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ovem mulctam dico. Ac nisi eo genere diceretur, negaverunt iustam videri mulctam. Vocabulum autem ipsum *mulctae* 5 idem M. Varro in uno et vicesimo *Rerum Humanarum* non Latinum, sed Sabinum esse dicit; idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum novitia κατ' ἀντίφρασιν, ut quaedam alia, [ita] hoc quoque dici tradiderunt. Cum autem usus et mos ser- 6 monum is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sunt: *mulctam dixit*, et: *mulcta dicta est:* non esse ab re putavi, notare, quod M. Cato aliter dixit. Nam in quarto *Originum* verba haec sunt: *Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei mulctam facit.* Potest autem videri 7 consulta elegantia mutasse verbum, cum in

Briss. Non. hab. *eum ego.* Suet. Aug. c. 67.: Thallo - ei. Ruddimann. II. p. 370.

§. 5. *Vocabulum* etc.] Guelf. om. vv. *vocab. aut. ips. mulctae* et *M.* — *In* etc.] Vet. cod. Thys. *undeviges.* Edd. vett. et Guelf. *in undevicesimo.* Gron. codd. *uno vices.* Long. *in uno vic.* Steph. *in, uno et vic.* Addidi *in* cum edd. vett. et Steph. quibus accedit Guelf. cf. Ruddim. I. p. 195. not. 36. De v. *multa* s. *mulcta* v. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 450. — *Samnitium*] Guelf. *Samnitum.* V. Schneid. l. l. 2, 1. p. 253 sq. Infr. 17, 21, 36. — *Novitia* etc.] Edd. vett. *novitia ea* κατ' ἀντ. -- *ita hoc q.* Vulg. *ita* deest, etiam in Guelf., qui hab. *novitia ea per antifrasim.*

§. 6. *Sunt* etc.] Guelf. *sunt. M. p̃ nost' si quis* etc.

§. 7. *Autem*] Guelf. om. *autem.* — *Consulta* etc.] Cum Ascens. marg. Gryph. 1542. 1591. *consulto elegantiae vitasse verbum*, aut: *elegans verbum.*

castris et in exercitu mulcta fieret, non in comitio nec ad populum diceretur.

CAPUT II.

Quod *elegantia* apud antiquiores non de amoeniore ingenio, sed de nitidiore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.

1 *Elegans* homo non dicebatur cum laude; sed id fere verbum ad aetatem M. Catonis
2 vitii, non laudis, fuit; est namque hoc animadvertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis, qui inscriptus est: *Carmen de moribus.* Ex quo libro verba haec sunt: *Avaritiam omnia vitia habere putabant; sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus*

Pro *mutasse* Bourdelot. adscripsit ed. Astens.: *visitasse*; unde Thys. *vitiasse*; reiiciente I. G. Edd. vett. et Guelf. hab. *vitasse*; quod non ineptum esse credo. Deinde Sciopp. pro *non in c.* etc. coni. *in com. vero et apud populum, diceretur.*

Cap. II. *Elegantia*] Steph. *eligantia* et *eligans*. V. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 16. — *Eaque* etc.] Edd. vett. *quod in v. p.*; Iunt. *ea quae*; et in ind. capp. *eaque et in v. p.*, quod retinuit etiam Ald., h. l. *eaque* habens. Guelf. *eaque quod in v. p.*

§. 2. *Catonis*] Hoc nomen om. Torn. Long. om. vv. *qui inscr. est Carmen.* — *Carmen*] Effatum, de moribus emendandis prosa scriptum. Praecepta et edicta legum et sanctionum *carmina* quoque vocabantur. *Popma* et *Thys.* — *Avaritiam*] Guelf. *avaritia*; quod si probas, mox fort. legend. *haberi.* Sed vulgatam scripturam hab. etiam Non. sub v. *Elegantes*; nisi quod *putant* exhibet. — *Irritus*] Reg. Flor. aliique: *irritusque* vel *inritusque.* Particula *que* non displicet, nisi forte pro seq. *qui* in illis codd. legitur. Scheff. hab. *iritus.* Ex Scriv. cod. Gron.

qui habebatur, is laudabatur; ex quibus verbis apparet, *elegantem* dictum antiquitus, non ab ingenii elegantia, sed qui nimis lecto amoenoque cultu victuque esset. Postea *elègans* reprehendi quidem desiit; sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso et Q. Scaevolae non meram elegantiam, sed multam parsimonia mixtam laudi dedit: *Crassus*, inquit, *erat parcissimus elegantium; Scaevola parcorum elegantissimus.* Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise commeminimus: *Vestiri*, inquit, *in foro honeste mos erat: domi quod satis erat. Equos carius, quam coquos, emebant. Poëticae artis honos non erat. Si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat,* 3 4 5

pater: „*bilosus*, *invidus*, sed frustra." Idem credebat Gell. dedisse: *cuppes*, *elegans*, (*vinosus* Meurs.) *luxuriosus*, *perditusque*, omnia ad profusi hominis declarationem pertinentia, quum de omnibus avaritiae oppositis loqui se velle occasione eius videatur Cato. *I. G.* Sed v. Non. l. l.

§. 3. *Ab* etc.] Sic edd. vett. cum codd. Torn. et Guelf. pro: *ob ing. elegantiam.* — *Lecto*] Guelf. et edd. ante Iunt. *leto* (*laeto*). Haud inepte.

§. 4. *Multam*] Brut. c. 40. Edd. vett. *multa*; Guelf. Iunt. et Ald. *multam parsimoniam m.* Nostrum firmant codd. Gron.

§. 5. *Coquos*] Guelf. *cocos.* cf. Liv. 39, 6. Senec. Ep. 114. sub fin. — *Poëticae*] Cf. Cic. Qu. Tusc. 1, 2. — *Si qui*] Guelf. *si quis.* Cf. c. 18, 10. Stallbaum. ad Ruddimann. I. p. 201. — *Sese*] Sciopp. *si se.* Pro *conviv.* Barth. Advers. 17, 12. *convicia.* cf. Reines. Varr. LL. 11, 7. p. 172. Pro *grassat.* Ranchin. VV. LL. 1, 5.: *grallator*, i. e. garrulus, s. *garrulator*, s. *gallator*; coll. Non. *gallare*, i. e. *bacchari.* Guelf. *grossator.*

6 *grassator vocabatur.* Illa quoque ex eodem libro praeclarae veritatis sententia est: *Nam vita*, inquit, *humana prope uti ferrum est. Ferrum si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit. Itidem homines exercendo videmus conteri. Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio.*

CAPUT III.

Qualis quantaque sit *pro* particulae varietas; deque exemplis eius varietatis.

1 Quando ab arbitriis negotiisque otium est, et motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur, quaerere nunnunquam apud memetipsum soleo res eiusmodi, parvas quidem minutasque, et hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda et ad scientiam linguae Latinae cum-

§. 6. *Ferrum* etc.] Ita edd. vett. pro vulg. *ferrum est*; *si exerc.*; sed mire placet repetitio v. *ferrum.* — *Itidem*] Edd. vett. et Guelf. *item.* Ante pro *tamen r. interf.* in marg. ed. Gryph. 1539. est: *tandem rubigo inficit.* De v. *interfic.* v. Non. sub h. v. — *Exercitio*] Sciopp. *exercitium*; Long. *exercitatio* ex Guelf. et edd. vett. restituit. Sed v. Fest. sub h. v.

Cap. III. §. 1. *Arbitriis*] Iunt. et Ald. et marg. Gryph. 1539. *arbitris.* Fuit Gell. lectus inter iudices. Arbitrium pro arbitrorum sententia ponitur. *Thys.* Deinceps Guelf. *neg. offitium otium est.* — *Ad scientiam*] Reg. *asciendam*; unde I. G. *ad sciendа*; comparans: peragenda consularis officii. Malim: *ad sciendum.* cf. quem ad 4, 15, 1. laudavi Ruddim.

primis necessarias: velut est, quod forte nuper in Praenestino recessu vespertina ambulatione solus ambulans considerabam: qualis quantaque esset particularum quarundam in oratione Latina varietas. Quod genus est praepositio *pro*. Aliter enim dici videbam: *pontifices pro collegio decrevisse:* aliter: *quempiam testem introductum pro testimonio dixisse:* aliter M. Catonem in *Originum* quarto: *proelium factum depugnatumque pro castris* scripsisse: et item in quinto: *urbes, insulasque omnis pro agro Illyrio esse:* aliter etiam dici: *pro aede Castoris:* aliter: *pro rostris:* aliter: *pro tribunali:* aliter: *pro contione:* atque aliter: *tribunum plebis pro potestate intercessisse.* Sed has omnis dictiones, qui aut omnino similes et pares, aut usquequaque diversas existimaret, errare arbitrabar. Nam varietatem istam eiusdem quidem fontis

Recessu] Iuret. ad Symmach. Epist. 1, 2. et Gron. pat. *secessu.* At Cic. ad Att. 12, 26.: sed mihi solitudo et recessus provincia est.

§. 2. *Pro coll.*] Ex sententia et utilitate collegii; *pro test.*, loco testimonii; *pro castr.*, vel ante castra, vel pro defensione castrorum; *pro agro Il.*, in favorem Illyriorum causae et defensionem; *pro aede C.*, ante aedem; *pro rostr.*, vel in conspectu rostrorum, vel in ipso suggestu; *pro trib.*, coram vel in tribunali; *pro cont.*, in conspectu populi convocati ad audiendam orationem; *pro potest.*, iuxta potestatem aut ex officio eius. *Thys.* Cf. Tursellin. de Particc. sub *pro.* — *Agro*] Edd. ante Iunt. *pro pago*; quod Thys. explicat: pro gente, s. regione. *Illyrico* est in edd. vett. praeter Rom., quacum Steph. edidit *Illyrio*, quod est etiam in Guelf. — *Etiam*] Guelf. om. vv. *etiam--rostris, aliter.*

§. 3. *Nam*] Deest in Reg.; mox *eiusdem*, quod uncis seiunctum vides, deest in Reg. et Lugd. mai.;

et capitis, non [eiusdem] tamen esse finis pu-
4 tabam. Quod profecto facile intelliget, si quis adhibeat ad meditationem suam intentionem, et habeat veteris orationis usum atque notitiam celebriorem.

CAPUT IV.

Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi aemulatus sit.

1 Euripidis versus sunt in Hecuba, verbis,
2 sententia, brevitate insignes illustresque. Hecuba est ad Ulixem dicens:

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
Νικᾷ· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

3 Hos versus Q. Ennius, cum eam tragoediam verteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt:

intelligi id posse ex antecedd., intellexit I. G.; retinuit Long., qui *tamen* eiecit, nescio qua causa permotus. — *Eiusdem quid.*] Guelf. *eiusdemque quid.*

Cap. IV. *Quem in modum*] Guelf. *quemadmod.* — *Aemulatus*] Reg. *imitatus.* Et videtur voluisse varius esse Gellius. I. G. In cap. ipso est: aemulatus est. Illud recepit Long.

§. 1. *Euripidis*] Pro *Euripidi* h. l. hab. omnes codd.; sed in argumento vulgat. retinent Reg. Pet. et Lugd. uterq. Edd. vett. et Guelf. bis hab. *Euripidis.* cf. 1, 15, 17. 3, 10, 11. Mox Reg. *verbi sententia;* forsan, inquit I. G., temere illic literam *s* omisit, quod in prima voce (*Eurip.*) abolere debuerat. — *Hecuba*] V. 293 sqq. (297. Pors.)

§. 2. *Dicens*] Guelf. om. v. *dicens.* — Νικᾷ] I. e. vincere solet. Ita Reg. Memm. Lugd. uterq. Pet. et Torn. pro vulg. *πείσει,* ut ap. Eurip. est.

Haec tametsi perverse dices, facile Achivos
flexeris:
Nam cum opulenti loquuntur pariter atque
ignobiles,
Eadem dicta, eademque oratio aequa non
aeque valet.

Bene, sicuti dixi, Ennius: sed ignobiles tamen 4
et opulenti ἀντὶ ἀδοξούντων et ἀντὶ δοκούντων satisfacere sententiae non videntur; nam neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι, neque omnes opulenti εὐδοξοῦσι.

CAPUT V.

De Pyrrhoniis philosophis quaedam, deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.

Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii 1

§. 3. *Tametsi*] Lugd. uterq. *tametsi.* Vulg. *tu etsi.* cf. Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. p. 47. qui deinceps legit *pervorse.* — *Opulenti*] Cum Sciopp. Alciat. Par. 8, 11. h. l. et postea legend. putat: *opinati*; rationem trochaici carminis septenarii satis id indicare; et immerito a Gellio Ennium reprendi. cf. Voss. Institt. Orat. 2, 9. p. 305. *Opulentos* dici pro splendidis et insignibus, et ignobiles pro obscuris observavit Phil. Carol. Ceterum *cum* non elidendum est; praestare tamen scribi, verbis transpositis secundum Personum et Hermannum: *Nam opul. cum* etc. censuit Both. l. l. *Nam* sub ictu positum non liquescere, neque opus esse, ut ponatur *Namque*, admonuit idem. Vulgat. tuetur Osann. Analect. Critt. p. 136.

§. 4. *Sed* etc.] Edd. vett. *sed tam. ignobiles*; vv. *et opul.* om. edd. ante Iunt. — *Et*] Cod. Torn. καὶ δ. Equidem ἀντὶ adiunxi ex edd. vett.

Cap. V. *Pyrrhoniis*] Edd. vett. *Pyrrhonibus*: sed in ind. capp. edd. ante Iunt. hab. nostrum. Guelf. *pyrrhonis.* — *Differentia*] Guelf. *diffama.*

2 Graeco cognomento σκεπτικοὶ appellantur; id ferme significat quasi *quaesitores* et *consi-*
3 *deratores:* nihil enim decernunt, nihil constituunt; sed in quaerendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum, de
4 quo decerni constituique possit. Ac ne videre quoque plane quidquam neque audire sese putant; sed ita pati afficique, quasi videant vel audiant: eaque ipsa, quae affectiones istas in sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint, contantur atque insistunt; omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis veri atque falsi ita imprensibilem videri aiunt, ut quisquis homo est non praeceps neque iudicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiae istius Pyrrhonem usum esse tradunt: *Οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκεῖνως ἢ οὐδετέρως*: indicia enim rei cuiusque

§. 1. *Pyrrhonios*] Guelf. iterum *pyrrhonis*; idem mox pro *ii* hab. *in*. — Σκεπτικοὶ] Linc. aliique: *σκεπτηταὶ*, Steph. *σκεκτηταὶ*, (quod tamen correxit in Specim. Emendd. p. 140.). Guelf. *sceptite*. Nostrum hab. edd. vett. Salm. adscripsit: *sceptice* in p. pro *scepticoe*, *σκεπτικοὶ*. Sic quoque hab. uterque Lugd. Cf. Diog. Laërt. 9, 9, 11.

§. 2. *Quaesitores*] *Questiores* Guelf., *quaestores* edd. vett.

§. 3. *Quaerendo*] Guelf. *in inquirendo;* quod probum mihi videtur.

§. 4. *Quasi*] Guelf. om. *quasi*. Mox Reg. *ea ipsa*. — *Cuiusmodi*] Guelf. *cuiusquemodi*. — *Insistunt*] Fuit qui in marg. edit. Connell. II. coniiceret: *haesitant*. — *Imprensibilem*] Ita cum codd. Steph.; Reg. Memm. Scheff. *impensib.;* Lugd. min. Guelf. *inpensib.;* Lugd. mai. *impresib.;* edd. vett. *incomprehensib.* Gron. pat. *insensibilem*, ut 17, 10. Deinde *quisque* hab. edd. vett.; nostrum dedit iam Bad.; sed Bonon. et Iunt. hab. *quibusque*. — *Usum esse*] Vulg.

et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi; idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur; super qua re Favori- 5
nus quoque subtilissime argutissimeque decem libros composuit, quos *Πυῤῥωνείων τρόπων* inscribit. Vetus autem quaestio et a multis scri- 6
ptoribus Graecis tractata [est], an quid et quantum [inter] Pyrrhonios et Academicos philosophos intersit; utrique enim *ακεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀποφητικοὶ* dicuntur; quoniam utrique nihil affirmant, nihilque comprehendi putant. Sed ex omnibus rebus perinde visa fieri dicunt, quas *φαντασίας* appellant; non ut rerum ipsarum natura est, sed affectio animi corporisve est eorum, ad quos ea visa perveniunt. Itaque omnis omnino res, quae sensus omni- 7
um movent, *τῶν πρός τι* esse dicunt: id verbum significat, nihil esse quidquam, quod ex sese constet, nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid

esse usum; nostrum ordinem exhib. edd. vett. et Guelf.

§. 5. *Argutissimeque*] Guelf. *et argutissimeque.* — *Τρόπων*] Vocantur etiam *τάπαι*. v. Diog. L. Sext. Empir. Hypotyp. 1, 14.

§. 6. *Est*] V. *est* om. Guelf. et edd. vett. Deinceps iidem libri et Torn. pro *in quid* dant *an q.* Inter utrumque haerent Gron. codd. Infr. c. 15, 5.: an quid et quantulum differret a ludibundo ludens. Supra lemm. c. 18. l. 5. In quid et quantum diff. Sequens *inter* om. omnes Gron. codd. et Steph., qui, operarum credo vitio, *Pyrrhonis* pro *Pyrrhonios* edidit. Guelf. hab. *inter pirrones.* — *Nihil affirmant*] Guelf. om. vv. *nih. aff.*

§. 7. *Omnium*] Edd. vett. cum cod. Torn. *hominum*, quod restituit Long. Nostrum hab. Guelf. Deinceps Iunt. *moverit.* —

referri: taliaque videri esse, qualis sit eorum species, dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur: non apud
8 sese, unde profecta sunt. Cum haec autem consimiliter tam Pyrrhonii dicant, quam Academici, differre tamen inter sese et propter alia quaedam, et vel maxime propterea existimati sunt, quod Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendi, quasi comprehendunt, et nihil posse decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quod nihil esse verum videtur.

CAPUT VI.

Quod mulieres Romae per Herculem non iuraverint, neque viri per Castorem.

1 In veteribus scriptis neque mulieres Romanae per Herculem deiurant, neque viri per
2 Castorem. Sed cur illae non iuraverint Herculem, obscurum non est. Nam Herculaneo

Sit] Steph. *fit.* — *Creantur*] In quod. Ms. *procr. Thys.* Mox Guelf. *perfecta.*

§. 8. *Compreh.* etc.] Vv. *compreh.--posse* omit. Steph.; operarum credo errore; omisit tamen etiam Long.

Cap. VI. *Iuraverint*] Coniunctiv. pro indicat. *iuraverunt* recepi ex edd. vett. et Guelf.

§. 1. *Deiurant*] Ita h. l. et mox omnes codd. Gron. praeter Scheff. et Guelf.; recepit Steph.; edd. vet. *deierant.* V. 1, 3, 20.

§. 2. *Iuraverint*] Edd. vett. *iuraverunt*; (v. mox et Ruddimann. II. p. 347.) deinceps *obsc. non est.* — *Herculaneo*] Cf. Macrob. Sat. 1, 12. Propert. 4, 10. Long. *Herculano*, edd. vett. ante Iunt. secutus. Nostrum hab. Guelf.

sacrificio abstinent. Cur autem viri Castorem iurantes non appellaverint, non facile dictu est. Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, aut *mehercle* feminam dicere, aut *mecastor* virum. *Aedepol* autem, quod iusiurandum per Pollucem est, et viro et feminae commune est. Sed M. Varro asseverat, antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem deiurare solitos; sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum ex Initiis Eleusiniis acceptum: paulatim tamen, inscitia antiquitatis, viros dicere *aedepol* coepisse; factumque esse ita dicendi morem: sed *mecastor* a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri. 3 4 5 6

CAPUT VII.

Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis minime utendum.

Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque, aut insolentibus novitatisque durae et illepidae, par esse delictum videtur: sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, ver- 1

§. 3. *Appellaverint*] Edd. vett. *appellaverunt*; Iunt. Ald. *appellarunt*. — *Mehercle*] Edd. vett. *mehercules*; Iunt. Ald. *mehercle*; Gryph. *mehercule*. Guelf. *me hercule*; ut scribend. esse videtur. cf. 5, 11, 13. — *Mecastor*] Sciopp.: Imo apud Plaut. sc. ult. Asinar. Argyrippus utitur Ecastor.

§. 4. *Est*] Vv. *est--Pollucem* om. Guelf.

§. 5. *Asseverat*] Edd. antiquissimae *asseverare*, quod correctum iam est in edd. Bonon. Connell. Iunt. Ald. aliis. — *Deiurare*] Edd. vett. *dierare*. V. supra.

CAP. VII. *Iam*] Edd. ante Iunt. om. *iam*.

§. 1. *Obsoletis* etc.] Guelf. *absoletis exculcatis*, sine *que*. —

ba nova, incognita, inaudita dicere, quam in-
2 vulgata et sordentia. Nova autem videri dico
etiam ea, quae sunt inusitata et desita, tam-
3 etsi sint vetusta. Est adeo id vitium plerum-
que serae eruditionis, quam Graeci ὀψιμαθίαν
appellant; ut, quod nunquam didiceris, diu
ignoraveris, cum id scire aliquando coeperis,
magni facias quo in loco cunque et quacunque
in re dicere: veluti Romae, nobis praesenti-
bus, vetus celebratusque homo in causis, sed
repentina et quasi tumultuaria doctrina prae-
ditus, cum apud praefectum urbis verba fa-
ceret, et dicere vellet, inopi quendam mise-
roque victu vivere et furfureum panem esitare,
vinumque eructum et foetidum potare: *Hic*,
inquit, *eques Romanus apludam edit, et flo-*
4 *ces bibit.* Adspexerunt omnes, qui aderant,
alius alium, primo tristiores turbato et requi-
rente vultu, quidnam illud utriusque verbi
foret; post deinde, quasi nescio quid Tusce
5 aut Gallice dixisset, universi riserunt. Lege-
rat autem ille, *apludam* veteres rusticos fru-

Invulgata] Guelf. *mulgata.*

§. 2. *Sint*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *sunt.*

§. 3. *Vitium* etc.] Guelf. *initium plerum ser.* — *Urbis*] Guelf. et edd. vett. *urbis.* Vulgatum *urbi* nescio qua auctoritate nitatur, nisi Steph. V. tamen 13, 17, 2. Mox Steph. *inopia,* contra codd. omnes (Guelf. Reg. Flor. Lugd. ut.) et edd. vett. — *Eructum*] In Salmas. exemplari adscriptum erat: *crucium,* cui ipse postea supposuit: *in Pet. Eructum.* Coler. Parerg. 20, 72. *crudum.* Gron. in Excerptis repperit: *eruptum.* — *Apludam ed.*] Sciopp. *apludedavit.*

§. 4. *Deinde*] Hoc restitui e Guelf. Reg. Flor. Lugd. mai. Torn. et edd. vett. *inde* hab. cum Lugd. min. Steph. cf. Macr. Sat. 2, 14. Lucret. 3, 528. Sed v. 12, 5. Schell. sub v. *post.*

menti furfurem dixisse; idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae *Astraba* inscripta est, positum esse. Item *floces* audierat 6
prisca voce significare vini faecem e vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis: idque apud Caecilium in *Polumenis* legerat, eaque sibi duo verba ad orationum ornamenta servaverat. Alter quoque a lectionibus id genus paucis 7
ἀπειρόκαλος, cum adversarius causam differri postularet: Rogo, praetor, inquit, subveni, succurre: quonam usque nos *bovinator* hic demoratur? Atque id voce magna ter quaterque inclamavit, *bovinator est.* Commurmu- 8

§. 5. *Apludam*] Cf. Non. sub h. v. — *Plauto*] Al. *Pacuvio*; quod video in marg. Gryph. 1542. 1591. et mox *Pacuvii.* cf. Varr. et Fest., qui eam inter genuinas Plauti comoedias recensent.

§. 6. *Floces*] Guelf. Iunt. *flocces*, ut hic et antea edidit Steph. — *Faecem* etc.] Reg. *faecemne vini expressam.* Guelf. *fecem ex vin.* Praep. *ex* ante *oleis* deest in codd. omnibus Gron. et Guelf.; potuit excidere propter syllab. *es.* Pro *fraces* nonnulli codd. Thys. hab. *frages.* — *Polumenis*] I. e. ἐν Πωλουμένοις, ut edidit Long. cum Ald. Ascens. Gryph. Edd. ante Iunt. *polymenis.* Guelf. *polimenis.* Iunt. nostrum hab. Thys. *Philumina*, coll. Non. sub v. *factio.* cf. Reines. VV. LL. 2, 1. Non. sub v. *Floces.* Add. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 145. Menandri Πωλούμενοι memorantur apud Athen. v. Meineke, Reliq. Menandri.

§. 7. Ἀπειρόκαλος] Edd. vett. *ἀπειρόκαλος i. e. infinitus* (s. infrunitus) *et insolens et ineruditus*; unde Graecum v. adscivit Long. cf. 18, 8, 1. Vulg. *apirocalus.* Guelf. *apirochalus.* — *Postularet* etc.] Edd. vett. *postularet, inquit, succurre.* Iunt. *postul., inquit, subveni, succure*; reliquis omissis; restituit Ald. Deinceps pro *quonam* ed. Rom. hab. *quoniam*; tum *demoretur* edd. ante Iunt. Deinde Guelf. *quaterve.* — *Est*] V. *est* om. edd. ante Iunt.

ratio fieri coepta est a plerisque, qui aderant, quasi monstrum verbi admirantibus. At ille iactans et gestiens: Non enim Lucilium, inquit, legistis, qui tergiversatorem *bovinatorem* dicit. Est autem in Lucilii undecimo versus:

Hic strigosus, bovinatorque ore improbus duro.

CAPUT VIII.

Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino; qui homo Romanus Graeca oratione res Romanas, venia sibi ante eius imperitiae petita, composuit.

1 Iuste venusteque admodum reprehendisse
2 dicitur A. Albinum M. Cato. Albinus, qui
cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas ora-
3 tione Graeca scriptitavit. In eius historiae
principio scriptum est ad hanc sententiam:
Neminem succensere sibi convenire, si quid in
his libris parum composita aut minus elegan-

§. 10. *Hic* etc.] Ita fere edd. vett.; quae hab. *versus hic; Hic str.* Scalig. *hicce strigos.* Steph. edidit: *versus hic: Est tricosus.* Sciopp. *stricosus,* omisso *est.* Reg. *in Lucilio versus Hic strigos.* Thuan. *versus Hystrichosus* (quasi aliquid Graeci saporis praeferret. I. G.); Guelf. Pet. et Scheff. *versus hic strichos. Strichos.* exhibet etiam Torn. Mercer. ad Non. *Hic st tricos.* Mss. clarius indicare *strig.* opposuit I. G.

Cap. VIII. *Eius* etc.] Edd. ante Iunt. *eius linguae imper.* Guelf. *eius peritiae.*

§. 2. *Albinus*] Cf. Macrob. Sat. praef. Plutarch. vit. Cat. Cic. Brut. c. 21. Fort. e more Gell. legend. *Is Alb.,* quod innuere videtur etiam Macrob.

§. 3. *Principio*] Macr. *primo*; v. Gron. ad Macr. in Somn. Scip. 1, 4. p. 20. ed. Zeun.; mox *in illis*

ter scriptum foret. Nam sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio. Graeca oratio a nobis alienissima est; ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Eam cum legisset M. Cato: 4
Nae tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus, aut cum compulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod, priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur? Scriptum est hoc in 5
libro Cornelii Nepotis *De Illustribus Viris.*

CAPUT IX.

Historia de legatis Mileti et Demosthene rhetore, in libris Critolai reperta.

Critolaus scripsit, legatos Mileto publicae 1

libris (ed. Rom. Gell. *hiis*); tum: *natus in Latio, unde et eloquium Graecum a nobis alienissimum est.*

§. 4. *Eam*] Macr. *ea*, i. e. quae praecesserunt; *eam* codd. Gell. I. G.: Nec iustitiam nec venustatem in hac morosa et abrupta vituperatione agnosco. — *Nugator*] Guelf. *mitigator.* — *Aut* etc.] Macr. *aut cum noxam imperio compellentis admisimus.* — *Tibi*] Pronom. omisit Macr. (qui hab.: *Te, inq., oro;*) pendet a v. *ignosc.* Fuit qui coniiceret: *Albi.* Gryph. 1539. hab. *Te, inq., oro te;* et in marg. *Tibi inq.* — *Ut*] Macr. *uti.*

§. 5. *Viris*] In Torn. et Pet. additur: *XIII.* Flor. et Sciopp. *libris XIII.* Edd. ante Iunt. Guelf. Reg. et Thuan. *illustribus libris.*

Cap. IX. *Et D.*] Guelf. *a D.* (ad Demosthenem rhetorem?). In eodem libro hoc lemma cohaeret cum sequenti; addito v. *Item quod C. Gr.*

rei causa venisse Athenas, fortasseam [dixerit] auxilii petendi gratia; tum qui pro sese verba facerent, quos visum erat, advoca[vi]sse; advocatos, uti erat mandatum, verba pro Milesiis ad populum fecisse: Demosthenem Milesiorum postulatis acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos, neque ex republica id esse contendisse: rem in posterum diem prolatam; legatos ad Demosthenem venisse; magnoque opere orasse, uti contra ne diceret: eum pecuniam petivisse: et quantam petiverat abstulisse: postridie, cum res agi denuo coepta esset, Demosthenem, lana multa collum cervicesque circumvolutum, ad populum prodisse, et dixisse, se synanchen pati; eo contra Milesios loqui non quire: tum e populo unum exclamasse, non synanchen, quod Demosthenes pateretur, sed argyranchen esse.
2 Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, non id postea concelavit: quin gloriae

etc.; hinc factum est, ut hoc cap. cum sequenti coniunctum ibi legatur. Sed v. init. c. 10.

§. 1. *Dixerit*] V. *dix.* exstat in omnibus codd. Gron. Guelf. et edd. vett. Cum Scalig. ad Varr. p. 240. et Lips. El. 1, 21. Steph. eiecerat. Henr. Petri in ed. Basil. in marg. annotavit: in antiquo libro deesse haec tria vv.: *fortasse an dixerit.* Hoc prorsus abiicere non ausus sum. — *Advocavisse*] Guelf. et edd. ante Iunt. *advocasse.* — *Quantam*] Iidem libb. *quantum;* non improbo; intell. *pecuniae.* — *Postridie*] Cum Reg. et Steph. Long. *postpridie*; Lugd. min. *postpridiae*, mai. *pp'pdie.* Iidem libb. bis hab. *Demosthenen.* V. ad 2, 1, 1. — *Unum*] Pollux Onom. 7, 24.: Ἀργυράγχη, ὡς Δημάδης σκώπτων Δημοσθένη, συνάγχῃ λέγοντα εἰλῆφθαι. — *Argyranchen*] Reg. *arcyrechen*; Guelf. *archirachen.* Edd. vett. antea et h. l. συνάγχην et ἀργυράγχην. Graece ista vv. scripsit Long.

quoque hoc sibi assignavit. Nam cum interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentum respondisset: At ego plus, inquit, accepi, ut tacerem.

CAPUT X.

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam, supra scriptam, Demadi rhetori, non Demostheni, attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

Quod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam dissuasit, in Demadem contulit verbis hisce: *Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, et si quaeritis, neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos, qui verba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei causa quisquam ad vos prodit, nisi ut aliquid auferat. Ego ipse, qui apud vos verba facio, uti vectigalia vestra augeatis, quo facilius vestra commoda et rempublicam administrare possitis, non gratis prodeo: verum peto a vobis non pe-*

§. 2. *Quoque*] Guelf. *hoc quoque;* mox *autorem* (auctorem) *fab.*

Cap. X. *Non* etc.] Guelf. *non Dem. non attrib.*

§. 1. *Aufeiam*] Guelf. Linc. et Scheff. *auferri.* Lugd. min. *quadam aufegam.* Steph. *Auferam.* Ed. Bonon. *Auferiam.* Sciopp. et Gron. pat. leg. *Saufeiam.* V. Gron. ad h. l. et Scheller. sub v. *Aufeius.*

§. 2. *Vos*] Guelf. *nos*; idem om. statim *ut.*

§. 3. *Vestra*] Guelf. *nra* (nostra).

rei causa venisse Athenas, fortassean [dixerit] auxilii petendi gratia; tum qui pro sese verba facerent, quos visum erat, advoca[vi]sse; advocatos, uti erat mandatum, verba pro Milesiis ad populum fecisse: Demosthenem Milesiorum postulatis acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos, neque ex republica id esse contendisse: rem in posterum diem prolatam; legatos ad Demosthenem venisse; magnoque opere orasse, uti contra ne diceret: eum pecuniam petivisse: et quantam petiverat abstulisse: postridie, cum res agi denuo coepta esset, Demosthenem, lana multa collum cervicesque circumvolutum, ad populum prodisse, et dixisse, se synanchen pati; eo contra Milesios loqui non quire: tum e populo unum exclamasse, non synanchen, quod Demosthenes pateretur, sed argyranchen esse.
2 Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, non id postea concelavit: quin gloriae

etc.; hinc factum est, ut hoc cap. cum sequenti coniunctum ibi legatur. Sed v. init. c. 10.

§. 1. *Dixerit*] V. *dix.* exstat in omnibus codd. Gron. Guelf. et edd. vett. Cum Scalig. ad Varr. p. 240. et Lips. El. 1, 21. Steph. eiecerat. Henr. Petri in ed. Basil. in marg. annotavit: in antiquo libro deesse haec tria vv.: *fortasse an dixerit.* Hoc prorsus abiicere non ausus sum. — *Advocavisse*] Guelf. et edd. ante Iunt. *advocasse.* — *Quantam*] Iidem libb. *quantum;* non improbo; intell. *pecuniae.* — *Postridie*] Cum Reg. et Steph. Long. *postpridie*; Lugd. min. *postpridiae*, mai. *pᵖpdie.* Iidem libb. bis hab. *Demosthenen.* V. ad 2, 1, 1. — *Unum*] Pollux Onom. 7, 24.: Ἀργυράγχη, ὡς Δημάδης σκώπτων Δημοσθένη, συνάγχῃ λέγοντα εἰλῆφθαι. — *Argyranchen*] Reg. *arcyrechen*; Guelf. *archirachen.* Edd. vett. antea et h. l. συνάγχην et ἀργυράγχην. Graece ista vv. scripsit Long.

quoque hoc sibi assignavit. Nam cum interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentum respondisset: At ego plus, inquit, accepi, ut tacerem.

CAPUT X.

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam, supra scriptam, Demadi rhetori, non Demostheni, attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

Quod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam dissuasit, in Demadem contulit verbis hisce: *Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, et si quaeritis, neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos, qui verba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei causa quisquam ad vos prodit, nisi ut aliquid auferat. Ego ipse, qui apud vos verba facio, uti vectigalia vestra augeatis, quo facilius vestra commoda et rempublicam administrare possitis, non gratis prodeo: verum peto a vobis non pe-*

1 2 3

§. 2. *Quoque*] Guelf. *hoc quoque;* mox *autorem* (auctorem) *fab.*

Cap. X. *Non* etc.] Guelf. *non Dem. non attrib.*

§. 1. *Aufeiam*] Guelf. Linc. et Scheff. *auferri.* Lugd. min. *quadam aufegam.* Steph. *Auferam.* Ed. Bonon. *Auferiam.* Sciopp. et Gron. pat. leg. *Saufeiam.* V. Gron. ad h. l. et Scheller. sub v. *Aufeius.*

§. 2. *Vos*] Guelf. *nos*; idem om. statim *ut.*

§. 3. *Vestra*] Guelf. *nra* (nostra).

cuniam, sed bonam existimationem atque
4 *honorem. Qui prodeunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem a vobis, verum a Nicomede pecuniam. Qui suadent, ut accipiatis, ii quoque petunt non a vobis bonam existimationem, verum a Mithridate rei familiaris suae pretium et praemium. Qui autem ex eodem loco atque ordine tacent, ii vel acerrimi sunt: nam ab omnibus pretium accipiunt, et omnis fallunt.*
5 *Vos, cum putatis, eos ab his rebus remotos*
6 *esse, impartitis bonam existimationem. Legationes autem a regibus, cum putant eos sua causa reticere, sumtus atque pecunias maximas praebent: item uti in terra Graecia, quo in tempore Graecus tragoedus gloriae sibi ducebat, talentum magnum ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis suae Demades ei respondisse dicitur: Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum*

§. 4. *Rei familiaris*] Al. (ut Gryph. 1539.) pro *rei f.* hab. *familiaritatis.* Gryph. 1539. in marg. nostrum hab.— *Tacent*] Ita Guelf. et edd. vett.; Steph. *placent*, quod exstat in Gron. codd. Gron. pat.: Forsan Gracch. more antiquo scripserat: *ordines tacent.* I. G.: *pertacent*, ut litera *p* ex *p* i. e. per, orta fuerit. Quid si legas ex sqq. *reticent?*

§. 5. *Vos* etc.] Guelf. *vos computatis.*

§. 6. *A* etc.] Guelf. *a regibus postulant computant eos computant sua causa* etc. — *Item*] Sic reposuit I. G., secutus Reg. et Lugd.; al. cum Guelf. et edd. vett. *praeb. uti, ut in t.*, quod hab. etiam Sciopp. Vulg. *uti in t.*, omisso *item.* Otho coni. *uti tum.* Vox *Graecus* accessit e Reg. Non hab. Guelf. qui *tragoediis* habere videtur et mox *ducebant.* — *Magnum*] Fuerunt alia talenta minoris pretii. v. Thys.

quaesisti? Ego, ut tacerem, decem talenta a Rege accepi. Idem nunc isti pretia maxima ob tacendum accipiunt.

CAPUT XI.

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit *mentiri* et *mendacium dicere*.

Verba sunt haec ipsa P. Nigidii, hominis 1
in studiis bonarum artium praecellentis, quem M. Cicero ingenii doctrinarumque nomine summe reveritus est: *Inter mendacium dicere et mentiri distat. Qui mentitur, ipse non fallitur, [sed] alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur.* Item hoc 2
addidit: *Qui mentitur*, inquit, *fallit, quantum in se est: at qui mendacium dicit, ipse*

Gron. de Pec. Vet. — *Quaesisti*] Ita e Guelf. Reg. Flor. Lugd. mai. Torn. et edd. vett. restitui cum Gron., quum Steph. dedisset: *acquisivisti*. Lugd. min. *adquesisti* (quod placebat Othoni, comparanti Plaut. *exquaere*), Scheff. *quisivisti*. Antea pro *loq.* edd. ante Iunt. hab. *eloquendo*. — *Idem*] Edd. ante Iunt. *ididem*. Guelf. *Id nunc*.

Cap. XI. *P.*] Guelf. om. *P.* et in fine pro *dicere* hab. *dici*.

§. 1. *In*] Non. sub v. *mentiri:* Nigidius studiis bon. art. praeclarissimus. — *Summe*] Guelf. om. v. *summe*. — *Fallitur*] Non. *falsus*. Sequens *sed* om. Non. Reg. Flor. Lugd. ut. Pet. et Torn.; hab. Guelf. v. Gron. ad Liv. 3, 71.

§. 2. *At -- se est*] Vv. *at qui -- se est* om. Bad. Reg. edd. vett. ante Iunt. Steph. et Long.; hab. Flor. Guelf. et omnes alii Gron. codd. atque Iunt., Ald., Gryph., H. de Marn. Scribarum culpa exciderunt.

3 *non fallit, quantum in se est.* Item hoc quoque super eadem re dicit: *Vir bonus*, inquit, *praestare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat: alterum incidit in ho-*
4 *minem, alterum non.* Varie mehercle et lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit.

CAPUT XII.

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit; Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

1 Chrysippus ait, omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura
2 accipi possunt. Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit: *Nullum*, inquit, *verbum est ambiguum: nec quisquam ambiguum dicit aut sentit; nec aliud dici videri debet,*
3 *quam quod se dicere sentit is, qui dicit. At cum ego*, inquit, *aliud sensi, tu aliud accepisti: obscure magis dictum videri potest quam ambigue; ambigui enim verbi natura*

§. 3. *Vir*] Non. l. l. Quantum in se est, vir b. pr. debet, ut non ment. — *Incidit*] Non. *iudicat* s. *indicet in homine.*

§. 4. *Mehercle*] Guelf. *me hercule*, quod fort. recipiendum. v. 5, 11, 13. In fine Steph. *disperavit.*

Cap. XII. §. 1. *Quoniam*] Sciopp.: *qn. f.* (i. e. quando.) Contra Otho: Chrysippus causam addere vult, quare omne verbum ambiguum putet; nisi velis *quando* pro *quoniam* accipi. cf. ad 3, 19, 3.

§. 2. *Nec -- sentit*] Guelf. om. vv. *nec -- sentit.*

§. 3. *Aliud*] Steph. contra edd. et codd. Gron. Torn. et Guelf. *aliter.* — *Dictum* etc.] Hunc ordinem dederunt codd. Gron. et Guelf. pro vulg. *dict.*

illa esse debuit, ut qui id diceret, duo vel plura diceret; nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit unum dicere.

CAPUT XIII.

Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existima[ve]rit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

Apud T. Castricium, disciplinae rhetoricae doctorem, gravi atque firmo iudicio virum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium. In eius orationis principio collocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. Ea verba, sicuti dixi, composita haec sunt: *Quae vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini.* Cursus igitur hic et sonus rotundae volubilisque sententiae eximie nos et unice delectabat, tanto id magis, quod iam tunc C. Graccho, viro illustri et severo, 1 2 3 4

quam amb. vid. potest. Deinceps Guelf. *Ambiguum enim.* — *Plura*] V. *plura* om. Steph.

Cap. XIII. *Castricius*] Guelf. *Titus castrinus*; sed cap. init. *castritium.* — *Existimaverit*] *Existimarit* dant Reg. Lugd. ut. atque Guelf.

§. 1. *Virum*] Ed. a. 1644. aliaeque: *viri*, ad *Gracchi* pertinens; quod correxit I. G.

§. 3. *Haec sunt*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *sunt haec.* v. 15, 12, 2. — *Temere*] Suppositicium hoc voc. esse quidam iudicant. *Thys.* Guelf. om. *si*, quod praecedit. — *Cupide*] Steph. (Noctt. Parisin. p. 8 sq. Add. Specim. Emendd. p. 159.) malebat: *nimis cupide.* v. I. G.

3 *non fallit, quantum in se est.* Item hoc quoque super eadem re dicit: *Vir bonus*, inquit, *praestare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat: alterum incidit in ho-*
4 *minem, alterum non.* Varie mehercle et lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit.

CAPUT XII.

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit; Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

1 Chrysippus ait, omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura
2 accipi possunt. Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit: *Nullum*, inquit, *verbum est ambiguum: nec quisquam ambiguum dicit aut sentit; nec aliud dici videri debet,*
3 *quam quod se dicere sentit is, qui dicit. At cum ego*, inquit, *aliud sensi, tu aliud accepisti: obscure magis dictum videri potest quam ambigue; ambigui enim verbi natura*

§. 3. *Vir*] Non. l. l. Quantum in se est, vir b. pr. debet, ut non ment. — *Incidit*] Non. *iudicat* s. *indicet in homine.*

§. 4. *Mehercle*] Guelf. *me hercule*, quod fort. recipiendum. v. 5, 11, 13. In fine Steph. *disperavit.*

Cap. XII. §. 1. *Quoniam*] Sciopp.: *qn. f.* (i. e. quando.) Contra Otho: Chrysippus causam addere vult, quare omne verbum ambiguum putet; nisi velis *quando* pro *quoniam* accipi. cf. ad 3, 19, 3.

§. 2. *Nec -- sentit*] Guelf. om. vv. *nec -- sentit.*

§. 3. *Aliud*] Steph. contra edd. et codd. Gron. Torn. et Guelf. *aliter.* — *Dictum* etc.] Hunc ordinem dederunt codd. Gron. et Guelf. pro vulg. *dict.*

illa esse debuit, ut qui id diceret, duo vel plura diceret; nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit unum dicere.

CAPUT XIII.

Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existima[ve]rit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

Apud T. Castricium, disciplinae rhetoricae doctorem, gravi atque firmo iudicio virum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium. In eius orationis principio collocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. Ea verba, sicuti dixi, composita haec sunt: *Quae vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini.* Cursus igitur hic et sonus rotundae volubilisque sententiae eximie nos et unice delectabat, tanto id magis, quod iam tunc C. Graccho, viro illustri et severo, 1 2 3 4

quam amb. vid. potest. Deinceps Guelf. *Ambiguum enim.* — *Plura*] V. *plura* om. Steph.

Cap. XIII. *Castricius*] Guelf. *Titus castrinus*; sed cap. init. *castritium.* — *Existimaverit*] *Existimarit* dant Reg. Lugd. ut. atque Guelf.

§. 1. *Virum*] Ed. a. 1644. aliaeque: *viri*, ad *Gracchi* pertinens; quod correxit I. G.

§. 3. *Haec sunt*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *sunt haec.* v. 15, 12, 2. — *Temere*] Suppositicium hoc voc. esse quidam iudicant. *Thys.* Guelf. om. *si*, quod praecedit. — *Cupide*] Steph. (Noctt. Parisin. p. 8 sq. Add. Specim. Emendd. p. 159.) malebat: *nimis cupide.* v. I. G.

eiusmodi compositionem fuisse cordi videba-
5 mus. Sed enim, cum eadem ipsa verba saepius petentibus nobis lectitarentur, admoniti a Castricio sumus, ut consideraremus, quae vis quodve emolumentum eius sententiae foret; neque pateremur, ut aures nostrae cadentis apte orationis modis eblanditae animum quoque nobis voluptate inani perfunderent. Cumque nos admonitione ista attentiores fecisset: Inspicite, inquit, penitus, quid efficiant verba haec; dicatque mihi, quaeso, aliqui vestrum, an sit ulla huiusce sententiae [aut] gravitas aut gratia: *Quae vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea temere si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere*
6 *repudiasse dicamini.* Cui enim omnium hominum in mentem non venit, id profecto usu venire, ut quod cupide appetieris, cupide appetisse, et, quod temere repudiaveris, temere
7 repudiasse dicaris? At si, opinor, inquit, ita scriptum esset: *Quae vos per hosce annos appetistis atque voluistis; ea nunc si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim*

§. 5. *Emolumentum*] I. e. momentum et efficacia, quae sententiam notabilem perficit. cf. 13, 8, 5. Caes. de B. G. 1, 34. Edd. quaed. (?) hab. *monumentum*; Steph. (l. l. p. 159.) *moment.* — *Dicatque*] Guelf. *dicat* sine *que.* — *Aliqui*] Vulg. *aliquis* h. l. et infra §. 10.; nostrum utroque loco exhib. Reg. Lugd. ut. et Pet.; hoc l. id iam dederat Steph. cum Iunt., utroque loco *aliqui* emendari ex vett. libb. volebat Pareus in Lexic. crit. V. ad 1, 13, 3. Sequens *aut* omit. codd. Reg. Lugd. ut. Pet. et Guelf. — *Ea* etc.] Guelf. h. l. *ea si tem. rep.*

§. 6. *Mentem*] Guelf. *mente.* — *Repudiaveris*] Linc. *repudiaris.* Nostrum hab. Guelf.

cupide appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini: si, inquit, ita diceretur, gravior 8
scilicet solidiorque fieret sententia; et acciperet aliquid iustae in audiendo exspectationis; nunc autem verba haec *cupide* et *temere*, in 9
quibus verbis omne momentum rei est, non in concludenda sententia tantum dicuntur; sed supra quoque nondum desiderata ponuntur: et, quae nasci oririque ex ipsa rei conceptione debebant, ante omnino, quam res postulat, dicuntur. Nam qui ita dicit: si hoc feceris, cupide fecisse diceris: rem dicit sensus alicuius ratione collectam et confectam: qui vero ita dicit: si cupide feceris, cupide fecisse diceris: non longe secus dicit, atque si diceret: si cupide feceris, cupide feceris. Haec ego, 10
inquit, admonui, non ut C. Graccho vitio darem; (dii enim mentem meliorem mihi! nam, si quidquam in tam fortis facundiae viro vitii vel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas eius exhausit, et vetustas consumsit) sed uti caveretis, ne vos facile perstringeret modulatus aliqui currentis facundiae sonitus; atque ut vim ipsam rerum virtutemque verborum prius pensitaretis: et, si quidem gravis atque integra et sincera sententia diceretur, tum, si ita videretur, gressibus quoque ipsis orationis et gestibus plauderetis: si vero fri-

§. 9. *Nondum*] In marg. cod. Thys. leg. *modum*. Guelf. hab. tantum *non*. — *Si*] Guelf. om. *si*. Idem om. vv. *qui vero — diceris*, et vv. *cupide feceris*. — *Confectam*] Reg. *consertam*.

§. 10. *Perstringeret*] Guelf. *prestr.* (praestringeret); mox idem om. *ut*. — *Si*] Guelf. om. *si*. Dein hab. *gressib. ipsis quoque*. — *Orationis*] l. G. legend. putat: orationi; ut *gressus* intelligantur supplosio

gidi et leves et futiles sensus in verba, apte numeroseque posita, includerentur, non esse id secus credere tis, quam cum homines insigni deformitate ad facienda ridicula imitantur histriones et gestiunt.

CAPUT XIV.

Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio circa vini usum.

1 Simplicissima suavitate et rei et orationis L. Piso Frugi usus est in primo annali, cum de Romuli regis vita atque victu scriberet. Ea
2 verba, quae scripsit, haec sunt: *Eundem Romulum, dicunt, ad coenam vocatum, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. Ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vilius sit. Is re-*

pedum, ut aliquoties Ciceroni dicatur. Sequens *et* om. Guelf. Lugd. min. Pet. et Steph. cum edd. ante Iunt.; ut sensus sit: quod gressibus orationis gestibus applauderetur; hab. autem Reg. Flor. Lugd. mai. Iunt. Ald. Gryph. aliaeque edd. — *Homines*] Steph. *hominibus*; mox in marg. cod. Thys.: ac facie deridicula. Guelf. *mutantur* pro *imit.*

Cap. XIV. *Sobria* etc.] Totum hoc lemma deest in Guelf.

§. 1. *Annali* etc.] Lambec. alicunde annotavit: *annalium de Rom. r. vita a. victu. Ea v.*; Mem. Pet. *cum R. r. vitam a. victum scr.*; Lugd. min. *cum R. r. vita a. victu scr.* Edd. ante Iunt. pro *atque v.* hab. *ac victu.* De *Pisone* v. Lachmann. de Fontib. Liv. Comment. I. p. 32 sqq. 50.

§. 2. *Faciant*] Guelf. *faciunt*; mox pro *carum: causarum.*

spondit: immo vero carum, si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi, quantum volui.

CAPUT XV.

De *ludibundo* et *errabundo*, atque id genus verborum productionibus; et quod Laberius sic *amorabundam* dixit, ut dicitur *ludibunda* et *errabunda*: atque inibi, quod Sisenna per huiuscemodi verbum nova figura usus est.

Laberius in *Lacu Averno* mulierem amantem, verbo inusitatius ficto, *amorabundam* dixit. Id verbum Caesellius Vindex in commentario *Lectionum Antiquarum* ex figura scriptum dixit, qua *ludibunda*, *ridibunda* et *errabunda* dicitur, *ludens* et *ridens* et *errans*. Terentius autem Scaurus, divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobilissimus, inter alia, quae de Caesellii erroribus composuit, in hoc quoque verbo errasse eum scripsit, quod idem esse putaverit *ludens* et *ludibunda*,

1 2 3

Cap. XV. *Id*] Cf. Ruddimann. I. p. 309.

§. 1. *Averno*] Guelf. *auno*. Cf. Non. sub v. *Catullire*. — *Ficto*] Steph. *facto*; *ficto* restitui cum Long. ex codd. Gron. Guelf. et edd. vett. cf. c. 16. *fingere*. 12, 10.: verbum fictum.

§. 2. *Lectionum*] Reg. et Lugd. mal. *electionum*; deinceps iidem et Gryph. 1542. in marg. *ea fig.*; *ex ea fig.* reponi ex fine cap. placebat I. G., qui malebat etiam: *dictum scripsit* pro *script. dix.* Guelf. hab. *descript. dix. quia lud.* — *Ridibunda* etc.] Guelf. om. vv. *rid. et errab.*

§. 3. *Alia*] Guelf. Reg. et Torn. *illa*, quod extat etiam in edd. vett.; displicet tamen. — *Quoque*] Guelf. om. *quoque*. —

ridens et *ridibunda*, *errans* et *errabunda*. *Nam ludibunda*, inquit, *et ridibunda*, *et errabunda ea dicitur*, *quae ludentem vel ridentem vel errantem agit aut simulat.* Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Caesellium in eo reprehenderet, non hercle reperiebamus. Non est enim dubium, quin haec genere ipso dumtaxat idem significent, quod ea demonstrant, a quibus producuntur. Quid esset autem ludentem agere vel imitari, non intelligere videri maluimus, quam insimulare eum tanquam ipsum minus intelligentem. Quin magis Scaurum oportuit, commentaria Caesellii criminantem, [et] hoc, ab eo praeteritum, requirere, quod non dixerit, an quid et quantulum differret a *ludibundo ludens*, et *ridibundo ridens*, et *errabundo errans*, ceteraque quae horum sunt similia; an a principalibus verbis paulum aliquid distarent, et quam omnino vim haberet particula haec extrema eiusmodi vocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figurae tractatu, sicuti requiri solet in *vinolento* et *lu-*

Ridens etc.] Edd. vett. et Steph. *err. et errab.*, *ridens et rid.* Nostrum ordinem tuetur Guelf. — *Ludentem* etc.] Guelf. *rid. vel lud.*

§. 5. *Et*] Copulam adiunxit Steph. invitis codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett. — *Et rid.*] Guelf. om. vv. *et ridib. rid.* — *Ceteraque* etc.] Vulg. *ceteraque eorum* (edd. vett. et Guelf. *horum*) *sim.?* Reg. et Lugd. mai. *caetera quae horum sunt sim.*; his codd. obsequendum esse putavi, addita particula *que*, quam facile excidere potuisse probe intelligis. Deinde Schedae Lugd. Guelf. et edd. ante Iunt. *participialibus*; Scheff. *participalibus.* — *Omnino* etc.] Guelf. *vim omnino hab.*

§. 6. *Vinolento*] Edd. ante Iunt. *temulento.* De-

tulento et *turbulento*, vacuane et inanis sit ista haec productio, cuiusmodi sunt, quae *παραγωγὰς* Graeci dicunt, an extrema illa particula habeat aliquid suae propriae significationis. Cum reprehensionem autem illam Scauri 7
notaremus, in memoriam nobis rediit, quod Sisenna in quarto *Historiarum* eiusdem figurae verbo ita usus est: *Populabundus*, inquit, *agros ad oppidum pervenit:* quod scilicet significat: cum agros popularetur; non, ut Scaurus in consimilibus verbis ait, cum populantem ageret, vel cum imitaretur. Sed in- 8
quirentibus nobis, quaenam ratio et origo esset huiuscemodi figurae: *populabundus*, et *errabundus*, et *laetabundus*, et *ludibundus*, multorumque aliorum id genus verborum, *ἐνεπιβόλως* hercle Apollinaris noster sibi videri ait, particulam istam postremam, in quam verba talia exeunt, vim et copiam et quasi abun-

inceps eaedem cum Guelf. *luculento*. Tum edd. vett. cum Iunt. hab. *istaec* pro *ista haec*; quod firmat Guelf. cf. tamen 1, 23, 11. 1, 16. lemma. 17, 2, 15. 18, 3, 5. Mox v. *Graeci* om. Reg.

§. 7. *Populabundus*] Popma ad Fragmm. Historic. p. 367. Havercamp.: Sunt qui putant (in his etiam Falster. p. 277.), hoc fragmentum idem esse cum illo (ap. Non. sub v. Populat.): Protinus agros populabundus Nuceriam convertit; sed errant. Nam illud refert Papii iter ad Nuceriam, hoc Indacilii ad Asculum; de quo Appian. 1.

§. 8. *Populabundus* etc.] Edd. ante Iunt. *pop. et laetab. et ludib. et errab.* Vulgat. ordinem servat Guelf. sed om. vv. *et laetab.* — *Ἐνεπιβόλως*] Edd. vett. *ἐπηβόλως*; *i. e. ingeniose et apte.* Guelf. et Sciopp. *euepibolos*; nostrum exstat in Reg. (unde Lamb. tamen annotavit: enpibolos) Pet. Memm. Lugd. ut. et Linc. restituitque Steph. — *In quam*] Edd. vett. et Guelf. *in qua.* —

dantiam rei, cuius id verbum esset, demonstrare; ut *laetabundus* is dicatur, qui abunde laetus sit, et *errabundus*, qui longo atque abundanti errore sit: ceteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio haec et extremitas largam et fluentem vim et copiam declararet.

CAPUT XVI.

Quod Graecorum quorundam verborum difficillima est in Latinam linguam mutatio: velut quod Graece dicitur *πολυπραγμοσύνη*.

1 Adiecimus saepe animum ad vocabula rerum non paucissima, quae neque singulis verbis, ut a Graecis, neque, si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione possunt, quam
2 Graeci ea dicunt privis vocibus. Nuper etiam cum allatus esset ad nos Plutarchi liber, et eius libri indicem legissemus, qui erat *περὶ πολυπραγμοσύνης*, percontanti cuipiam, qui et literarum et vocum Graecarum expers fuit, cuiusnam liber, et qua de re scriptus esset; nomen quidem scriptoris statim diximus: rem,
3 de qua scriptum fuit, dicturi haesimus. Ac

Laetus] Guelf. *electus*.

Cap. XVI. *Quod*] Forsan: *quo*. *Thys*.

§. 1. *Privis*] I. e. singulis vocibus, vel uno verbo. *Thys*.

§. 2. Πολυπραγμοσύνης] Plutarch. ita definit: *φιλομάθειά τις ἐστὶν ἀλλοτρίων κακῶν, οὔτε φθόνου δοκοῦσα καθαρεύειν νόσος, οὔτε κακοηθείας*, i. e. cupiditas quaedam cognoscendi aliena mala, morbus, qui non videtur invidia ac malignitate esse vacuus. — *Qua*] Guelf. om. *qua*. — *Scriptum*] Et cur non: *scriptus*? *I. G.*

tum quidem primo, quia non satis commode opinabar interpretaturum esse, si dicerem librum scriptum [esse] *de negotiositate*, aliud institui apud me exquirere, quod, ut dicitur, verbum de verbo expressum esset. Nihil erat 4
prorsus, quod aut meminissem legere me, aut, si etiam vellem fingere, quod non insigniter asperum, absurdum durumque esset, si ex multitudine et negotio verbum unum compingerem: sicuti *multiiuga* dicimus et *multicolora* et *multiformia*. Sed non minus 5
illepide ita diceretur, quam si interpretari voce una velis *πολυφιλίαν*, aut *πολυτροπίαν*, aut *πολυαρχίαν*. Quamobrem cum diutule tacitus 6
in cogitando fuissem, respondi tandem, non videri mihi, significari eam rem posse uno nomine: et idcirco iuncta oratione, quid vellet Graecum id verbum, pararam dicere. Ad multas igitur res aggressio, earumque omnium rerum actio, *πολυπραγμοσύνη*, inquam, Graece

§. 3. *Quidem*] Edd. ante Iunt. om. *quidem*. — *Librum* etc.] Vv. *libr. script. esse* om. edd. vett. ante Iunt.; solum v. *esse* om. Guelf. et Reg.; hinc uncis seiunxi.

§. 4. *Absurdum* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. Vulg. *asperum absurdumque esset*, sine v. *durum*, quod om. codd. Gron. et Steph.; haud supervacuum tamen mihi quidem videbatur. Exciderat fort. propter literas extremas verbi *absurdum*. Restitui. — *Multicolora*] Edd. vett. et Guelf. *multicoloria*. Ven. 1472. et Brix. hab. etiam *multiiugia*. Contra codd. Gron.

§. 5. *Πολυτροπίαν*] Guelf. *politropiam*; pro reliquis Graecis hab. *G*.

§. 6. *Diutule*] Guelf. *diucule*. Edd. vett. ante Ald. (praeter Bonon.) *diutile*. — *Fuissem*] Guelf. *fuisset*. — *Pararam*] Edd. ante Iunt. *paraveram*.

dicitur, de qua hunc librum compositum esse,
7 inscriptio ista indicat. Tum ille opicus verbis meis inchoatis et inconditis adductus, virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus: Hortatur, inquit, nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia capessenda et ad res obeundas plurimas cum industria et celeritate: nomenque ipsius virtutis, de qua locuturus esset, libro ipsi, sicuti dicis, non incommode praescripsit.
8 Minime, inquam, vero: neque enim ista omnino virtus est, cuius Graeco nomine argumentum hoc libri demonstratur; neque id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio, aut Plutarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro, quam potest maxime, a varia promiscuaque et non necessaria rerum cuiuscemo-
9 di plurimarum et cogitatione et petitione. Sed huius, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Graecis perfectissime uno verbo et planissime dicitur.

§. 7. *Opicus*] Guelf. *opiciis*. Sciopp. et vett. edd. *opicis*. Iunt. *opicus*. Tum edd. ante Bonon. *abductus*. — *Virtutemque*] Ita Guelf. Reg. Pet. Memm. Lugd. mai. Linc. et Torn.; edd. vett. *virtutem quidem*; *quidem* et *que* om. Steph. *virtutem qui* hab. Lugd. min. Sequens *ratus* est ex emendatione Gron. patris. Vulg. hoc v. omittebatur. Reg. et Lugd. mai. dant *iratus*. Deinceps *vos* pro *nos* edidit Steph.

§. 8. *Deterret*] Guelf. *deterreat*. — *A varia*] Codd. et edd. vett. ante Iunt. hab. *ab avaritia*. Guelf. tantum *avaritia* sine *ab*. I. G.: apparet clarissimum mendum. Deinceps Guelf. et edd. vett. hab. *promiscuaque* pro *promiscaque*; tum eaedem ante Iunt. *eiuscemodi*, quod praeferebat Falster. aut certe legend. esse: *cuiusquemodi*. Probo.

§. 9. *Tui*] Guelf. *tum*.

CAPUT XVII.

Quid significet in veteribus praetorum edictis: *qui flumina retanda publice redemta habent.*

Edicta veterum praetorum, sedentibus forte nobis in bibliotheca templi Traiani, et aliud quid requirentibus, cum in manus incidissent, legere atque cognoscere libitum est. Tum in quodam edicto antiquiore ita scriptum invenimus: QUI. FLUMINA. RETANDA. PUBLICE. REDEMTA. HABENT. SI. QUIS. EORUM. AD. ME. EDUCTUS. FUERIT. QUI. DICATUR. QUOD. EUM. EX. LEGE. LOCATIONIS. FACERE. OPORTUERIT. NON. FECISSE. *Retanda* igitur quid esset quaerebatur. Dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus, in libro se Gabii *De Origine Vocabulorum* septimo legisse, *retas* vocari arbores, quae aut ex ripis fluminum eminerent, aut in alveis 1 2 3 4

Cap. XVII. *Significet*] Guelf. et edd. vett. *significat*. Hoc si Gell. scripsit, add. interrogationis signum post *habent*. — *Qui*] Vulg. *quod*; *qui* dedit iam Steph. p. 569. v. mox edictum. Reg. et Flor. hab. *qd*. Guelf. *qd'* i. e. *quod*.

§. 1. *Atque*] Guelf. *aut*.

§. 2. *RETANDA*] Sciopp.: Omnino leg. *eretanda*, sicut eradicanda. Mox pronom. *eorum* om. ed. Rom. — *EDUCTUS*] Edd. vett. et Guelf. *adductus*; correxit Steph. cum Iunt. et Ald.

§. 4. *Meus*] Guelf. om. *meus*. — *Gabii*] Edd. vett. *Caii*; Sciopp. *Gavi*. Guelf. *Gaii*. v. 2, 4, 3. — *Septimo*] Deest hic numerus in Reg., hab. reliqui codd. Gron. et Guelf.; Torn. habere videtur: IIII, qui cod. *V*. saepe ita scribit, ut illud *V* affine sit duobus II. Hinc Thys. VII. Vetus quidam cod. apud Carr. (Emendd. 1, 7.) habet etiam *IV*. — *Emi-*

eorum exstarent, appellatasque esse a retibus, quod praetereuntes naves impedirent et quasi irretirent: idcircoque sese arbitrari, *retanda* flumina locari solita esse, id est, purganda: ne quid aut morae aut periculi navibus, in ea virgulta incidentibus, fieret.

CAPUT XVIII.

Qua poena Draco Atheniensis in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures affecerit, et qua postea Solon, et qua item Decemviri nostri, qui XII. tabulas scripserunt: atque inibi adscriptum, quod apud Aegyptios furta licita et permissa sunt, apud Lacedaemonios autem cum studio quoque affectata et pro exercitio utili celebrata; ac praeterea M. Catonis de puniendis furtis digna memoria sententia.

1 Draco Atheniensis vir bonus multaque esse prudentia existimatus est, iurisque divini
2 et humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium
3 tulit. In illis legibus furem, cuius modi cunque furti, supplicio capitis puniendum esse, et alia pleraque nimis severe censuit sanxitque.
4 Eius igitur leges, quoniam videbantur impen-

nerent] Edd. vett. ante Iunt. *corruerent*, quod in marg. hab. Gryph. — *Naves*] Ed. Rom. *mares*. — *Irretirent*] Edd. ante Iunt. *retinerent*. Deinceps copulam *que* om. eaedem cum Iunt.

Cap. XVIII. *Nostri* etc.] Guelf. om. vv. *nostri qui XII. tab.*; tum hab. *atque verbi adscr.*

§. 1. *Est*] V. *est* om. edd. ante Iunt.

§. 3. *Cuius modi cunque f.*] Edd. vett. *cuiuscunque modi f.* Guelf. *cuius modicum* sine *que*. Gell. Praefat. §. 3. cuius generis cunque.

dio acerbiores, non decreto iussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu obliteratae sunt. Postea legibus aliis mitioribus, a Solone 5
compositis, usi sunt. Is Solon ex septem illis inclitis sapientibus fuit. Is sua lege in fures, non, ut Draco antea, mortis, sed dupli poena vindicandum existimavit. Decemviri autem 6
nostri, qui post reges exactos leges, quibus populus Romanus uteretur, in duodecim tabulis scripserunt, neque pari severitate in puniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate usi sunt. Nam furem, qui 7
manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut, cum faceret furtum, nox esset, aut interdiu telo se, cum prehenderetur, defenderet. Ex ceteris autem 8
manifestis furibus liberos verberari addicique iusserunt ei, cui factum furtum esset, si modo id luci fecissent, neque se telo defendissent: servos item furti manifesti prehensos verberibus affici et e saxo praecipitari, sed pueros impuberes praetoris arbitratu verberari

§. 4. *Iussoque*] Guelf. *iussuque.*

§. 5. *Is*] Si quid video, haec vv. usque ad *fuit* ab aliena manu intrusa sunt; offendit enim repetitum istud pronom. *is.* *Solon* pro *Solo* edidit Long. cum edd. vett. et Guelf. cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 275 sqq. Infr. 17, 4, 2. — *Dupli*] Edd. vett. inde ab Ald. *duplici*; nostrum restituit iam Steph. ex edd. vett. ante Ald.

§. 7. *Furem*] Cf. Macrob. Sat. 1, 4. Conrad. Exc. ad Gell. V. 2. p. 525 sq. *prehens.* hic et in sqq. in edd. vett. et Guelf. exstat pro *prensus*; Guelf. tamen mox *prederetur* et *prẽsos.* — *Se*] Guelf. om. *se.*

§. 8. *Addicique*] In servitutem. *Thys.* — *Factum furtum esset*] Guelf. *furt. fact. esset.* —

voluerunt, noxamque ab his factam sarciri.
9 Ea quoque furta, quae per lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta fo-
10 rent, vindicaverunt. Sed nunc a lege illa de cemvirali discessum est. Nam si qui super manifesto furto iure et ordine experiri velit,
11 actio in quadruplum datur. *Manifestum* autem *furtum est*, ut ait Massurius, *quod deprehenditur, dum fit. Faciendi finis est,*
12 *cum perlatum est, quo ferri coeperat.* Furti concepti, item oblati, tripli poena est. Sed quod sit *oblatum*, quod *conceptum*, et pleraque alia ad eam rem, ex egregiis veterum moribus accepta, neque inutilia cognitu neque iniucunda qui legere volet, inveniet Sabini
13 librum, cui titulus est *De Furtis;* in quo id quoque scriptum est, quod vulgo inopinatum est, non hominum tantum neque rerum moventium, quae auferri occulte et surripi possunt, sed fundi quoque et aedium fieri furtum: condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, posses-
14 sione eius dominum intervertisset. Atque id etiam, quod magis inopinabile est, Sabinus dicit, furem esse hominis iudicatum, qui cum

Noxamque] Steph. *noxiamque.*

§. 9. *Per*] Cf. Fest. v. Lance. et Thys. Pithoei Adversar. 1, 2.

§. 10. *Qui*] Edd. vett. et Guelf. *quis.* cf. c. 2, 5.

§. 11. *Furtum est*] Guelf. *furtum esse. ait*, sine *ut*. Dein edd. ante Iunt. et cod. Guelf. *Masurius.* V. ad 5, 6, 13.

§. 13. *Est*] Edd. ante Iunt. om. v. *est.* — *Auferri*] Vulg. *efferri.* Guelf. Torn. et edd. vett. *auferri;* quod restituit Long.

§. 14. *Iudicatum*] Steph. et Guelf. *indic.* —

fugitivus praeter oculos forte domini iret, obtentu togae, tanquam se amiciens, ne videretur a domino, obstitisset. Aliis deinde furtis 15
omnibus, quae nec manifesta appellantur, poenam imposuerunt dupli. Id etiam memini le- 16
gere me in libro Aristonis iureconsulti, haud quaquam indocti viri: apud veteres Aegyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis sollertes exstitisse, et in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita et impunita. Apud Lacedaemonios quo- 17
que, sobrios illos et acres viros, cuius rei non adeo ut Aegyptiis fides longinqua est, non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum memorias condiderunt, ius atque usum fuisse furandi dicunt, idque a iuventute eorum, non ad turpia lucra, neque ad sumtum libidini praebendum, comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaque rei bellicae factitatum: quod et furandi sollertia et assuetudo acueret obfirma-

Oculos--iret] Edd. vett. *ocul. dom. forte ir.*

§. 16. *Aegyptios*] Cf. Diodor. Sic. 1, 80. — *Hominum*] Edd. ante Iunt. *homines.* — *Cognitione*] Reg. aliique *cogitatione.*

§. 17. *Memorias*] Edd. ante Iunt. *memoriam.* V. quos laud Falster. p. 278. — *Idque* etc.] Guelf. *id neque a iuv.* — *Ad*] Vulg. *ob.* Reg. Scheff. Torn. *ad.* — *Rei bell.*] Thuan. *R. P.* i. e. reipublicae; in qua, ait I. G., continetur simul civilis, simul bellica ratio, ut civitas illa putaverit e commodo suo esse iuniores ita agere. Et sane quae sequuntur, non bellicae tantum rationis, sed et urbanae, ubi etiam locus insidiarum exoritur perinde ut in bello. — *Et*] Sciopp. *ex* pro *et*; mox Thuan. *assueto*; unde I. G. *assuetio.* Dein *obfirm.* pro simplice *firm.* recepi ex edd. ante Iunt. Verbum illud est Plauti aliorumque

retque animos adolescentium et ad insidiarum astus et ad vigilandi tolerantiam et ad obre-
18 pendi celeritatem. Sed enim M. Cato in oratione, quam *De praeda militibus dividunda* scripsit, vehementibus et illustribus verbis de impunitate peculatus atque licentia conqueritur. Ea verba, quoniam nobis impense placuerunt, adscripsimus: *Fures*, inquit, *privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro at-*
19 *que in purpura.* Quam caste autem et quam religiose a prudentissimis viris, quid esset *furtum*, definitum sit, praetereundum non puto, ne quis eum solum furem esse putet, qui oc-
20 culte tollit, aut clam surripit. Verba sunt Sabini ex libro *Iuris civilis* secundo: *Qui alienam rem attrectavit, cum id se invito domino facere iudicare deberet, furti tenetur.*
21 Item alio capite: *Qui alienum tacens lucri*

proprium. Pro *astus* Guelf. *actus.*— *Ad*] *Ad* accessit e Reg. Non hab. Guelf., ubi est *et obrepetendi.* De re cf. ad Xenoph. Anab. 4, 6, 14. 15.

§. 18. *Dividunda*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *dividenda*, et §. 21. *faciendi.* V. 5, 6, 23. — *Vehementibus*] Steph. et cod. Memm. *vehementius*, invitis edd. vett. atque reliquis libb. Gron. Torn. et Guelf. — *Fures*] Senec. Epist. 87.: Sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur.

§. 19. *Et quam relig.*] Ita edd. vett. Vulg. *ac relig.* omissa particula *quam.* Guelf. *autem religiose* sine copula. Mox edd. vett. dant *esse furem.* Vulgatum ordinem tuetur Guelf.

§. 20. *Attrectavit*] Guelf. *attractant*, et mox *tenere* pro *tenetur.*

§. 21. *Tacens*] Steph. *iacens.* Sciopp. coni. *alienum quid iac.*, coll. l. fals. §. qui alienam D. de fur.; *tac.* est in omnibus codd. I. G.: Debuit qui

faciundi causa sustulit, furti obstringitur, sive scit, cuius sit, sive nescit. Haec quidem sic in eo, quo nunc dixi, libro Sabinus scripsit de rebus furti faciendi causa attrectatis. Sed meminisse debemus, secundum ea, quae supra scripsi, furtum sine ulla quoque attrectatione fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, annitente. Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui servo suo, uti furtum faceret, imperavit. 22 23 24

aliquid sustulit, praesertim lucri sui causa, indicare et vel rogare quemcunque si liceret tollere vel dicere se tollere aut sustulisse.

§. 22. *Quo*] Guelf. *qui.* V. *libro* adiunxi ex edd. vett.

§. 24. *Quocirca* etc.] Guelf. *Quo id circa ne id quod S.* — *Imperavit*] In omnibus fere libris legitur: *Explicit lib. XII.* Guelf. *lib. XI.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER DUODECIMUS.

CAPUT I.

Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili feminae, uti liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

1 Nuntiatum quondam est Favorino philosopho, nobis praesentibus, uxorem auditoris sectatorisque sui paululum ante enixam, auctumque
2 eum esse nato filio. Eamus, inquit, et puer-

LIB. XII. CAP. I. *Uti*] Edd. vett. et Steph. *ut; uti* tamen hab. hic p. 570. et Guelf. — *Adhibitarum*] Reg. *aliarum;* quod longe praeferas; neque enim verbum *adhibere*, quod mox occúpat satis commode, huc recte transfertur. I. G. Ceterum hoc cap. seorsum transtulit Gallus *I. L. Moreau* in: *Mémoir. de la Société Medic.* An. 5. p. 389 sqq. (V. 1.)

§. 1. *Quondam est*] Guelf. *est quondam.*

§. 2. *Puerperam*] Reg. *puerum.* I. G.: res ipsa dictat, ob somnum (Favorinum puerperam) non vi-

peram visum et patri gratulatum. Is enim erat loci senatorii, ex familia nobiliore. Imus 3
una, qui tum aderamus: prosecutique eum sumus ad domum, quo pergebat; et cum eo simul introgressi sumus. Tum in primis aedi- 4
bus complexus hominem congratulatusque assedit; atque ubi percontatus est, quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent, puellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit; fabulari instituit prolixius: et: Nihil, inquit, dubito, quin filium lacte suo nutritura sit. Sed cum mater 5

disse: (v. mox) an, si vigilasset, visurus fuisset, et mos fuerit admittendi ad puerperas viros complures visum venientes, dubito. *Moreau: Allons voir l'enfant et féliciter son père.* — *Patri*] Guelf. *primi.* — *Is* etc.] Vulg. *is erat.* Ex edd. vett. et Guelf. *enim accessit.* — *Nobiliore*] Edd. vett. inde a Iunt. et Long. *nobiliori*; nostrum cum codd. (Guelf.) et edd. vett. dedit Steph. *Nobiliorum* i. e. e familia gentis Fulviae, scripsisse Gell. suspicatus est I. G.

§. 3. *Imus* etc.] Edd. vett. et Guelf. dant: *Im. una et qui t. ad.* Maluerim: *Et imus una qui* etc.

§. 4. *Congratulatusque*] Guelf. tantum *gratulatusque.* — *Ubi*] Vulg. (Guelf.) *ibi*, quod om. Iunt. Ald. et Ms. Bourdelot.; *ubi* emendavit Gron. pat. Deinceps Steph., ut solet, cum Iunt. et Guelf. *percunctatus est.* v. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 29. Gell. Praef. §. 19. — *Puellamque*] Mulierem adhuc iuvenculam. *Thys.* Post hoc v. Steph. (Specim. Emendd. p. 153.) cum Gryph. et H. de Marn. addend. putabat *ubi* vel *postquam s. quoniam;* quia antea *ibi* legebatur. Nihil hab. codd. et reliquae edd. vett. Steph. coni. etiam scribendum esse: *fabulari igitur inst.;* vel: *itaque fabul. inst.* — *Instituit*] Fuit qui emendare vellet *institit* (Oudendorp. ad Suet. Vitell. c. 2.); reprobante I. G.

§. 5. *Cum*] Reg. et Lugd. mai. om. *cum*, Linc. cum pronom. *ei.* Hinc I. G. coni.: *Sed m. p. p. esse*

puellae, parcendum esse ei, diceret, adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet: Oro te, inquit, mulier, sine eam totam integram esse
6 matrem filii sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus, peperisse, ac statim a sese abiecisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret: non alere nunc suo lacte, quod videat iam viventem, iam hominem, iam
7 matris officia implorantem? An tu quoque, inquit, putas, naturam feminis mammarum ubera quasi quosdam naevulos venustiores, non liber[or]um alendorum, sed ornandi pectoris
8 causa dedisse? Sic enim, quod a vobis scilicet abest, pleraeque istae prodigiosae mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere et exstinguere cum periculo quoque aversi corruptique lactis

dicere, puncto post *accederet* posito. Vulgat. tuetur Guelf. — *Nutricationis*] Guelf. *nutritionis*. — *Integram*] Al. *integramque*; Ascens. 1519. Gryph. 1542. *ac integram*. Plaut. Trinum. 1, 2, 134.: Gregem universum voluit totum avertere. 13, 30, 1. Guelf. *tot. esse integr. matr.*

§. 6. *A sese*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *a sese*, numerosius quam vulgat. *ab sese abi*. — *Nunc*] Edd. vett. ante Iunt. om. v. *nunc*. Deinceps Iunt. *suo lacti*. — *Quod*] Cum Ascens. Thys. *quem*, invitis codd. omnibus.

§. 7. *Ubera*] Steph. Specim. Emendd. p. 154. coni. *tubera*; tum pro *naevulos: torulos*; reprobante I. G. coll. Voss. Etym. Cod. Palat. ap. Gebhard. Antiqq. LL. 2, 13. fin. hab. *quosdam nervulos*. Guelf. *quos venust. nervulos*. — *Liberorum*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *liberum*.

§. 8. *Aversi*] I. e. inhibiti, atque hinc postmo-

laborant, tanquam pulchritudinis sibi insignia devenustet: quod quidem faciunt eadem vecordia, qua quibusdam commenticiis fraudibus nituntur, ut foetus quoque ipsi, in corpore suo concepti, aboriantur; ne aequor illud ventris irrugetur, ac de gravitate oneris et labore partus fatiscat. Quod cum sit publica detesta- 9
tione communique odio dignum, in ipsis hominem primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipsas artificis naturae manus interfectum ire: quantulum hinc abest, iam perfectum, iam genitum, iam filium proprii atque consueti atque cogniti sanguinis alimonia privare? Sed nihil interest (hoc enim di- 10
citur), dum alatur et vivat, cuius id lacte fiat. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in ca- 11
pessendis naturae sensibus tam obsurduit, non id quoque nihil interesse putat, cuius in corpore cuiusque ex sanguine concretus homo et coalitus sit? An quia spiritu multo et calore 12

dum corrupti. Lac retentum putrescit ubertate atque affluentia, vel in grumos concrescit, mamillae rubore suffussae obdurescunt, et inflammantur vel exulcerantur. Thys. Imo ab eo ore, in quod debebat educi, retroacti et compulsi aliorsum consumi. *f.* G. Guelf. hab. *adversi*; deinde *tam* pro *tamquam*. — *Aequor*] Aequalitas ventris extensa, rugarum expers. *Thys.* Guelf. *aeq. illud veneris.* Sequens *de* omit. quaed. exemplaria. Sed eodem modo dicitur: lassus de via. *Steph.* l. l. p. 154. cf. 14, 5, 1. 16, 6, 2.

§. 9. *Communique odio*] Vv. *comm.que od.* om. Ms. Pembroc. — *Ire*] Gryph. *iri.* v. Steph. Noctt. Paris. p. 15. — *Cogniti*] Steph. Specim. Emendd. p. 155. coni. *congeniti.* Iuret. ad Symmach. 8, 31. *cognati*, quod in mentem venerat etiam Stephano l. l.

§. 12. *Quia*] Edd. vett. *qui a.* Gell. haec ex Pythagoreis duxisse annotat I. G. coll. Iamblich. de

exalbuit, non idem sanguis est nunc in ube-
13 ribus, qui in utero fuit? Nonne hac quoque
in re sollertia naturae evidens est, quod, post-
eaquam sanguis ille opifex in penetralibus suis
omne corpus hominis finxit, adventante iam
partus tempore, in supernas se partis profert,
[et] ad fovenda vitae atque lucis rudimenta
praesto est, et recens natis notum et familia-
14 rem victum offert? Quamobrem non frustra
creditum est, sicuti valeat ad fingendas cor-
poris atque animi similitudines vis et natura
seminis, non secus ad eandem rem lactis quo-
15 que ingenia et proprietates valere. Neque in
hominibus id solum, sed in pecudibus quoque
animadversum. Nam si ovium lacte haedi
aut caprarum agni alantur, constat ferme in
his lanam duriorem, in illis capillum gigni
16 teneriorem. In arboribus etiam et frugibus
maior plerumque vis et potestas est, ad ea-
rum indolem vel detrectandam vel augendam,
aquarum atque terrarum, quae alunt, quam

vit. Pyth. 1, 31. Cf. Macr. 5, 11. p. 510. ubi pro *hom. finx.* legitur: *effinxit atque aluit.*

§. 13. *Posteaquam*] Ita edd. vett. pro *postquam.* — *Profert*] Torn. et Iunt. *perfert.* Sequens *et* est in edd. vett. Non hab. Guelf.

§. 14. *Sicuti*] Macr. *sicut.* Idem postea: *forsitan alantur.* Deinde post *frugibus* ponit vv. *ad ear. ind.--augendam*, et pergit: *maior pler.* etc. — *Corporis* etc.] Edd. vett. *animi corporisque;* Iunt. Ald. *animi atque corporis.* Mox Guelf. *símiles* pro *similitudines.*

§. 15. *Alantur*] Edd. vett. et Guelf. *alerentur.* Dein pro *illis* Guelf. iterum *his.*

§. 16. *Detrectandam*] Vet. cod. Thys. et Guelf. *detract.* Steph. l. l. p. 155. cdni. *deterend.* Vulgat. firmat Macr. — *Quae*] Guelf. omisso pronom. *quae*

ipsius, quod iacitur, seminis: ac saepe videas, arborem laetam et nitentem in locum alium transpositam deterioris terrae succo deperisse. Quae, malum, igitur ratio est, nobilitatem 17
istam nati modo hominis, corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Praesertim si ista, quam ad praebendum lactem [tunc] adhibebitis, aut serva aut servilis est, et ut plerumque solet, externae et barbarae nationis, si improba, si informis, si impudica, si temulenta est; nam plerumque sine discrimine, quaecunque id temporis lactans est, adhiberi solet. Patie- 18
murne igitur, infantem hunc nostrum perni-

hab. *aluit.* — *Et* etc.] Macr. *laetam nitentemque arborem, si in locum alterum transfertur, succo ter. det. elanguisse.*

§. 17. *Ingeniatis*] Vocab. Plautinum. Ald. aliaeque edd. hab. *ingenitis;* cum edd. vett. correxit Steph. Specim. emendd. p. 130. Cod. Scheff. *initiatis.* Deinceps Guelf. *incohatu inutiuo.* — *Lactem*] Reg. hab. *lacte*; quod innuit vulgat. *lactem.* cf. I. Gron. annot. ad 19, 8. not. 21. Iunt. exhibet: *lactem tunc adhib.*; *lac tunc adh.* edd. vett. Guelf. et Long.; videtur *tunc* ortum ex syllaba *tem* vocis *lactem;* nec hab. Reg. teste I. G. l. l. Hinc uncis seiunxi. De v. *lac* v. Lexica. — *Et*] Copulam om. Steph. contra codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett.; hab. etiam Sciopp. Fortasse Steph. v. *est*, quod praecedit, omittere voluit cum edd. vett.; quo v. sane facile careas. — *Et*] Vulg. *atque*; edd. vett. et Guelf. *et.* Dein Guelf. *nationis esse;* Sciopp. *nat. est.* Ceterum *Graecae* nutrices Romanorum esse solebant. V. Auctor. de Corrupt. Eloq. c. 39. Plutarch. de Educat. c. 4. — *Lactans*] Guelf. et edd. ante Iunt. *lactans* pro *lactens.*

§. 18. *Patiemurne*] Hanc lectionem in locum

cioso contagio infici, et spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex corpore et
19 animo deterrimo? Id hercle ipsum est, quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque cor-
20 poribus neque animis similes exsistere. Scite igitur et perite noster Maro, quod, cum versus illos Homeri consectaretur:

— Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής·

non partionem solam, tanquam ille quem sequebatur, sed alituram quoque feram et saevam criminatus est: addidit enim hoc de suo:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres;

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis et natura lactis tenet: quae iam a principio imbuta paterni seminis concretione ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.
21 Et praeter haec autem, quis illud etiam negligere aspernarique possit, quod, quae par-

vulgatae in edd. recentt. *patimurne* restitui ex edd. vett. et Steph. quibus accedit Guelf.

§. 20. *Homeri*] Il. 16, 33. cf. Macrob. Sat. 5, 2. — *Non*] Edd. ante Iunt. *haud*. Particulam negandi plane om. Guelf. — *Ille quem*] Edd. vett. et Guelf. *illam quam*; nostrum dedit Steph. e Iunt. Reg. aliisque, confirmantibus Mem. Put. Lugd. ut. etc. cf. Sciopp. Verisim. 4, 16. Giphan. Obss. L. L. p. 237. Praeterea edd. vett. post *quam* (Iunt. post *quem*) add. *ille*. — *Addidit*] Guelf. *addit*. V. Virg. Aen. 4, 367.

§. 21. *Autem*] Guelf. om. *autem*. — *Quod*, etc.] Idem hab. *quodque part. s. des., ablegant* (sine *que*) *a sese*; deinde *nutriendis* his deinceps. —

tus suos deserunt ablegantque a sese, et aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt, aut certe quidem diluunt deteruntque. Nam ubi in- 22
fantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor ille maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur, omnisque impatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit. Neque multo minor commendati ad nutricem aliam filii, quam morte amissi, oblivio est. Ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, 23
consuetudinis, in ea sola, unde alitur, occupatur, et proinde, ut in expositis usu venit, matris, quae genuit, neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea, obliteratis et abolitis nativae pietatis elementis, quidquid ita educati liberi amare patrem et matrem videntur, magnam fere partem non na-

Filiis] Reg. *liberis.* — *Interscindunt*] Guelf. *interciduut.* — *Diluunt*] Extenuant. *Thys.* Marg. Salmas.: a pictura coloribusque; coll. Cic. de Off. 1, 53. amicitias diluere.

§. 22. *Commendati*] Vulg. *amandati* (edd. Ven. 1472. Brix. et Iunt. *a mandati*); al. *amendati.* Guelf. *amendaci.* Reg. et Lugd. mai. *a commendati; commendati* hab. etiam Torn. et Lugd. min. Comparat Gron. Higin. fab. 96.: commendavit ad Lycomedem, i. e. deposuit. Add. eund. fab. 3.: ad sororem Medeam est commendatus. Falster. p. 281.: amandati, eleganter, si ratio habenda est distinctionis Servii ad Virg. Aen. 3, 50.: *Mandarat* est amoris: *Amandaret* vero odii est; et *amandare* est: sub specie legationis aliquem relegare.

§. 23. *Ullum*] Al. ut cod. Torn. *illum*; nostrum dant edd. vett. et Guelf. — *Nativae*] Ed. Rom. *naturae.* Mox Guelf. et edd. ante Iunt. *patr. et matr.* dederunt prō *patr. atque matr.*

turalis ille amor est, sed civilis et opinabilis.
24 Haec Favorinum dicentem audivi Graeca oratione: cuius sententias, communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, retuli; amoenitates vero et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quidem indipisci potuerit; mea tenuitas nequaquam.

CAPUT II.

Quod Annaeus Seneca, iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futilique iudicio fuit.

1 De Annaeo Seneca partim existimant, ut de scriptore minime utili, cuius libros attingere nullum pretium operae sit: quod oratio eius vulgaris videatur et protrita; res atque sententiae aut ut inepto inanique impetu sint, aut ut levi et quasi dicaci argutia; eruditio autem vernacula et plebeia, nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque di-

§. 24. *Quidem*] Guelf. *quaedam.* — *Tenuitas*] V. *tenuitas* vett. codd. (edd. ante Iunt.) non habent. Thys. Eiecit Long. Hab. Guelf.

Cap. II. *Fuit*] Guelf. post v. *fuit* haec a secunda ut videtur manu addita habet: *multorumque de eo sententiae.*

§. 1. *Existimant*] Connell. *existimẽ* (existimem). — *Vulgaris*] Lugd. mai. *vulgarias*; librario utramque lectionem exprimente; unde I. G. *vulgaria;* coll. 12, 9. Deinceps Guelf. hab. *per trita.* — *Aut ut inepto*] Linc. *aut ineptae.* Voculam *ut* cum Ald. om. Steph. Ante *levi* quoque illam om. Ald.; Guelf. *aut inepte* (ineptae) *sint impetu inanique aut ut levi* etc. Mihi utrumque *ut* orationem impedire videtur et commode abesse posse. — *Vernacula*] Domestica, vulgaris. *Thys.* —

gnitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse, non infitias eunt; sed et rerum, quas dicat, scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt, et in vitiis morum obiurgandis severitatem gravitatemque non invenustam. Mihi de omni eius ingenio deque omni 2
scripto iudicium censuramque facere non necessum est: sed quod de M. Cicerone, et Q. Ennio, et P. Virgilio iudicavit, ea res cuimodi sit, ad considerandum ponemus. In libro 3
enim vicesimo secundo *Epistolarum Moralium* quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego antiquo viro fecisse hos dicit:

— Dictus ollis popularibus olim
Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi, suadai medulla.

In] Connell. om. *in*; postea hab. *censoremque fac.* — *Scientiam*] Edd. ante Iunt. *sententiam.*

§. 2. *Necessum*] Guelf. *necessarium.* — *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi*; ex correctione fort., nisi forte ex manu Stephani fluxerit, rarius istud *cuimodi* captantis. Certe pll. ll. infr. Guelf. et edd. vett. exhibent fere ubique *cuiusmodi.* V. 14, 6, 3. V. quem laudavi Ruddimann. ad 2, 8, 6.

§. 3. *Q.*] Guelf. om. *Q.* et pro sequenti *de* hab. *esse*, omisso v. *fecisse.* — *Dictus* etc.] Ascens. *Is dictus cunctis ollis popularibus olim*; unde Merul. ad Fragm. Enn. p. 495. *Is dictus pop. ollis; olim* ap. Cic. Brut. c. 15. etiam esse expungendum. Edd. vett. ante Iunt. *Dictus tollis popularidus* (s. *popularibus*). Connell. *Dictis tollis popularibus*; ut hab. Guelf. Codd. Gron. omnes: *hos dicitis*, s. *dictus tollis pop.*; unde I. G.: *hos dicit: Is dictu 'st ollis pop.* — *Delibatus*] Ald. et Gryph. *delibutus.* Gryph. 1542. in marg. *delibatus. Delibut.* probabat Falster.; Verburg.

4 Ac deinde scribit de iisdem versibus verba haec: *Admiror eloquentissimos viros et deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius versus et hos* 5 *refert.* Atque id etiam de Cicerone dicit: *Non miror*, inquit, *fuisse, qui hos versus scriberet, cum fuerit, qui laudaret: nisi forte Cicero summus orator agebat causam suam,* 6 *et volebat hos versus videri bonos.* Postea hoc etiam addidit insulsissime: *Apud ipsum quoque*, inquit, *Ciceronem invenies etiam in prosa oratione quaedam, ex quibus intelligas illum non perdidisse operam, quod Ennium* 7 *legit.* Ponit deinde, quae apud Ciceronem reprehendat, quasi Enniana; quod ita scripserit in libris *De Republica: Ut Menelao Laconi*

ad Cic. l. l. coni. *delibratus*. Sciopp.: f. *illib.*, quod hab. quidam codd. Gron.; nostrum est in Guelf. Reg. et Pet. aliisque. Pro *populi* edd. vett. hab. *populis*. Guelf. *populis uada med.* Deinde vulg. legebatur: *et suada med.; et* om. cum Guelf. Reg. Lugd. ut. et Pet. Iunt. Ascens. Nostrum dedit ex Linc. I. G., qui ita quoque apud Cic. l. l. legendum esse suspicatus est.

§. 4. *Iisdem*] Guelf. *eiusdem*. Steph. *isdem*. Vulg. *eisd.*; nostrum dederunt edd. vett. Mox Guelf. om. v. *viros*.

§. 5. *Laudaret*] Guelf. *laudavit;* mox *nolebat* pro *volebat*.

§. 6. *Postea* etc.] Guelf. *et postea etiam hoc add.* Mox *apud eum ipsum inq. Cic.*, omisso v. *quoque*.

§. 7. *Reprehendat*] Edd. vett. et Guelf. *reprehendit*. Fort. legend. *reprehenderit*, ut mox *dixerit*. — *Quod*] Lugd. min. *qui*, probante I. G. — *De Rep.*] Reg. *de repro. Menel.* Lugd. min. *qui ita scripserat in l. de rep. ut M.; ut* est etiam in Guelf.

quaedam fuit suaviloquens iucunditas; et quod alio in loco dixerit: *breviloquentiam in dicendo colat.* Atque ibi nugator homo Ciceronis 8
errores deprecatur; et: *Non fuit,* inquit, *Ciceronis hoc vitium, sed temporis; necesse erat haec dici, cum illa legerentur.* Deinde 9
adscribit, Ciceronem haec ipsa interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lascivae orationis et nitidae. De Virgilio quoque eodem 10
in loco verba haec ponit: *Virgilius quoque noster non ex alia causa duros quosdam versus et enormes et aliquid supra mensuram trahentis interposuit, quam ut Ennianus populus agnosceret in novo carmine antiquitatis aliquid.* Sed iam verborum Senecae piget. 11
Haec tamen [et] inepti et insubidi [et insulsi] hominis ioca non praeteribo: *Quidam sunt,* inquit, *tam magni sensus Q. Ennii, ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere.* Et, cum reprehen-

Pet. et Lugd. mai.; recepit Steph. pro vulg. *quod Men.* cf. Il. 3, 213 sqq. Cicer. Brut. 13.

§. 8. *Nugator homo*] Guelf. et edd. ante Iunt. *nugat. homo* pro *homo nug.*

§. 10. *Eod. in l.*] Connell. *in eod. l.* — *Agnosceret*] Scheff. *adagnosc.* Guelf. *addisceret.* — *Antiq. aliquid*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *aliquid antiq.*

§. 11. *Et*] Copula *et* deest in Guelf. Torn. et edd. vett.; atque eiecit Long. Deinceps Guelf. et edd. vett. hab. *in. et insipidi. Insubidi* ex codd. dedit Carr. Emendatt. 1, 12. cum Turneb. Adverss. 17, 1. 28, 32. Post v. *ins.* Guelf. addit *insulsi hom.*; cum edd. vett. Long. *et insulsi hom.*; illa quidem vv. cum codd. expunxit Carr. l. l. Gebhard. Antiqq. 2, 18. cum cod. Palat. et Turneb. ita legunt: *sed tamen et insubidi et insulsi hom.* — *Possint*] Edd. vett. et Guelf. *possunt.* Eaedem usque ad Iunt. et

disset versus, quos supra de Cethego posuimus: *Qui huiuscemodi,* inquit, *versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterici lectos.*
12 Dignus sane Seneca videatur lectione ac studio adolescentium: qui honorem, coloremque veteris orationis Soterici lectis compararit, quasi minimae scilicet gratiae, et relictis iam con-
13 temtisque. Audias tamen commemorari ac referri pauca quaedam, quae ipse idem Seneca bene dixerit: quale est illud, quod in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem dixit: *Quid enim refert quantum habeas?*
14 *multo illud plus est, quod non habes.* Bene hoc sane, bene. Sed adolescentium indolem non tam iuvant, quae bene dicta sunt, quam inficiunt, quae pessime; multoque tanto ma-

Connell. postea hab. cum Guelf. *huiusmodi* pro *huiuscem.* — *Liqueat* etc.] Edd. vett. et Long. *liceat sibi et eosd. adm.* Sciopp.: *liceat s.* et v. c.; *liq.* ex codd. dedit Steph., idque in codd. Gron. legitur, nisi quod plerique: *liqueant,* deleta etiam copula *et,* quae est in edd. vett.; *sibi* in *tibi* mutavit Gron. pater. Guelf. *licet eosd. adm.* sine *tibi*; hinc suspicor legendum esse: *licet, s. liceat, eosdem* etc. abiecto pronom. *sibi s. tibi. Licet* saepe cum Accus. et Infin. construi constat. — *Soterici*] Qui artifex fort. fuit. *Turneb.* Adv. 1, 18. Edd. vett. *Sotherici* et mox *Sotheri*; Ald. posteriori loco iterum hab. *Sotherici.* Guelf. h. l. *socratici*, et postea *soterici.*

§. 12. *Videatur*] Guelf. *videbatur.* Cf. Quintil. 10, 1. Sueton. Cal. c. 53.

§. 13. *Ipse idem*] Edd. vett. et Guelf. *ipse idem* pro *idem ipse.* — *Dixit*] Guelf. *dicit.* — *Illud*] Ex Guelf. edd. vett. et Steph. cum Long. restitui *illud* pro vulg. *istud.*

§. 14. *Multoque* etc.] Edd. vett. *multoque magis, si et plura sint,* (Iunt. Ald. *sunt*, Guelf. hab. etiam *sint*) *quae d. sunt.* Codd. Gron. omnes Torn.

gis, si et plura, quae deteriora sunt, et quaedam in his non pro enthymemate aliquo rei parvae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.

CAPUT III.

Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et super eo diversae sententiae Valgii Rufi et Tullii Ciceronis liberti.

Valgius Rufus in secundo librorum, quos 1
inscripsit *De rebus per epistolam quaesitis, lictorem* dicit a *ligando* appellatum esse; quod, cum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore solita sint; isque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, *lictor* sit appellatus: utiturque ad eam

et Guelf. *multoque tanto m.*; unde Steph. *tanto* post *plura* posuit; qui iudice I. G. potuerat etiam: *plura tantoque deter.* Nostram lectionem restituit I. G. coll. Plaut. nimio tanto plus, multo tanto plus. v. ad Stich. 2, 2. et Pric. ad Appul. Apol. p. 8. Deinde edd. vett. ἐνθυμήματε (sic! non ἐνθυμήματι). Mox *ancipiti* pro *ancipite* est ex iisdem et Guelf. qui lib. pro v. *enthym.* hab. suum *G.* Idem om. v. *consilio.*

Cap. III. *Rufi*] Guelf. om. *Rufi.* — *Liberti*] Hoc v. ex edd. vett. restituit I. G., quod credit similiter ab Mss. suppeditatum esse Stephano qui neglexit. Hinc in ed. Bipont. omissum est. Non hab. Guelf. Post hoc v. in edd. vett. legebatur: *acceptae* (s. *versus accepti, acceptae?*) quae ad lemma cap. sequentis reiecit Steph. Ceterum cf. Auctor. dissertat. de Tirone p. 46.

§. 1. *Rufus*] Edd. ante Iunt. *Ruffus.* V. de homine Falster. Memor. Obsc. I. p. 117 sq. — *Iussissent*] Guelf. *iussisset.* —

rem testimonio M. Tullii, verbaque eius refert ex oratione, quae dicta est *Pro C. Rabirio: Lictor*, inquit, *colliga manus.* Haec ita Valgius. Et nos sane cum illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, *lictorem* vel a *limo* vel a *licio* dictum scripsit: *Licio enim transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus*, inquit, *praeministrabant, cincti erant.* Si quis autem est, qui propterea putet probabilius esse, quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in *lictore*, sicuti in *licio* producta est, et in eo verbo, quod est *ligo*, correpta est, nihil ad rem istuc pertinet. Nam sic ut a *ligando lictor*, et a *legendo lector*, et a *vivendo victor*, et a *tuendo tutor*, et a *struendo structor*, productis quae corripiebantur vocalibus, dicta sunt.

C. Rabirio] Cap. 4.

§. 3. *Vel a limo*] Haec ab haesitante librario addita putat Mercer. ad Non. sub v. *Lictor*, quia infra *licii*, non *limi* mentio fiat. Guelf. edd. vett. et Long. pro *limo* hab. *lino.* Lucani glossae: lictor est, qui viam facit magistratibus in populo. Dictus a lino, quod album linum propter insigne circa caput habebat. V. tamen Scheller. sub v. *limus*, *i.* cf. Pithoei Adversar. 1. c. 2. Lips. Elector. 1, 23. — *Dictum scripsit*] Guelf. *scriptum dixit.* — *Limum*] Edd. vett. *linium*; quod restituit Long. Guelf. *limum s. linium.*

§. 4. *Putet*] Ita edd. vett. praeter Iunt. pro *putat.* — *Est ligo*] Guelf. *ligo est.* — *Istuc* etc.] Eaedem edd. *istam pert. Nam sic a l. l., ut* (Ald. *et*) *a l. l.*, quam lectionem probavit Otho; sed nostra etiam proba. Guelf. *istam p. nam sicut* etc. — *Vivendo victor*] Ascens. Gryph. 1542. in marg. *a vehendo vector*; *vivo* enim alioqui longum esse; edd. vett. et Guelf. *a vincendo victor*; et codd. Gron. *vivendo*, vel *vincendo.* Gron. pat. coni. *a videndo visor.* I. G. *a vicendo* (vicere, Vica Pota) *victor.* — *Vocalibus*] Edd. ante Iunt. *vocabulis.*

CAPUT IV.

Versus accepti ex Q. Ennii septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

Descriptum definitumque est a Q. Ennio 1
in *Annali* septimo graphice admodum sciteque, sub historia Gemini Servilii, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia, quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus denique ad muniendas vitae molestias fomentis, levamentis, solatiis, amicum esse conveniat hominis genere et fortuna superioris. Eos ego versus non minus frequenti assiduo- 2
que memoratu dignos puto, quam philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color quidam 3
vetustatis in his versibus tam reverendus est,

Cap. IV. *Q.*] Praenom. om. h. l. Steph.; hab. p. 570. hab. etiam Torn. et Guelf. Ceterum edd. vett. hab. *Ex Q. E. VII. ann. vers.*, *quibus* etc. v. ad lemma c. 3. Pro *finitur* ex init. cap. fortasse leg. *definitur*, quod exstat in ed. Connell.

§. 1. *Graphice*] Guelf. *gratifice.* — *Gemini*] Edd. ante Bonon. *Geminii.* Mox Guelf. *quoque ing.* — *Tuendique* etc.] Guelf. *tenendique secretique rel. qualibet den.* — *Muniendas*] Edd. vett. ante Steph. et Guelf. *minuendas*, prob. Thys. Credo eos libb. *muniendas* dare voluisse.

§. 2. *Ego*] Connell. *vero* pro *ego.* Guelf. *ergo.*

§. 3. *Color*] Edd. ante Iunt. *ad haec odor quid.*, quod hab. etiam Gryph., nostrum in marg. (1542.). Deinceps Guelf. pro *rev.* hab. *verecundus* et om. sequens v. *est.* —

suavitas tam impromiscua tamque ab omni fuco remota est, ut, mea quidem sententia, pro antiquis sacratisque amicitiae legibus ob-
4 servandi, tenendi, colendique sint. Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis iam statim desideraret:

Hocce locutus vocat, quicum bene saepe libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter impartit, magnam cum lassus diei
Partem fuvisset, de summis rebus regundis,

Impromiscua] Ita edd. vett. et Guelf. pro *impromisca.* Deinceps edd. vett. dederunt *ab omni f.* pro vulg. *a fuco omni.*

§. 4. *Hocce locutus*] Ita Guelf. et edd. vett.; Iunt. *haec elocut.* I. G. *haecce*; Steph. *haece*; nostrum restituit Lindemann. in Select. supra l. P. II. p. 3. Idem scripsit *locutu'* pro *locutus*, mox *lassu'* pro *lassus*, et sic saepius. *Quod cum* pro *quicum* hab. Long, Stephani fortasse *quo cum* exprimere volens. De re cf. Horat. Sat. 2, 6, 41. — *Magnam* etc.] Lips. Antiqq. LL. 3, 22. ex vet. libro: *magna quum lassus diei Parti fuuisset.* Pro *lass.* Vaticc. quatuor hab. *lapsus.* Guelf. *magna cum lassus diei partem fuisset.* Edd. ante Iunt. *magna cum lapsa diei Pars foret, e sum. rebus parvisque regundis Parti fuisset: de parvis summisque gerendis;* ubi distingui videntur: res regundae et gerendae. Iunt. et Ald. *Magna cum lapsa diei Parte fuisset summis reb. parvisque regundis Consilio* etc. (Ald. *fuisset, de parv. summisque gerendis*). Ascens. *magna cum lapsa dies iam Parte fuisset, de parvis summisque gerendis.* Turneb. Adv. 28, 32. *de summis rebus secundis.* Lips. *parti* pro *parte* antique; et *fuuisset* pro *fuisset*; quod metro flagitante recepit cum Steph. et Gron. Lindem. Thys. *magna cum lapsa dies iam Parte foret, summis rebus parvisque gerundis.* Reg. hab. *de sum. rebus recundis*; Thuan. *regendis*; Pet. et Lugd. min. *regundis*; Lugd. mai. *secundis.* Linc.

Consilio, indu foro lato, sanctoque senatu,
Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueretur, tincta malis et quae bona dictu
Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret.
Quicum multa voluptas, gaudia clamque palamque.
Ingenium, cui nulla malum sententia suadet,
Ut faceret facinus, levis, haud malus, doctus, fidelis,

rebus gerendis; Guelf. *reb. gerundis.* Torn. habere videtur *magna q. lapsa dies iam Parce fuisset, de s. r. fecundis. regundis* scripsi cum optt. libb. — *Indu*] Al. ut Lips. *endo.* cf. Ruddim. I. p. 325. not. 2. Guelf. *indum.* — *Sanctoque*] Guelf. om. v. *sanctoque.* — *Eloqueretur*] Edd. vett. *eloqueret.* Deinceps eaedem praeter Iunt. *quae tincta malis.* Iunt. *et cunctam aliisque et bona d.* Guelf. *et cuncta in aliisque et b. dcu* (dictu). Reg. Lugd. mai. et Sciopp. *et cuncta malaque et bona;* Thuan. *ea cuncta mala bonaque;* Lugd. min. *et cuncta malusque et bona.* Hinc Gron. pat. *quae iuncta malis;* I. G.: *et hinc iuxta malaque et bona.* Steph. edidit: *cuncta malusque et quae bona.* Al. *tincta malisque.* Lindem. cum Lips. ex libb. *tincta malis et quae b.*, quod, dum melius et probabilius quid praebeatur, recepi. Proximo v. Lindem. legit: *si qua*, i. e. si qua ratione, sicubi. Edd. vett. Sciopp. et Long. *si quid.* Iunt. *si qui.* Guelf. *Evom. et si aſiqui* (asiqui, *aliqui?*) *vell.* — *Quicum*] *Quicum* pro *Quocum* dederunt codd. Vaticc. Thuan. alii. Deinceps auctore I. G. ex Thuan. et Sciopp. scripsi: *voluptas* pro vulg. *volup*, *ac.* Iunt. om. *ac.* Reg. et Guelf. *voluptate gaudia;* Lugd. min. et Pet. *volup gaudia;* Lugd. mai. om. voc. *volup.* Cum aliis Lindem. dedit: *voluptat gaudia.* Lips. ex libb. Vaticc. *volutat.* — *Ingenium, cui*] Cum Lips. Lindem. *Ingenio cui* etc. Lips. coniecisse etiam videtur: *ingenuo.* Ad *ingenium* intell.: tale erat. Verss. seqq. ita legebantur: *Ut f. f., lenis,* (Connell. Iunt. Gryph. *levis.* Gryph. marg. *lenis tamen*) *haud*

Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbûm
Paucûm, multa tenens, antiqua, sepulta, vetustas
Quae facit, et mores veteresque novosque tenentem;
Multarum veterum legum Dii mque hominumque
Prudentem; qui multa loquive tacereve posset,
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

5 L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt, Q. Ennium de semetipso haec scripsisse; pictu-

m., idem Doctus, (edd. ante Bonon. *doctis*) *fid., suavis, homo facundus, suoque Contentus, atque beatus, scitus* (s. *scitusque*, ut etiam Sciopp.), *secunda loq.* (edd. ante Bonon. *loqueres*) *in Tempore, commodus et verborum vir paucorum* (*Commodus et vir*, Sciopp.). *Multa ten. ant., sep. et saepe vetustas, Quae facit et mores veteresque novosque tenentem.* Haec immutavit cum Turneb. Adv. 28, 32. (firmante etiam Guelf.) Lips., ut legis, nisi quod hic pro *haud* leg. *aut*; et *quae faciunt* pro *quae facit et*; *quae faciunt* recepit Lind. et antea *vetusta*. Gron. pat. malebat: *vet. Quem facit. Verbûm* exstat in Guelf. et in omnibus codd. Gron. praeter Thuan. qui hab. *verborum. Paucorum* hab. Guelf. et Sciopp.; hic: *sep. et saepe vetustas.* Mox *que* post v. *veteres* om. Guelf. — *Multarum*] Vulgat. *multorum* ita correxit Lips.; praeterea I. G. leg. *multarum rerum, legum div.* etc.; *leges* hab. Guelf. et edd. vett. Prox. v. pro *multa* Lips. dedit *dicta*, quod hab. etiam Guelf.; vulgat. restituit Lindem. Deinceps Guelf. *tacereque possit*; et vers. seq. *hunc igitur pugs.*

§. 5. *L. Ael.*] Guelf. *Telium.* Torn. et Gifan. cum edd. vett. *T.* pro *L.*; hae hab. etiam *Hel. Scil-*

ramque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

CAPUT V.

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

Cum Delphos ad Pythia conventumque totius fermè Graeciae visendum philosophus Taurus iret, nosque ei comites essemus, inque eo itinere Lebadiam venissemus, quod est oppidum antiquum in terra Boeotia: affertur ibi ad Taurum, amicum eius quempiam, nobilem in Stoica disciplina philosophum, aegra valetudine oppressum, decumbere. Tunc omisso itinere, quod alioqui maturandum erat, et relictis vehiculis, pergit eum propere videre; nosque de more, quem in locum cunque iret, secuti sumus. Et ubi ad aedes, in quis ille aegrotus erat, pervenimus, videmus, hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Graeci χῶλον dicunt, et febri simul rapida af- 1 2

lonem (Iunt. *Ael. Scil.*). Mox *Q.* accessit ex edd. vett. et Guelf.

Cap. V. §. 1. *Antiquum*] Edd. ante Iunt. *Atticum*; Torn. *aticum*. Guelf. *athicum*.

§. 2. *Itinere*] Guelf. om. *itinere*. — *Alioqui*] Edd. vett. *alio*; Ascens. *quo alio* (sc. itinere). *Alioquin* dedit Steph. (cf. Specim. Emendd. p. 91.) confirmantibus Reg. (ubi *alioquiN*, lit. N ab sec. manu addita) Lugd. mai. Linc.; Guelf. *alioquim*. Lugd. min. Mem. Pet. et Iunt. *alioqui*. v. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 165. annot. Mox pro *videre* Thys. coni. *visere*. — *Quis*] Edd. vett. *quibus*. — *Alvi*] Guelf. edd. vett. praeter Iunt. *allabi*. Sciopp. *abbi*. cf. Steph. l. l. Deinde edd. vett. χωλὸν *i. e. laxum intesti-*

flictari; gemitusque ex eo compressos erumpere; spiritusque et anhelitus e pectore eius evadere, non dolorem magis indicantes, quam
3 pugnam adversum dolorem. Post deinde cum Taurus et medicos accersisset, collocutusque de facienda medela esset, et eum ipsum ad retinendam patientiam testimonio tolerantiae, quam videbat, perhibito stabilisset, egressique inde ad vehicula et ad comites rediremus: Vidistis, inquit Taurus, non sane iucundum spectaculum, sed cognitu tamen utile, congredientes compugnantesque philosophum et dolorem. Faciebat vis illa et natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum; faciebat contra ratio et natura animi, quod erat aeque suum: perpetiebatur et cohibebat coërcebatque intra sese violentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas comploratione, ne ullas quidem voces indecoras

num; Thys. χόλον, s. χολικήν; Sciopp. v. c. κοῖλον. f. κοιλίαν. κῶλον est intestinum crassum. Guelf. om. v. Graec. addito *G.* Scripsi κῶλον pro *colon.* cf. Cels. 1, 7. Infr. 17, 11, 2. Mox *rapida* est in codd. Gron. omnibus, dederat iam cum Iunt. Steph. Edd. vett. et Guelf. *adrapida*, unde Scriv. *ardida*, Thys. *arida.* cf. 18, 10, 2. Possis legere: *rabida.* — *Pectore*] *Imo* adiici volebat Pric. ad Appul. Miles. 1. p. 21. reprobante I. G. Deinde *adversus* dant edd. vett. praeter Iunt. Nostrum Guelf.

§. 3. *Accersisset*] Scheff. *arcessisset*; Guelf. *accersimus.* Reg. a sec. manu: *accessisset*, Lamb. inde notavit: *acceppisset.* V. ad 1, 2, 1. Dein *medella* Sciopp. — *Inde*] Edd. vett. et Steph. *deinde*; nostrum Guelf. Torn. et Reg.; hic lib. deinceps: *inde cum Tauro rediremus, vidistis, inquit, non s.* — *Faciebat*] Edd. ante Iunt. *iaciebat.* — *Intra*] Reg. et Lugd. ut. *infra*, quod recepit Long. Deinceps Guelf. *viol. in effr.* — *Ne ullas quid.*] Guelf. *nullas quid.* —

edebat: signa tamen quaedam, sicut vidistis, exsistebant virtutis et corporis, de possessione hominis pugnantium. Tum e sectatoribus 4
Tauri iuvenis, in disciplinis philosophiae non ignavus: Si tanta, inquit, doloris acerbitas est, ut contra voluntatem contraque iudicium animi nitatur, invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi saevientis, cur dolor apud Stoicos indifferens esse dicitur, non malum? Cur deinde aut Stoicus homo cogi aliquid potest, aut dolor cogere, cum et dolorem Stoici nihil cogere, et sapientem nihil cogi posse dicant? Ad ea Taurus 5
vultu iam propemodum laetiore (delectatus enim iam videbatur illecebra quaestionis;): Si iam amicus, inquit, hic noster melius valeret, gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset, et hanc, opinor, tibi quaestionem dissolvisset: me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum Stoica potius [disciplina]. Est enim pleraque et sibi et nobis incongruens: sicut libro, quem super ea re composuimus, declaratur. Sed, ut tibi a me 6
mos geratur, dicam ego indoctius, ut aiunt,

Tamen etc.] Lugd. min. *tamen, sicut quaedam vid.*

§. 4. *In--ignavus*] Guelf. *in philosophiae discipulis non ign.*

§. 5. *Iam*] Vocem *iam* adiunxi ex Guelf. et edd. vett. Propter iterationem omissa videri potest. — *Si*] Guelf. *sed.* — *Eiusmodi nec.*] Guelf. *eiusdem nec.* — *Disciplina*] Haec vox deest in Guelf. Reg. Linc. Lugd. ut. Torn. aliisque; hinc pro *Stoica* Gron. pat. et Thys. coni. *Stoa.* I. G. confert 13, 10.: in grammaticam atque dialecticam. — *Libro*] Guelf. et edd. vett. praeter Iunt. *in libro.* Non placet *in*, quod *totus* liber super ea re compositus esse videtur. — *Ea*] Reg. *illa.*

et apertius; quae fuisse dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc adesset Stoicorum; (nosti enim, credo, verbum illud vetus et pervulgatum:

Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον λέγε.)

Atque hinc exorsus de dolore atque de gemitu
7 Stoici aegrotantis ita disseruit: Natura, inquit, omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem: ita prorsus, ut nihil quidquam esset carius pensiusque nobis, quam nosmetipsi. Atque hoc esse fundamentum rata est conservandae hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum, simul atque editus in lucem foret, harum prius rerum sensum affectionemque caperet, quae a veteribus philosophis *τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν* appellata sunt; ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. Postea per incre-

§. 6. *Nosti*] Hanc parenthesin post v. *apertius* ponit Steph. (Specim. Emendd. p. 92.); invitis libb. I. G.: Quoties traiectiones huiusmodi occurrunt lectori relictae, ut in ordinem redigat? Liv. 26, 39.: Paucos ex multis trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus in urbem compulit; (ne urbs eodem impetu caperetur), quae extrema vv. pertinent ad v. *semiap.* — *Ἀμαθέστερόν*] Cf. Aristoph. Ran. 1493. unde v. *λέγε* hic abesse posse annotarunt Steph. l. l. et Gron. pat. — *De*] Edd. vett. et Guelf. om. *de*.

§. 7. *Inolevitque*] I. e. inolefacit. Marg. Gryph. dat *illinitque*. — *Pensiusque*] Gravius, ponderosius, maioris momenti. *I. G.* — *Affectionemque*] Guelf. *affectionesque*. — *Τὰ*] Quibus praecipua et potissima intelliguntur. *Steph.* Specim. Emendd. p. 199. — *Omnibus*] Hoc v. deest in Reg. et suspectum habe-

menta aetatis exorta e seminibus suis ratio est et utendi consilii reputatio, et honestatis utilitatisque verae contemplatio subtiliorque et exploratior, commodorumque dilectus: atque ita prae ceteris omnibus enituit et praefulsit decori et honesti dignitas; ac, si ei retinendae obtinendaeve incommodum extrinsecus aliquod obstaret, contemtum est. Neque aliud esse vere et sir -liciter bonum nisi honestum, aliud quidquam malum, nisi quod turpe esset, existimatum est. Reliqua omnia, quae in medio forent, ac neque honesta essent neque turpia, neque bona esse neque mala decretum est. Productiones tamen et relationes suis quaeque momentis distinctae divisaeque sunt, quae προηγούμενα καὶ ἀποπροηγούμενα ipsi vocant; propterea voluptas quoque et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque vivendi pertinet,

bat I. G., etsi in reliquis (etiam Guelf.) exstet. — *Consilii*] Guelf. *consilio.* — *Exploratior* etc.] Steph. *subtiliorque exploratio commodorumque del.*; vulg. *exploratior commodorum del.*; partic. *que* exhib. etiam Guelf. Reg. Pet. Lugd. ut. et Linc.; atque *exploratior* annotatum etiam est e Torn. et hab. Guelf. *Exploratior* ad praecedentia refert I. G. et propter codd. consensum retinet. Ceterum *dilectus* pro vulg. *delect.* est in omnibus codd. (Guelf.) v. Scheller sub v. Delect. Otho: *Dilectus* placet, ut eo vocabulo innuat a ratione discerni commoda in partes, qua partim eorum cum honesto convenirent, alia minus. — *Contemtum est*] Guelf. *contemptumque est.* Steph. *contentum est.* — *Est*] Guelf. om. *est*; mox pro *ac* hab. *atque.* — *Relationes*] Steph. l. l. p. 198. volebat: *reiectiones*, s. *remotiones.* Mox Thys. cum Steph. p. 197. ex aliis scriptoribus reponenda dicit: προηγμένα et ἀποπροηγμένα. V. quos laudavit Long. Diog. L. 7, 1, 52. 10. 29. Cic. de Off. 1, 4. de Fin. 3, 5. alios. — *Quae*] Guelf. *quae eo ipsi v.* omissis Grae-

et in mediis relicta, et neque in bonis neque
8 in malis iudicata sunt. Sed enim quoniam his primis sensibus doloris voluptatisque, ante consilii et rationis exortum, recens natus homo imbutus est; et voluptati quidem a natura conciliatus, a dolore autem quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est: idcirco affectiones istas primitus penitusque inditas ratio post addita convellere ab stirpe atque exstinguere vix potest. Pugnat autem cum iis semper: et exsultantis eas opprimit obteritque, et parere sibi atque obedire cogit.
9 Itaque vidistis philosophum, ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi dolorisque exsultantia colluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem, neque, ut plerique dolentes solent, eiulantem atque lamentantem, ac miserum sese et infelicem appellantem, sed acres

cis. Pro *eo* fort. scribae suum *G.* ponendum erat. — *Et*] Guelf. om. *et.*

§. 8. *Quoniam*] Reg. *quod.* — *Imb. est*] Guelf. *imb. non est.* — *Quidem*] Edd. vett. *quidam.* Reg. *quidem a nat.*; unde *a* addidi; infra: ratio a natura data. — *A*] Vulg. *ab.* Guelf. et edd. ante Iunt. *a;* quod restituit Long. V. ad 5, 2, 3. Pet. om. *quodam;* Reg. tantum hab. *gravi quo*, omissis: *dam inimico.* — *Ab stirpe*] Ita codd. Steph. (Specim. Emendd. p. 91.) et Gron. (Reg. Pet. Lugd. ut. Pet. Linc. alii) atque Iunt. Edd. vett. et Gryph. 1542. in marg. *obstirpare;* Guelf. *abstirpare.* Thys. cum Gryph. 1542. *extirpare.* Pro *vix* Guelf. hab. *uis* s. *ius.* — *Et exs.*] *Et* accessit e codd. Gron. omnibus Guelf. et Torn., atque edd. vett.

§. 9. *Ratione*] V. *ratione* om. Guelf. — *Cedentem*] Reg. *edentem*, quod certe ita fuit, nisi quod mox id ipsum dicat et fateatur. *I. G.* Mox *neque* om. Guelf. — *Eiulantem*] Steph. *heiul.* — *Acres*] Reg. *aegros.* —

tantum anhelitus et robustos gemitus edentem, signa atque indicia non victi neque oppressi a dolore, sed vincere eum atque opprimere enitentis. Sed haud scio, inquit, an dicat aliquis, ipsum illud, quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere et pugnare? Quia enim omnia, quae non sunt mala, molestia quoque omni non carent; sed sunt pleraque noxa quidem magna et pernicie privata, quia non sunt turpia; contra naturae tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt, et infesta, per obscuram quandam et necessariam ipsius naturae consequentiam. Haec ergo vir sapiens tolerare et cunctari potest; non admittere omnino in sensum sui non potest; ἀναλγησία enim atque ἀπάθεια non meo tantum, inquit, sed quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque docti viri, improbata abiectaque est. 10

Et rob.] Guelf. *corrob.* pro *et rob.* — *Neque*] Reg. *nec.* Guelf. *atque.*

§. 10. *Molestia*] Guelf. *modestia*; mox: *privataque non s. t.* — *Per obsc.*] Guelf. *et obsc.*; Torn. *per inobscuram.* Edd. ante Iunt. om. vv. *et necess.* — *Cunctari*] Edd. vett. ante Ald. *contari.* Iunt. *coniectari.* 12, 1, 4. v. Fest. sub Percunctari. — *Non* etc.] Edd. vett. praeter Iunt. *non omnino sens. sui amittere pot.* Iunt.: *non omn. sens. s. admitt. potest*; hoc ineptum propter sqq.; illud ferri potest; ordinem vero verborum, utraque lectione permotus, ita mutaverim: *non omnino in s. s. admittere non pot.*; ut mox quoque cum edd. vett. et Guelf. ordinem vv. vulgatum *sicuti Pan.--viri, iudicio improb.* mutavi.— *Ex eadem*] Vv. *ex eadem* omit. codd. nonnulli Gron.; Guelf. om. vv. *ex ead. port.*; hab. Reg., qui postea *abiecta* sine copula *que.* Guelf. om. *est.*

11 Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae locus; cum vero natura cogit, ratio quoque a natura data cogitur. Quaere etiam, si videtur, cur manu alicuius ad oculos suos repente agitata invitus conniveat, cur fulgente coelo a luminis iactu non sua sponte et caput et oculos declinet, cur, tonitru vehementius facto, sensim pavescat, cur sternu[ta]mentis quatiatur, cur aut in ardore solis aestuet, aut in pruinis imma-
12 nibus obrigescat. Haec enim, et pleraque alia, non voluntas, nec consilium nec ratio moderatur, sed naturae necessitatisque decreta sunt.
13 Fortitudo autem non ea est, quae contra naturam, monstri vicem, nititur, ultraque modum eius egreditur, aut stupore animi, aut

§. 11. *Rationi*] Edd. vett. *rationis.* — *Manu al.*] Hic est vv. ordo in Reg. Pet. et Lugd. ut. pro vulg. (Guelf.) *alic. manu.* Deinceps cum Long. restitui *ad* pro *ob*, quod Steph. dedit, nescio qua auctoritate nisus. Nostrum exhib. Guelf. et edd. vett. — *Conniveat*] Guelf. *comudat*, s. *conuidat.* — *Tonitru*] Reg. *tonitruum*; in eodem deest v. *sensim.* Dein edd. vett. et Guelf. *sternutamentis; sternum.* dant cum Steph. omnes codd. Gron. et Ms. Pembroc.; sarmenta et sarpimenta confert I. G. cf. Miscell. Belgg. p. 437 sq. l. supr. (1, 4.) l. — *Ardore*] Pro *ardoribus* scripsi auctoritate Reg. Pet. Mem. Numerus plural. propter vicinos numeros multitudinis ab aliquo effictus mihi videbatur. — *Aut in pr.*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *aut cur in pr.*; displicet *cur* propter antecedentia: *cur aut.*

§. 12. *Enim*] Ita Gron. codd.; Steph. cum Guelf. et edd. vett. *etenim.* Mox edd. ante Iunt. *non cons.* pro *nec cons.*

§. 13. *Vicem*] Edd. vett. et Guelf. *vice.* V. 2, 6, 9.

immanitate, aut quadam misera et necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo Caesaris gladiatorem; qui, cum vulnera eius a medicis exsecabantur, ridere solitus fuit: sed ea vera et proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum et non tolerandarum; per quod appa- 14
ret, esse quaedam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut sustinendis. Cum haec Taurus dixisset, videreturque in 15
eandem rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula, et conscendimus.

CAPUT VI.

De aenigmate.

Quae Graeci dicunt *aenigmata*, hoc ge- 1
nus quidam e nostris veteribus *scirpos* appel-

Exsecabantur] Ita (s. *execab.*) codd. quidam Gron. Guelf. Palat. apud Gebhard. Antiqq. LL. 2, 11. et edd. vett.; *exsiccab.* dedit Steph. Nostrum v. et simplex *secare* plurimum hac in re usum habet. cf. Senec. Epist. 78. De constantia gladiatorum in doloribus perferendis cf. Cic. Tusc. 2, 17. Senec. de Tranq. An. 11.

§. 14. *Abhorreant*] Ed. Rom. *obhorr.* Mox Lambec. verbo *sust.* adscripsit: *impares sint.*

§. 15. *Et*] Guelf. om. *et.*

Cap. VI. *De aenigm.*] Ita Carr. et Steph. Edd. vett. et Guelf.: *Quod Graeci aenigma dicunt, Latini antiqui scirpos* (s. *sirpos*; Alciat. Parerg. 4, 19. *scrupos.* Iunt. *griphos;* in ind. capp. *scirpos*) *appellaverunt.* Haec ex initio cap. repetita videntur.

§. 1. *Scirpos*] Vulg. *sirpos.* Crinit. 9, cap. ult. et Caelius Rhodig. Lectt. Antiqq. 23, 11. *scrupos.* V.

laverunt: quale est, quod nuper invenimus per hercle antiquum perque lepidum, tribus versibus senariis compositum, aenigma: quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. Versus tres hi sunt:

2

Semel minusne, an bis minus, non sat scio:
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.

Fest. h. v. Cum Long. restitui *scirpos*, edd. vett. Steph. et Guelf. secutus. Iunt. hab. *griphos*. — *Perque lep.*] Edd. vett. et Guelf. *perquam lep.* ut Cic. *perquam puerile*. V. Ruddimann. II. p. 305 sq. Vulgatum tamen h. l. propter praecedentia: *per hercle ant.* praefero. Mox Guelf. *vers. senatoriis*; tum: *relinquimus*.

§. 2. *Semel*] Intelligit *Terminum*, qui Iovi, ut ceteri dii, cedere noluit, quum Capitolium exauguraretur. Semel, bis, immo (semel et ter i. e.) *ter minus* noluit tamen Iovi cedere. *Thys.* Barth. Advers. 16, 23.:

Semel minus? Non. Bis minus? Non. Sat scio.
An utrumque? Verum; ut quondam etc. —

Post *minus* Guelf. edd. vett. et Steph. add. *sit*. Codd. Gron. et Iunt. *an bis minus non sit, sat scio*; I. G. *an bis minus, non ita scio*. Ald. dat *satis* pro *sat*; quod restitutum est in Gryph. 1539. aliisque. — *Audivi* etc.] Codd. et edd. vett. *audivi ipsi Dicier Iovi regi*. Cum Ald. nostrum dedit Steph. Iunt. hab.: *dicier Ipsi Iovi r. voluit conc.; voluit* exhib. etiam Brix. et Ven. 1509. *Ipse* pro *ipsi* exstat in Connell. I. G.: Quum Gell. instruat senarios, eosque nominet, inque primo et postremo v. servet in quarto loco iambum, patet esse aliquid in v. secundo molestum, et traiectionem vocis non recte factam. Dum cogito omnia, ita corruptum esse Gell. subodoror, ut vox *quondam* posita sit alieno loco: sed quae illuc invaserit explicationis ergo superposita voci *olim*,

Hoc qui nolet diutius apud sese quaerere, in- 3
veniet quid sit in M. Varronis *De sermone Latino ad Marcellum* libro secundo.

CAPUT VII.

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem veneficii, confitentemque, ad Areopagitas reiecerit.

Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio 1
provinciam Asiam obtinentem, deducta mulier Smyrnaea est. Eadem mulier virum et filium 2
eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat: atque id fecisse se confitebatur, dicebatque, habuisse se faciendi causam, quoniam ille idem maritus et eius filius alterum filium

quae sequebatur in v. tertio: non enim quondam audivit dici, sed audivit dici quondam vel olim noluisse concedere. Hinc colliges ita eam fieri debuisse: „*ut audii ipsi dicier Regi Iovi olim nol. conc.*“ Guelf. *ut quorundam audivi ipsi detiem Iovi regi n. c.*

§. 3. *Nolet*] Iunt. *volet.* Dein pro *sese* edd. vett. praeter Iunt. hab. *se.* In fine eaedem cum Iunt. *sec. libro.*

Cap. VII. *Cn.* etc.] Guelf. *Gn. Dolobella consul.*, et init. cap. *Ad Gn. Dolob. consul. imp.* cf. 4, 16, 8. et Valer. Max. 8, 1. fin. Ammian. Marcel. 25, 2.

§. 1. *Smyrnaea*] Reg. *Smyrne*, ut vel nomen mulieris intellexerit, vel pro *Smyrnae*, quum ibi ageret. Hinc ab aliis *Smyrnaea* facta est ex Valer. Max. *I. G.* Equidem *Smyrnensis* fort. legend. cum Sarisber. De Nug. Cur. 4, 11. qui hanc historiam excerpsit.

§. 2. *Tempore*] Guelf. om. v. *tempore.* — *Vita*] Vox *vita* deest in Reg. Plaut. Trucul. 2, 6, 37.: qui me interfecisti pene vita et lumine. — *Ille* etc.]

mulieris, ex viro priore genitum, adolescentem optimum et innocentissimum, exceptum insidiis, occidissent. Idque ita esse factum, 3 controversia non erat. Dolabella retulit ad 4 consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat; quod et confessum venefĭcium, quo maritus et filius necati forent, non admittendum impunitum videbatur, et digna tamen poena in ho- 5 mines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Areopagitas, ut ad iu- 6 dices graviores exercitatioresque, reiecit. Areopagitae, cognita causa, accusatorem mulieris, et ipsam, quae accusabatur, centesimo anno 7 adesse iusserunt. Sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit;

Edd. vett. et Guelf. *ille idem m.* Credo Steph., ordine mutato, *idem ille* dare voluisse. Mihi lectio edd. vett. et cod. Guelf. restituenda videbatur in locum vulgatae scripturae *idem illi m. et f.* Pronom. *eius* exstat in Guelf.

§. 4. *Et conf.*] Copula in nonnullis edd. recentt. exciderat; restituit I. G.— *Admittendum*] Sciopp.: f. *amitt.* Contulit Otho Plaut. Poen. 1, 2, 191. Bacchid. 3, 2, 11. Terent. Phorm. 1, 2, 91. ubi *amitt.* pro *dimittendo* positum est. Deinceps *impun.* pro *impoen.* scripsi cum edd. vett. Guelf. et codd. Gron. omnibus; in Excerpt. Cod. ap. I. G. annotatur: *impunitatum* Ms. a prima manu. Plerumque tamen in codd. Gellii hanc pronunciationem (*impoen.*) esse, annotavit I. G. — *In*] *In* deest in Reg.; hinc I. G. suspicatus est: *et d. t. p. h. sc. v. ivisset.*

§. 5. *Areopagitas*] De quorum gravitate et auctoritate v. Cicer. ad Att. 1, 14. Suid. sub v. Ἀρεοπαγίτης.

§. 6. *Quae* etc.] Guelf. *quam accusabat cent.* etc.

§. 7. *Veneficium est*] Guelf. *neque venefitium,*

neque nocens damnata punitaque, quae digna venia fuit. Scripta haec historia est in libro 8
Valerii Maximi *Factorum et dictorum memorabilium* nono.

CAPUT VIII.

Reditiones in gratiam nobilium virorum, memoratu dignae.

P. Africanus superior et Tib. Gracchus, 1
Tib. et C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine, et honorum atque vitae dignitate illustres viri, dissenserunt saepenumero de republica; et ea, sive qua alia re, non amici fuerunt. Ea simultas cum diu mansisset, et 2

omisso v. *est.* — *Venia*] Nequaquam.— Neque enim mulieris erat privatam vindictam sumere. *Thys.* Alia igitur Dolabellae, et Areopagitarum mens atque etiam Valerii Maximi, iusto dolore impulsam dicentis; alia nostri temporis. *I. G.*

§. 8. *Maximi*] *Max.* deest in cod. quodam Thys. — *Nono*] Ita Iunt. cum Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Linc. et Torn.; Thuan. *nove.* Vulg. *octavo*, quod videtur retinere Scheff. I. G.: Potuit Gell. memoriter citans aberravisse." Certe etiam Sarisber. l. l. nostrum numerum ante oculos habuit: Nonus liber memorabil. dictor. vel fact. Val. Maximi docet. Antea Guelf. et edd. ante Iunt.: *factor. dictorumque mem.*

Cap. VIII. §. 1. *Et*] Copulam restitui ex Guelf. edd. vett. et Steph. Nescio quamobrem omiserint editt. recentt. — *Et* etc.] Guelf. *et eiusdem sicut qm* (quam) *alia re* etc.

§. 2. *Mansisset*] Reg. et Lugd. min. *mansissent.* Lugd. mai. *duunasset;* hinc Gron. pat. *diurnasset.* Dein v. *epulum* restitui ex vett. codd. Gron. Guelf. et Torn.; et vett. edd. hab., sed post *Iovi;* eiecit

sollemni die epulum Iovi libaretur, atque ob id sacrificium senatus in Capitolio epularetur, fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi 3 iunctim locarentur. Tum, quasi diis immortalibus arbitris in convivio Iovis optimi maximi dexteras eorum conducentibus, repente amicissimi facti: neque solum amicitia incepta, 4 sed affinitas simul instituta. Nam P. Scipio filiam virginem habens iamiam viro maturam, ibi tunc eodem in loco despondit eam Tib. Graccho; quem probaverat elegeratque exploratissimo iudicii tempore, dum inimicus est. 5 Aemilius quoque Lepidus et Fulvius Flaccus, nobili genere, amplissimisque honoribus et summo loco in civitate praediti, odio inter sese gravi et simultate diutina conflictati sunt. 6 Postea populus eos simul censores facit. Atque illi, ubi voce praeconis renuntiati sunt,

Steph. Epulum quidem statim declaratur; sed senatus, non Iovis. Dapes diis libare est apud Liv. 39, 43. et Iovis epulum fuit, 25, 2. extr. cf. 27, 36. Valer. M. 2, 1. Pro *libar.* Guelf. hab. *liberaretur.* De narratione cf. Liv. 38, 57. Valer. Max. 4, 2, 3. Plutarch. in Gracch. init. — *Fors*] Edd. ante Iunt. *sors.* — *Iunctim*] Guelf. *iunctum* s. *uinctum.*

§. 3. *Conducentibus*] Guelf. *aducentib.*

§. 4. *Iamiam*] Alterutrum *iam* accessit e Linc.; non hab. Guelf., qui deinceps *marituram* pro *matur.* Linc. mox *explorant.* dat; Otho: Hoc unice verum esse arbitror, quo significat tempus inimicitiae maxime explorare potuisse mores atque ingenium Gracchi, an is dignus esset, quem generum adoptaret Scipio. namque per id tempus nihil valebat gratia, prae qua saepe homines in iudicando caeci sunt.

§. 5. *Sese*] Edd. ante Iunt. *se.* — *Conflictati*] Guelf. *afflict.*

§. 6. *Ubi*] Linc. om. *ubi*; hinc *sunt* etiam delend. putabat I. G. Tum ex eodem annotatum: *ul-*

ibidem in campo statim, nondum dimissa contione, ultro uterque et pari voluntate coniuncti complexique sunt: exque eo die et in ipsa censura et postea iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt.

CAPUT IX.

Quae dicantur *vocabula ancipitia*, et quod *honoris* quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

Est plurifariam videre atque animadvertere 1
in veteribus scriptis pleraque vocabula, quae nunc in sermonibus vulgi unam certamque rem demonstrent, ita fuisse media et incommunia, ut significare et capere possent duas inter sese res contrarias: ex quibus quaedam satis nota sunt, ut *tempestas*, *valetudo*, *faci-*

tro citroque; e Reg. *ultro utraque*. Guelf. hab. *citroque uterque* sine *ultro*. De re cf. Liv. 40, 45. Valer. M. 4, 2, 1. Cic. de Prov. Cons. 9. — *Dimissa*] Guelf. *missa*. — *Amicissimeque*] Fuit qui legeret *amplissimeque*, contra libb. omnes. cf. Frieseman. Collectan. Crit. p. 185. ed. Amstel.

Cap. IX. §. 1. *Incommunia*] Vulg. *communia*; Reg. Mem. Lugd. min. Pet. Linc. Guelf. *incomm.* Lugd. mai.: *in communi aut sign.*; hinc Gron. pat.: in communi ut sign. (ut exstat in edd. ante Iunt.). Satis commode, inquit I. G., nisi lectio ipsa nos doceret infinitas fuisse voces, cui eam voculam (*in*) praefixerint, quarum vix ratio nobis constat. Immo similia Gellio placuissent, partim olim restituta illi, partim ex his collationibus. Ego certe nihil pecco dum edo quod exstat in Mss. Hactenus I. G. Nisi igitur probare volueris *incommunia* i. e. *communia*; s. edd. vett. *in cómmuni*, aliud quid lateat necesse est. — *Sese*] Ita edd. vett. pro *se*. — *Ex* etc.] Guelf. *ex quibusdam sat.* — *Tempestas*] Temp. pro procel-

2 *nus, dolus, gratia, industria.* Haec enim fere iam vulgatum est ancipitia esse, et utroqueversus dici posse. *Periculum* etiam, et *venenum*, et *contagium*, non, uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum 3 exemplorum huiusmodi reperias. Sed *honorem* quoque mediam vocem fuisse, et ita appellatum, ut etiam *malus honos* diceretur, et significaret *iniuriam*, id profecto rarissimum 4 est. Quintus autem Metellus Numidicus in oratione, quam *De Triumpho suo* dixit, his verbis usus est: *Qua in re quanto universi me unum antistatis, tanto vobis quam mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit, Quirites: et quanto probi iniuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt, tanto ille vobis quam mihi peiorem honorem habuit: nam me iniuriam ferre, vos facere vult, Quirites: ut hic conquestio, istic vituperatio re-* 5 *linquatur. Honorem*, inquit, *peiorem vobis habuit, quam mihi:* cuius verbi sententia est,

la sumitur et pro sereno tempore. *Thys.* De *dolo* v. Fest.

§. 2. *Tantum*] Steph. *tandem.* Mox *eiusm.* pro *huiusm.* est in edd. vett.; Guelf. hab. *huiuscemodi.* v. 2, 6, 9.

§. 3. *Malus*] Comparant Eurip. *αισχρὸν κλέος, κάλλιστον δνειδος.* Muret. VV. LL. 6, 18. ubi etiam nonnulla de loquendi genere, quod postea sequitur in Metelli vv. *contum. facere.* cf. Gron. Obss. 3, 8. Statim v. *iniuriam* om. Guelf.

§. 4. *Mihi*] Edd. vett. *gratiam* (Iunt. *gratia*) *mihi;* invitis codd. Gron. et Guelf. Contra postea iidem codd. et Torn. atque edd. exhib. *quam gratiam mihi;* utroque loco v. *gratiam* recepit Long. Pro *peiorem* Guelf. hab. *priorem.* — *Istic vitup.*] Guelf. *hic sit vit.*

quam ipse quoque supra dicit: *maiore vos affecit iniuria et contumelia quam me.* Praeter huius autem verbi notionem adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Q. Metelli existimavi, ut definiremus Socratis esse decretum: *Κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.* 6

CAPUT X.

Quod *aeditimus* verbum Latinum sit.

Aeditimus verbum Latinum est et vetus, ea forma dictum, qua *finitimus* et *legitimus:* [sed] pro eo a pleris[que] nunc *aedituus* dicitur nova et commenticia usurpatione, quasi a tuendis aedibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse, propter agrestes quosdam et indomitos certatores, qui nisi 1 2 3

§. 6. *Q.*] Guelf. om. *Q.* — *Socratis*] Plat. Gorg. 43. p. 157. Findeis.: Οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φύσει. Add. s. 63. fin. p. 208. Pro *τοὐ ἀδ.* vulg. *ἢ τὸ ἀδικ.*; nostrum dedi ex edd. vett.

Cap. X. *Aeditimus*] Steph. et Guelf. *aeditumus.* Dein edd. ante Iunt. hab. *fuit* pro *sit.* Post *sit* Guelf. a secunda hab. haec: *et an edituus l'* (vel) *aeditumus.*

§. 2. *Sed*] *Sed* deest in Reg. et verbi *dicitur* literae sunt erasae, cuius spatii principio sunt inscriptae literae *ea* .... I. G.: Si tollas voc. utrumque, perinde integram habebis sententiam, accommodata in sqq. distinctione. *Sed* uncis seiunxi. De voc. *aedit.* v. ad 7, 1, 6. — *A plerisque*] Guelf. *pleris* sine *que* et omissa praeposit. *a.* cf. 3, 1, 9. Deinceps idem *nunc editimus dic. et com.* omisso v. *novo.*

§. 3. *Propter*] Steph. *praeter*, contra codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett. *Praeter* tamen praeferebat Otho. — *Nisi*] Guelf. *non* pro *nisi.*

4 auctoritatibus adhibitis non comprimuntur. M. Varro in libro secundo *Ad Marcellum de Latino sermone aeditumum* dici oportere censet, magis quam *aedituum;* quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine
5 incorruptum. Livius quoque, ut opinor, in *Protesilaodamia claustritumum* dixit, qui claustris ianuae praeesset; eadem scilicet figura, qua *aeditumum* dici videbat, qui aedibus prae-
6 est. In Verrem M. Tullii in exemplaribus fidelissimis ita inveni scriptum: *Aeditumi custodesque mature sentiunt;* in libris autem
7 hoc vulgariis *aeditui* scriptum est. Pomponii

§. 4. *In libro secundo*] Guelf. *in secundo libro.* — *Aeditumum*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *aeditimum*; et sic in sqq. — *Sit*] Guelf. om. v. *sit.*

§. 5. *Livius*] Guelf. et edd. vett. *Levinius;* Iunt. *Levius.* Ald. *Livius*, quod exhib. etiam Reg. cum aliis; idque recepi cum Long. *Laevius* Lugd. ut. Pet. et codd. Ursin. cf. Reines. VV. LL. 3, 2. et Priscian. ubi Gron. cod.: Nevius in protesilao. Laudamia complexa somno corpora operiuntur. In Prisc. tamen (6, 11. p. 255.) Krehl. ex codd. edidit: Laevius (s. Naevius) in Protesilaudamia. Complexa etc. Apud eundem (9, 9. p. 464.) laudatur Laevius in Protesilao; et (10, 1. p. 474.), Laevius in Laudamia. V. Osann. Analect. Crit. p. 54. Both. in fragmentis Livii Andronici Poët. Scenic. Lat. V. 5. p. 13. conjicere videtur legendum mox esse: *Protesilao seu Laodamia.* Edd. ante Iunt. *Protesilaodomia, claustritimum.* Guelf. *prothesilao danna claustrimium.* — *Quoque*] Guelf. om. *quoque.* — *Claustris*] Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. Iunt. *claustri.* Mox *qua* om. Guelf., tum pro *videb.* hab. *iubebat.*

§. 6. *Tullii*] In Verr. 4, 44. — *Vulgariis*] Iunt. *vulgatis*, contra codd. Praecedens *hoc* om. edd. vett. praeter Iunt.

§. 7. *Inscripta*] Guelf. *scripta*, suprascripta li-

fabula Attellana est, quae ita inscripta est: *Aeditumus*, in qua hic versus est:

Qui postquam tibi appareo atque aeditumor in templo tuo.

Titus autem Lucretius in carmine suo pro *aedituis aedituentes* appellat: 8

[— — — — — Onerataque passim
Cuncta cadaveribus coelestum templa manebant;
Hospitibus loca, quae complerant aedituentes].

CAPUT XI.

Errare istos, qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla sit: et super ea re Peregrini philosophi sermo ex Sophocli poëtae sententia.

Philosophum nomine Peregrinum, cui postea cognomentum *Proteus* factum est, virum gravem atque constantem vidimus, cum Athenis essemus, diversantem in quodam tugurio extra urbem. Cumque ad eum frequenter 1

tera *i*, quae *in* significat. — *Aeditumor*] Non. sub v. Aedituo: *aedituor*. Guelf. *editumo*.

§. 8. *Lucretius*] 6, 1237. Ex vett. edd. addidi versus Lucretii, vulg. omissos. Possint tamen a seriori manu adiuncti videri, quoniam in codd. deesse videntur; certe desunt in Guelf.

Cap. XI. *Ex*] Reg. et Guelf. *et*. Deinceps edd. vett. et Guelf. *Sophoclis*, et §. 6. In ind. capp. vv. *perpetua--sermo ex* om. edd. ante Ven. 1509. (Rom. Ven. 1472. Brix. Bonon.).

§. 1. *Proteus*] Reg. et Guelf. *Protheus*; Scheff. *Proteo*. — *Diversantem*] Steph. *devers.*; nostrum ex-

ventitaremus, multa hercle dicere eum utiliter et honeste audivimus; in quibus id fuit, quod
2 praecipuum auditum meminimus. Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiamsi peccasse eum dii atque homines ignoro-
3 raturi forent. Non enim poenae aut infamiae metu non esse peccandum censebat, sed iusti
4 honestique studio et officio. Si qui tamen non essent tali vel ingenio vel disciplina praediti, uti se vi sua ac sua sponte facile a peccando tenerent, eos omnis tunc peccare proclivius existimabat, cum latere posse id peccatum putarent, impunitatemque ex ea latebra spera-
5 rent. At si sciant, inquit, homines, nihil omnium rerum diutius posse celari, repressius
6 pudentiusque peccabitur. Propterea versus istos Sophocli, prudentissimi poëtarum, in ore esse habendos dicebat:

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν

hib. edd. vett. et cod. Torn.; Guelf. *diversitatem.* V. 1, 9, 8.— *Honeste*] Reg. *honesta.*— *Auditum*] Edd. vett. et Long. cum Guelf. *auditu;* contra Mss. Gron.

§. 2. *Eum*] Cod. Torn. pro *eum* dat *etiam.* De re cf. Barth. Advers. 35, 7. — *Forent*] Ms. Thys. *essent.* Reg. *ignoturi for.* Ald. *raturi f.* I. G.: ne cod. Reg. scripturam prorsus negligas, evincet *ignotus* Plauti, quem saepe adhibet Gell.

§. 3. *Censèbat*] V. *cens.* additum est e Iunt. Ald. Reg. Lugd. mai. et Torn. In nonnullis libb. vv. *etiamsi--censebat* omissa erant. Guelf. om. tantum vv. *Non--censebat.*

§. 4. *Vel*] *Vel* om. Steph. invitis codd. omnibus; mox *sua* ante *sponte* addidi e Reg.

§. 5. *Repressius*] Ita codd. Gron. Torn. et Sciopp. *repressimus* Guelf. Edd. vett et Steph. *suppressius.* Deinceps Guelf. *prudent.*

§. 6. 'O etc.] Edd. vett. atque Steph.; ἅπανθ' ὁρ.

Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Alius quidam veterum poëtarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit. 7

CAPUT XII.

Faceta responsio M. Ciceronis, amolientis a se crimen manifesti mendacii.

Haec quoque disciplina rhetorica est, callide et cum astu res criminosas citra periculum confiteri; ut si obiectum sit turpe aliquid, quod negari non queat, responsione ioculari eludas, et rem facias risu magis dignam, quam crimine. Sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cum id, quod infitiari non poterat, urbano facetoque dicto diluit. Nam 2 cum emere vellet in Palatio domum, et pecuniam in praesens non haberet, a P. Sulla, qui tum reus erat, mutua sestertium viciens tacite accepit. Ea res tamen, priusquam eme- 3

§. 7. *Temporis*] Guelf. *tempore*. Thales ap. Diogen. L. 1, 35. ὁ χρόνος σοφώτατον ἁπάντων· ἀνευρίσκει γὰρ πάντα. cf. Soph. Oed. T. 614.

Cap. XII. §. 1. *Res*] V. Sciopp. Verisim. 4, 4.

§. 2. *Mutua*] Sic scripsi pro *mutuum*, secutus Iunt. Lugd. ut. et Guelf., in quibus est: *mutua sest. vicies* (*viciens*) *tacita* (Guelf. *tacite*). Al. *mutuo*. Reg. *mutuasse s. viciens tacita*. Schëff. *mutuasse sextertium vicens tacite*. Steph. *mutua sestertia viciens*. Edd. vett. *mutua sextertium vicies*. Ald. *mutua HS. vicies*. Ioan. Sarisber. De Nug. Curial. 5, 15.: *mutuo sestertium vicies tacite acc.* cf. Gron. de Pec. Vet. 3, 1.

§. 3. *Emeret*] Sarisb. *emeretur*. —

ret, prodita est, et in vulgus exivit; obiectumque ei est, quod pecuniam, domus emen-
4 dae causa, a reo accepisset. Tum Cicero, inopinata opprobratione permotus, accepisse se negavit, ac domum quoque se emturum negavit: atque adeo, inquit, verum sit, accepisse me pecuniam, si domum emero. Sed cum postea emisset, et hoc mendacium in senatu ei ab inimicis obiiceretur, risit satis; atque inter ridendum: *Ἀκοινονόητοι*, inquit, *homines estis, cum ignoratis, prudentis et cauti patrisfamilias esse, quod emere velit, emturum sese negare, propter competitores emtionis.*

CAPUT XIII.

Intra Kalendas cum dicitur, quid significet, utrum *ante Kalendas*, an *Kalendis*, an utrumque: atque inibi, quid sit in oratione M. Tullii *intra Oceanum*, et *intra montem Taurum*, et in quadam epistola *intra modum.*

1 Cum Romae a consulibus iudex extra ordinem datus pronuntiare intra Kalendas iussus

Est] Edd. ante Iunt. om. v. *est.*

§. 4. *Ac* etc.] Vv. *ac d. -- negavit* om. Steph.; restituta sunt ex edd. vett. et codd. Torn. Guelf.; Sarisb. *dicens, se dom. non esse empturum.* — *Ἀκοινονόητοι*] V. Schneid. Lex. Graec. sub h. v. Edd. vett. *ἀκοινώνητοι, i. e. inciviles, inconciliati.* Steph. Specim. Emendd. p. 167. *ἀνοικονόμητοι*, oeconomiae imperiti. Triller. ap. Falster. p. 284. *ἄγαν ἀνόητοι.* Falster. comparat Cic. ad Att. 6, 1. et 3. Sarisb. pro v. Graeco hab. *imprudentes.* — *Emturum* etc.] Sarisb. *se emturum esse neg.*

Cap. XIII. *Tullii*] Guelf. *Ciceronis* pro *Tullii.*

§. 1. *Kalendas*] Guelf. omissa praeposit. *intra*

essem, Sulpicium Apollinarem doctum hominem percontatus sum, an his verbis: *intra Kalendas*, ipsae quoque Kalendae tenerentur: dixique ei, me videlicet datum [iudicem], Kalendasque mihi prodictas, ut intra eum diem pronuntiarem. Cur, inquit, hoc me potius 2
rogas, quam ex istis aliquem peritis studiosisque iuris, quos adhibere in consilium iudicaturi soletis? Tum illi ita ego respondi: Si 3
aut de vetere, inquam, iure, aut recepto, aut controverso et ambiguo, aut novo et constituto discendum esset, issem plane sciscitatum ad istos, quos dicis: sed cum verborum Lati- 4
norum sententia, usus, ratio exploranda sit, scaevus profecto et caecus animi forem, si, cum haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad te. Audi igitur, inquit, de ratione 5
verbi quid existimem; sed eo tamen pacto, ut

hab. *Kal'.* — *Sulpic. Apoll.*] Ita Reg. et Torn. cf. infr. §. 19. et 4, 17. Vulg. ordine immutato: *Apoll. Sulpic.* — *Tenerentur*] I. e. *continerentur.* — *Datum*] Post *dat.* Guelf. Scheff. et edd. vett. add. *iudicem*; delevit Steph. Deinceps edd. vett. praeter Iunt. *productas* pro *prodict.* v. Steph. Specim. Emendd. p. 120. Gifan. Obss. sub v. Prodicere pro praedicere.

§. 2. *Hoc*] Edd. ante Iunt. om. *hoc.* — *Iuris*] *Viris* est in edd. vett. tueturque Barth. Advers. 15, 18. Bonos enim et peritos viros in consilium sumtos, etiam nec iuris studiosos. Deinceps Reg. *quod* pro *quos.*

§. 3. *Ita ego resp.*] Ita Guelf. et edd. vett. pro: *ego ita resp.* — *Et* etc.] Edd. vett. praeter Iunt. *aut amb. -- aut const.* Guelf. *aut amb. -- et const.* — *Sciscitatum*] Al. *scitatum*; tum Torn. *ab istis* pro *ad istos.*

§. 4. *Scaevus*] Al. (Ald.) *saev.* Gryph. *laevus.* Correxit Turneb. Adv. 30, 36. Guelf. *staenus* (*scaevus*).

id facias, non quod ego de proprietate [vocis] disseruero, sed quod in ea re omnium pluriumve consensu observari cognoveris: non enim verborum tantum communium verae atque propriae significationes longiore usu mutantur; sed legum quoque ipsarum iussa con-
6 sensu tacito obliterantur. Tum deinde disseruit, me et plerisque aliis audientibus, in hunc ferme modum: Cum dies, inquit, ita praefinita est, ut iudex intra Kalendas pronuntiet, occupavit iam haec omnes opinio, non esse dubium, quin ante Kalendas iure pronuntietur: et id tantum ambigi video, quod tu quaeris, an Kalendis quoque iure pronuntie-
7 tur. Ipsum autem verbum sic procul dubio natum est, atque ita sese habet; ut, cum dicitur *intra Kalendas*, non alius accipi dies debeat, quam solae Kalendae. Nam tres istae voces: *intra*, *citra*, *ultra*, quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud veteres syllabis appellabantur, *in*, *cis*, *uls*.
8 Hae deinde particulae quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba: et quod dicebatur *cis Tiberim*, et *uls Tiberim*, dici coeptum est *citra Tiberim*, et *ultra Tiberim*:

§. 5. *Vocis*] Edd. vett. et Guelf. om. v. *vocis*. Intelligi potest ex antecedd. *verbi*. — *Consensu*] Guelf. *consensum*. — *Mutantur*] Reg. *vitantur*.

§. 6. *Omnes*] Steph. *omnis*. — *Ambigi*] Guelf. *ambigui*; mox edd. ante Iunt. *quaeras*.

§. 8. *Hae*] Edd. ante Iunt. *eae*. — *Promebantur*] Thys. et ed. a. 1644. *premeb.*, ex errore typor. fort. — *Et uls Tib.*] Guelf. om. vv. *et uls Tib.* — *Quod*] Reg. *quae*, sc. particula. Nihil obstare seq. *factum est* annotat I. G.

item, quod erat *in*, accedente eadem syllaba, *intra* factum est. Sunt ergo haec omnia quasi 9
contermina iunctis inter se finibus cohaerentia: *intra oppidum*, *ultra oppidum*, *citra oppidum*; ex quibus *intra*, sicuti dixi, *in* significat. Nam qui dicit *intra oppidum*, *intra cubiculum*, *intra ferias*, non dicit aliud, quam *in oppido*, *in cubiculo*, *in feriis*. *Intra Kalendas* igitur non *ante Kalendas* est, sed *in Kalendis*, id est, eo ipso die, quo Kalendae sunt. Itaque secundum verbi ipsius rationem qui iussus est *intra Kalendas* pronuntiare, nisi Kalendis pronuntiet, contra iussum vocis facit. Nam, si ante id fiat, non *intra* pronuntiat, sed *citra*. Nescio quo autem pacto recepta vulgo interpretatio est absurdissima, ut *intra Kalendas* significare videatur etiam *citra Kalendas* vel *ante Kalendas*: nihil enim ferme interest. Atque insuper dubitatur, an *ante Kalendas* quoque pronuntiari possit: quando neque ultra neque citra, sed, quod inter haec medium est, *intra Kalendas*, id est, *Kalendis* pronuntiandum sit. Sed nimirum consuetudo

§. 9. *Sicuti*] Guelf. *sicut*; at *sicuti dixi* solet dicere Gell. v. 1, 3, 10. 10, 22, 24. 11, 13, 3.

§. 10. *In cub.*] Guelf. *quam in cub.*; repetitio particulae *quam* admodum placet. Fortasse etiam *quam in fer.* scrib.

§. 11. *Est*] Edd. ante Iunt. et Guelf. om. v. *est*. Excerpsit haec Non. sub v. *Intra*.

§. 13. *Pronuntiat*] Guelf. *id pron.*

§. 14. *Nescio* etc.] Edd. vett. et Guelf. *Nescio autem quo p.* — *Vel* etc.] Iidem libri *et vel ante C.*

§. 15. *Ante Kal.*] Edd. vett. pro *ante Kal.* hab. *Kalendis*. Voc. *quoque* om. cum Guelf. edd. ante Iunt. — *Sed*] Guelf. om. *sed*.

vicit: quae cum omnium domina rerum, tum
17 maxime verborum est. Ea omnia cum Apollinaris scite perquam atque enucleate disputavisset, tum ego haec dixi: Cordi, inquam, mihi fuit, priusquam ad te irem, quaerere explorareque, quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint; atque invenimus Tullium in tertia in Verrem scripsisse isto modo: *Locus intra oceanum iam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.* *Intra oceanum* dicit, contra rationem
18 tuam; non enim vult, opinor, dicere *in oceano;* terras enim demonstrat omnis, quae oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus adiri potest, quae sunt *citra oceanum*, non *in oceano.* Neque enim videri potest insulas significare nescio quas, quae penitus esse intra
19 aequora ipsa oceani dicuntur. Tunc Sulpicius Apollinaris renidens: Non mehercule inargute, inquit, nec incallide opposuisti hoc Tullianum: sed Cicero *intra oceanum*, non, ut tu inter-
20 pretare, *citra oceanum* dixit. Quid enim pot-

§. 17. *Scripsisse* etc.] Ita Reg.; Lugd. mai. *scripsis istōc m locus.* Vulg. *scripsisse: Est autem modo locus*, omisso mox verbo *est*, et interposito *ita* ante *invenimus.* Verb. *est* post *nullus* hab. tamen Iunt. Ald. et Guelf.; hic liber pro *iam* hab. *tam.* Gron. pat. adscripserat: Est autem huiusmodi: *Locus intra oc.* cap. 89.

§. 18. *Terras* etc.] Guelf. om. vv. *terras--oceano.* — *Citra*] Guelf. *circa*; mox *videre.*

§. 19. *Non* etc.] Edd. ante Iunt. *non nimis hercule inarg.* Guelf. *non me hercl'e* (hercule); unde *mehercule* scribend. putavi pro *mehercle.* V. ad 5, 11, 13.

est dici *citra oceanum* esse, cum undique oceanus circumscribat omnis terras et ambiat? Nam *citra* quod est, id *extra* est; quî autem potest *intra* esse dici, quod *extra* est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus foret, tum quae terra ad eam partem foret, *citra oceanum* esse dici posset, vel *ante oceanum*: cum vero omnis terras omnifariam et undiqueversum circumfluat, nihil citra eum est: sed, undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio eius sunt omnia, quae intra oras eius inclusa sunt. Sicuti hercle sol non citra coelum vertitur, sed in coelo et intra coelum. Haec tunc Apollinaris scite acuteque dicere visus est. Sed postea in libro M. Tul- 21
lii epistolarum ad Ser. Sulpicium sic dictum esse invenimus *intra modum*, ut *intra Kalendas* dicunt, qui dicere *citra Kalendas* volunt. Verba haec Ciceronis sunt, quae appo- 22
sui: *Sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rem publicam non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum, ut et illius voluntati et meis studiis*

§. 20. *Tum* etc.] Vv. *tum quae--foret* ex Reg. et Lugd. adiunxit I. G., sine quibus quum sententia non sit integra. — *Posset*] Guelf. *potest.* — *Intra* etc.] Guelf. *in terra coel. Hoc tunc Ap.*

§. 21. *Sic dictum*] Lugd. ut. *sicut dict.*; in Lugd. mai. *ut* erasum est. Reg. post dict. add. *est*; inde I. G. *sicut dictum est, esse inv.*

§. 22. *Ciceronis*] V. Epist. ad Div. 4, 4. — *Offensionem*] Guelf. edd. vett. et Steph. *occasionem*, et mox (etiam Guelf.) pro *publicam* exhibent *imperite*, cf. I. Fr. Gronov. Obss. 1, 10. fin. Gryph. 1542. in marg. exhib. *offensionem* et *hanc rempubl.*, ut apud Cic. legitur.

23 *serviam. Modice* dixerat *hoc faciam*, id est,
24 cum modo aequo et pari; deinde, quasi hoc displiceret, et corrigere id vellet, addit: *aut etiam intra modum;* per quod minus sese ostendit id facturum esse, quam quod fieri modice videretur: id est, non ad ipsum mo-
25 dum, sed retro paululum et citra modum. In oratione etiam, quam pro P. Sestio scripsit, *intra montem Taurum* sic dicit, ut non significet *in monte Tauro*, sed *usque ad mon-*
26 *tem Taurum cum ipso monte.* Verba sunt haec ipsius M. Tullii, ex ea, qua dixi, oratione: *Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt: Asiam, qua illum mulctarunt, Attalo, ut is in ea regnaret, condonarunt.*
27 *Intra montem*, inquit, *Taurum regnare iusserunt;* quod non perinde est, ut *intra cubiculum* dicimus: nisi videri potest id esse *intra montem*, quod est *intra regiones*, quae Tau-
28 ri montis obiectu separantur. Nam, sicuti, qui *intra cubiculum* est, is non in cubiculi parietibus, sed intra parietes est, quibus cubi-

§. 23. *Dixerat*] V. *dix.* om. Reg. et Pet. Vv. *hoc fac.* adiunxi ex edd. vett.; Guelf. tantum hab. *hoc.*

§. 24. *Addit*] Hoc v. om. nonnullae edd. recentt., hab. codd. Gron. Guelf. et Steph.; *addidit* est in edd. vett. — *Sese*] Cod. Torn. et Guelf. *saepe* dant pro *sese.* Ordinem vv. vulgatum: *per q. ost. minus sese id f.* mutavi cum edd. vett. Etiam Guelf. nostrum ordinem probat, *minus sepe ost. id f. esse.*

§. 26. *Qua*] *Qua* pro *quam* scripsi cum Lugd. mai. et Sciopp. cf. 1, 3, 21. Ruddimann. II. p. 26. a 11, 18, 22. Lugd. min. hab.: *q.* Al. *quae.* V. Or. pro Sest. c. 27. — *Mulctarunt*] Guelf. *mulctaverunt.*

culum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt: ita, qui regnat intra montem Taurum, non solum in monte Tauro regnat, sed in iis etiam regionibus, quae Tauro monte clauduntur. Num igitur secundum 29
istam verborum M. Tullii similitudinem, qui iubetur *intra Kalendas* pronuntiare, is et *ante Kalendas* et *ipsis Kalendis* iure pronuntiare potest? Neque id fit quasi privilegio quodam inscitae consuetudinis, sed certa rationis observatione: quoniam omne tempus, quod Kalendarum die includitur, *intra Kalendas* esse recte dicitur.

CAPUT XIV.

Saltem **particula quam vim habeat, et quam originem.**

Saltem particula quam haberet princi- 1
p[al]em significationem, quaeque vocis istius origo esset, quaerebamus. Ita enim primitus 2

§. 29. *Num igitur*] Edd. ante Iunt. *Nunc igit.*, omisso postea interrogationis signo. — *Is et ante*] Guelf. *is autem et.* Idem postea pro *Neque* hab. *in.* . . . . — *Inscitae*] Ed. Bip. cum edd. ante Iunt. *inscitae*, quod restitui in locum vulgati *insitae*; propter ea quae opposita sunt: *certa rat. observ.* Confirmat nostrum etiam cod. Palat. ap. Gebhard. Antiqq. LL. 2, 18. et Guelf., qui liber mox hab. *cetera rationis* omisso v. *observ.* — *Quoniam*] Sciopp. *q̃m. v. c.* Edd. vett. *cum s. quum.* Nostrum Guelf.

Cap. XIV. §. 1. *Saltem*] Gulielm. Verisimil. 1, 10. legit *Saltim.* Cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 16. *Saltim* scribitur in Not. Tiron. v. Kopp. Palaeogr. I. p. 349. — *Principalem*] Edd. vett. et Guelf. *principalem*; quo v. saepe utitur Gell. cf. Quintil. 9, 1. Steph. edidit *principem*, confirmantibus Gron. codd.

factam esse apparet, ut non videatur, sicuti quaedam supplementa orationis, temere et in-
3 condite assumta. Atque erat, qui diceret, legisse [se] in grammaticis commentariis P. Nigidii, *saltem* ex eo dictum, quod esset *si aliter:* idque ipsum dici solitum per defectionem; nam plenam esse sententiam: *si aliter*
4 *non potest.* Sed id nos in eisdem commentariis P. Nigidii, cum eos non, opinor, incu-
5 riose legissemus, nusquam invenimus. Videntur autem verba ista: *si aliter non potest* a significatione quidem voculae huius, de qua quaerimus, non abhorrere. Sed tot verba tamen in paucissimas literas cludere, improbae
6 cuiusdam subtilitatis est. Fuit etiam, qui diceret, homo in libris atque in literis assiduus, *saltem* sibi dictum videri, *u* media litera extrita; *salutem* enim ante dictum, quod nos *saltem* diceremus. Nam cum alia quaedam petita et non impetrata sunt, tum solemus,

§. 2. *Non*] Edd. vett. ante Iunt. *quae* pro *non*. Mox eaedem *assumptae*. Guelf. *assumpte* (assumptae).

§. 3. *Se*] Pronom. om. Reg. et Lugd. min. V. 7, 18, 10. — *Esset*] Guelf. *est*; mox pro *idque* hab. *id quod*.

§. 4. *P.*] Praenom. accessit e Reg. *Nigidiis* dat Scheff.

§. 5. *Abhorrere*] Hoc dedi cum Guelf. codd. Gron., Torn. Ms. Pembroc. edd. vett. atque Long. Vulg. *aberrare*, quod retinet Lugd. min. cf. 4, 15, 6. 10, 4, 4. 17, 13, 3. — *Cludere*] Gryph. 1542. *includere*. Guelf. *eludere*.

§. 6. *In*] *In* om. Gryph. et Steph.; repetitur in Guelf. Reg. Pet. Scheff. Torn. et edd. vett. V. 2, 22, 8. — *Media* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *litera media extr.* Deinceps Torn. *trita*. Guelf. *extracta*. cf. Voss. Etymol. et Pric. ad Appul. Miles. 5. p. 267. — *Tum*] Guelf. *tunc*. cf. Tursellin. de

inquit, quasi extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat, dicere: *hoc saltem fieri aut dari oportere:* tanquam salutem postremo petentes, quam impetrari certe et obtineri sit aequissimum. Sed hoc itidem non 7
illepide quidem fictum, nimis tamen esse videtur commenticium: censuimus igitur amplius quaerendum.

CAPUT XV.

Quod Sisenna in libris historiarum adverbiis huiuscemodi saepenumero usus est: *celatim, vellicatim, saltuatim.*

Cum lectitaremus historiam Sisennae as- 1
sidue, huiuscemodi figurae adverbia in oratione eius animadvertimus, cuimodi sunt haec: *cursim, properatim, celatim, vellicatim, saltuatim;* ex quibus duo prima, quia sunt no- 2
tiora, exemplis non indigebant; reliqua in *Historiarum* sexto sic scripta sunt: *Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos dis-*

Partic. p. 879. Zumpt. Gramm. lat. p. 225 sq. — *Impetrari*] Edd. vett. ante Steph. *et impetr.* Nostrum confirmant codd. Deinceps Guelf. *optinere.*

§. 7. *Itidem*] Guelf. om. v. *itidem*; tum hab. *comentium* et pro *igitur* dat *quidem.*

Cap. XV. *Adverbiis*] Edd. ante Iunt. *adverbii;* mox *velitatim*, ut hab. etiam in cap. pro *vellicat.* Gryph. 1542. in marg. *vellicatim.* Guelf. *vellitatim,* in cap. ipso *velitat.* Idem antea *"numero "saepe.*

§. 1. *Cuimodi*] Guelf. et eaedem edd. *cuiusmodi.* v. 12, 2, 2. — *Celatim*] Guelf. *celitatim.*

§. 2. *Indigebant*] Guelf. *indigẽt* (indigent). — *Quam m.*] Guelf. *Quod m.*, et mox om. *in.* Non. sub v. *celeratim* (celeriter): Sisenn. Histor. lib. V. *Quo*

ponit. Item alio in loco: *Nos una aestate in Asia et Graecia gesta literis idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.*

magis celeratim poterant, in insidiis suos d. cf. Voss: de Anal. 4, 19, 20. Barth. Adv. 36, 10. et Phil. Carol. — *Gesta literis*] Edd. vett. et Steph. cum Guelf. *litteris gesta;* Gryph. *gesta idcirco lit. c. m.*; contra codd. et Non. sub vv. *Saltuatim* et *Vellicatim.* Pricaeus ad Appul. 8. p. 442. malebat: *Nos non una a.;* tum: *velitatim;* utroque improbato a I. G., quem v. etiam in Addend. p. 901. — *Continentia*] I. e. continuo ordine. *Falster.* Mox Non. sub v. *vellic.* pro *aut* hab. *ac.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER TERTIUS DECIMUS.

CAPUT I.

Inquisitio verborum istorum M. Tullii curiosior, quae fuit in primo Antonianarum libro: *Multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum:* tractatumque, an idem duo ista significent: *fatum* atque *natura*, an diversum.

M. Cicero in primo Antonianarum ita scri- 1
ptum reliquit: *Hunc igitur ut sequerer pro-*

LIB. XIII. CAP. I. *Fuit*] Edd. ante Iunt. *sunt.* Guelf. Reg. et Pet. hab. *fuit.* Sequens *libro* olim statim post *in* legebatur; ordinem mutavit Steph. confirmantibus Lugd. ut. et Pet. *in pr. libro Ant.* hab. Guelf. Propter loci mutationem vox suspecta erat I. G.; in ipso cap. om. Gell. *Antoniarum* dant Pet. et Mem. — *Etiam praeterque*] Edd. ante Iunt. *et praeterque* in ind. capp.; hoc loco nullum argumentum exstat. Bonon. h. l. om. *etiam*, nec hab. *et.* Mox Guelf. *tractumque;* et: *significant.*

§. 1. *Primo*] Cap. 4. (10.) — *Hunc igitur ut*]

peravi, quem praesentes non sunt secuti: non ut proficerem aliquid; neque enim sperabam id, nec praestare poteram; sed ut, si quid mihi humanitus accidisset, (multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum) huius diei vocem testem reipublicae relinquerem meae perpetuae erga se
2 *voluntatis. Praeter naturam*, inquit, *praeterque fatum*; an utrumque idem valere voluerit *fatum* atque *naturam*, et duas res *καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου* posuerit, an vero diviserit separaritque, ut alios casus natura ferre videatur, alios fatum, considerandum equidem puto: atque id maxime requirendum, qua ratione dixerit, accidere multa humanitus posse praeter fatum: quando sic ratio et ordo et insuperabilis quaedam necessitas fati constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint; nisi illud sane Homeri secutus est:

Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.

3 Nihil autem dubium est, quin violentam et inopinatam mortem significaverit: quae quidem potest recte videri accidere praeter na-
4 turam. Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posuerit, neque operis huius est explo-
5 rare, neque temporis. Illud tamen non praetermittendum est, quod Virgilius quoque id ipsum, quod Cicero, de fato opinatus est, cum

Guelf. *Nunc ergo ut.* — *Quem*] Edd. vett. ante Iunt. *quae*; Guelf. *quem et praes.*

§. 2. Καθ'] Ita Steph. cum Lugd. ut.; Scheff. cum edd. vett. hab. *ἀνθ' ἑνὸς ὑποκ.* (edd. ante Ald. *ὑποκειμένους*), *πεπρωμένην καὶ φύσιν*, i. e. *pro uno subiecto fatum et naturam*; quam interpretationem alienae manus esse vidit Ois. Guelf. om. *res.* — *Intra*] Guelf. *inter.* — *Homeri*] Il. 20, 336.

hoc in quarto libro dixit de Elissa, quae mortem per vim potita est:

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Tanquam in faciendo fine vitae, quae violenta sunt, non videantur e fato venire. Demosthenis autem, viri prudentia pari atque facundia praediti, verba idem fere significantia de natura atque fato M. Cicero secutus videtur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est Ὑπὲρ Στεφάνου: Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγεννῆσθαι νομίζων, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει· ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν, ἀποθνήσκειν ἐθελήσει. Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit. Αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit. 6 7 8

§. 5. *Elissa*] Reg. Lugd. ut. Pet. Guelf. *Elissa* pro vulg. *Elisa*. Edd. ante Bonon. *Elyssa*; Bonon. lunt. *Elysa*, quod retinuit Steph. V. *dixit* quod praecedit om. Guelf. Ceterum quod secundo loco in versu Virg. positum sit, praecedentis expositionem videri, similiterque apud Cic. ostendit Cael. Rhodigin. Antiqq. LL. 21, 4. — *Nam quia* etc.] Guelf. *Namque fato* etc. V. Virg. Aen. 4, 695.

§. 6. Ὑπὲρ] Edd. vett. περὶ; nostrum est in Lugd. ut. Mem. Pet. et Steph. cf. Demosth. pro Cor. 59. fin. Harl. — Τοῖς etc.] Edd. vett. τοῖς γον. νομίζων μόν. γεγ. Noster ordo fort. ex Demosth. loco fluxit. — Ἐθελήσει] Memm. Pet. et Lugd. ut. βουλεύσεται; quod recepit Long. Nostrum ap. Dem. est.

§. 7. *Id*] Guelf. *illud*.

§. 8. *Enim*] Guelf. om. *enim*.

CAPUT II.

Super poëtarum Pacuvii et Attii colloquio familiari in oppido Tarentino.

1 Quibus otium et studium fuit, vitas atque aetates doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere, de M. Pacuvio et L. Attio tragicis poëtis historiam scripserunt huiusce-
2 modi: Cum Pacuvius, inquiunt, grandi iam aetate et morbo corporis diutino affectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset, Attius, tunc haud parvo iunior, proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium: comiterque invitatus, plusculisque ab eo diebus retentus, tragoediam suam, cui *Atreus*
3 nomen est, desideranti legit. Tum Pacuvium dixisse aiunt, sonora quidem esse, quae scripsisset, et grandia: sed videri ea tamen sibi
4 duriora paulum et acerbiora. Ita est, inquit Attius, uti dicis. Neque id sane me poenitet: meliora enim fore spero, quae deinceps scri-
5 bam. Nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse aiunt in ingeniis: quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda; sed quae gignuntur statim vieta et mollia, atque

Cap. II. §. 1. *Ac*] Guelf. *atque.*

§. 2. *Et* etc.] Edd. vett. *et diut. corp. morbo.* — *Iunior*] Guelf. *minor.* Dein Steph. *in Asia.* — *Devertit*] Edd. vett. praeter Iunt. *divert.* v. 1, 9, 8.

§. 3. *Dixisse aiunt*] Guelf. *aiunt dix.* Dein idem et ed. Rom. *tamen ea* pro *ea tam.*

§. 4. *Sane me*] Guelf. *me sane.* — *Meliora*] Ois. coni. *molliora;* reprobante I. G.

§. 5. *Est*] Reg. om. v. *est*, et mox v. *mitia.* — *Vieta*] Ita cum edd. vett. Lugd. ut. *veta* Guelf. Pet.

in principio sunt uvida; non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est 6
in ingenio, quod dies atque aetas mitificet.

CAPUT III.

An vocabula haec: *necessitudo* et *necessitas* differenti significatione sint.

Risu prorsus atque ludo res digna est, 1
cum plerique grammaticorum asseverant, *necessitudinem* et *necessitatem* mutare [longe,] longeque differre, ideo quod *necessitas* sit vis quaepiam premens et cogens: *necessitudo* autem dicatur ius quoddam et vinculum religiosae coniunctionis; idque unum solitarium significet. Sicut autem nihil quidquam interest, *suavitudo* dicas an *suavitas*, *sanctitudo* 2
an *sanctitas*, *acerbitudo* an *acerbitas*, *acritudo*, an, quod Attius, in Neoptolemo scripsit, *acritas:* ita nihil rationis dici potest, quin *ne-*

et Mem. *vita* Reg. — *In* etc.] Edd. vett. *a* (Iunt. Ald. *in*) *princ. sunt vivida;* Guelf. etiam *vivida;* correxit Steph. cum codd. Reg. Mem. et Lugd. ut.; *in* hab. iidem. V. *sunt* deest in Reg.

§. 6. *In*] Edd. vett. ante Iunt. om. *in*.

Cap. III. *Significatione sint*] Guelf. *signif. sicut descripta Alexandri;* omisso lemmate cap. sequentis.

§. 1. *Mutare* etc.] Ita codd. Gron. omnes, omisso *longe*; nisi quod Reg. hab. *multa re.* In cod. Scriv. annotatum est: Lego *mutare, longe longeque d.;* Guelf. Torn. et edd. vett. *mutare longe differreque.* Cf. 2, 23, 7. de v. *mutare.* Ruhnken. ad Vell. Paterc. 2, 82.

§. 2. *An sanct.*] Guelf. om. *an.* — *An, quod*] Scheff. *an acritas, siquidem A. in N. scripsit acritas.* Non. sub v. *Acritas.* cf. Both. Scenic. Poët. Lat. V. 5. p.

3 *cessitudo* et *necessitas* separentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias *necessitudinem*
4 dici, pro eo, quod necessum est. Sed *necessitas* sane pro iure officioque observantiae affinitatisque infrequens est: quanquam, qui ob hoc ipsum ius affinitatis familiaritatisve con-
5 iuncti sunt, necessarii dicuntur. Repperi tamen in oratione C. Caesaris, qua Plautiam rogationem suasit, *necessitatem* dictam pro *necessitudine*, id est, iure affinitatis. Verba haec sunt: *Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non indu-*
6 *stria defuisse.* Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia, admonitus forte verbi istius, cum legerem Sempronii Asellionis, veteris scriptoris, quartum ex historia librum, in quo de P. Africano, Pauli filio, ita scriptum est: *Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis [non] decertare, nisi*

224. Mox *quin* pro *qui* scripsi cum Guelf. Reg. Pet. Lugd. mai. Sciopp. et edd. vett.; *qui* a prima manu hab. Lugd. min. adscripto superne *n* a manu sec. Ms. Ois. *quur.* Mox ed. Rom. *separarentur.*

§. 4. *Affinitatisque*] Guelf. et Torn. cum edd. vett. *affinitatisve.*

§. 5. *Plautiam*] Edd. ante Bonon. *Planutiam.* Guelf. *quam Plaut.* Legendum videtur: *quum s. cum Pl. r. suasit.* Nam ita Non. sub v. *Necessitas* (4, 323.): *C. Caesar, cum Plaut. suasit rogat.* laudato Caesaris l. ut h. l. — *Haec sunt*] Guelf. *sunt haec.*

§. 6. *P.*] Cf. Frontin. Strateg. 4, 7, 4. — *Nimis b.*] Barth. Advers. 32, 10. *minus b.*, omissa negandi partic. *non.* Edd. vett.: *Pro non nimis b.* Quae lectio mihi quidem non ita inepta esse videtur, modo *pro* intelligas positum pro *profecto* (próh) et *non* cum v. *decertare* coniungas. Fort. etiam scri-

summa necessitudo aut summa ei occasio data esset.

CAPUT IV.

Olympiadis, Alexandri matris, comis ac prudens ad filium [Alexandrum] rescriptio.

In plerisque monumentis rerum ab Alexandro gestarum, et paulo ante in libro M. Varronis, qui inscriptus est *Orestes, vel de insania*, Olympiadem Philippi uxorem festi- 1

bend. *Proh! nunquam bon. imp. s. c. decert.* etc. Omissis vv. *Pro non*, lunt. Ald. hab. *nimis*. (Gryph. in nonnullis edd. edidit *minus*). *non* ante *dec.* inseruit Steph., contra codd. Guelf. (ubi *non* a secunda manu suprascript. legitur) Reg. Pet. Lugd. ut. Linc. et edd. vett.; *coll.* om. etiam Reg.; hinc Gron. pat. *neminem bonum*. I. G.: Nimis bonum dicit, non quo bonitas in immensum exaggeretur, sed magis extenuetur, ut sit tam bonus, ut eius bonitas noceat magis quam prosit. Idem: An risit adhuc magis, et dixit: *decertare, non si summa* etc. coll. Valer. Max. 7, 2, 2. Add. Veget. de Re mil. 3, 26.: Boni duces publico certamine nunquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

Cap. IV. *Olympiadis*] Hoc lemma in codd. non exstat, sed tantum vv. *et de scripto Alexandri*, quae adiecta leguntur lemmati cap. praecedentis, ita ut cap. IV. adhaereat tertio. v. ad lemma cap. praeced. Nomen *Alexandrum* post v. *filium* om. edd. vett. Hinc uncis seiunxi.

§. 1. *Paulo*] An respectu aetatis qua vixit Gel. et qua vixit Varro, idque in comparatione intervalli, quod est a Gellii vita usque ad Alexandri vitam et eius scriptores? Sic videtur. *I. G.* Gron. pat. aliquando cogitavit: *et primore in libro*. Equidem *et* positum intelligo pro *et quidem*, et *paulo ante* est *nuper admodum*. — *De* etc.] Guelf. *de insana Olympia de* (Olympiade) *Ph. uxore fest.*

vissime rescripsisse legimus Alexandro filio.
2 Nam cum is ad matrem ita scripsisset: REX. ALEXANDER. IOVIS. HAMMONIS. FILIUS. OLYMPIADI. MATRI. SALUTEM. DICIT. Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: *Amabo*, inquit, *mi fili, quiescas: neque deferas me, neque criminere adversum Iunonem: malum mihi prorsum illa magnum dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi*
3 *esse confiteris.* Ea mulieris scitae atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim et comiter admonuisse eum visa est, deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victoriis et adulantium blandimentis et rebus supra fidem prosperis imbiberat, genitum esse sese de Iove.

CAPUT V.

De Aristotele, et Theophrasto, et Menedemo, philosophis: deque eleganti verecundia Aristotelis, successorem diatribae suae eligentis.

1 Aristoteles philosophus, annos iam fere natus duo et sexaginta, corpore aegro affecto-

§. 2. *Is*] Edd. ante Iunt. *ipse.* Dein multi ex vett. Gron. codd. et Guelf. *rescr.* — *Amabo*] Guelf. *Admabo.* cf. Plutarch. vit. Alex. c. 3. — *Prorsum*] Pal. Linc. et Guelf. *prosum;* Reg. *prorsus;* dein idem *esse illi.*

§. 3. *Est*] Edd. vett. om. v. *est.* — *Supra*] Guelf. *super.* Dein Reg. *properis.*

CAP. V. *Et*] Ita libb. Gron. Guelf. et edd. vett.; vulg. copula deest, quam quidem neglexerunt h. l. Iunt. Ald. alii; sed hab. in ind. capp. Mox edd. ante Bonon. hab. *diatribiae.*

§. 1. *Duo*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *duos.* V.

que, ac spe vitae tenui fuit. Tunc omnis eius 2
sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantesque, ut ipse deligeret loci sui et magisterii successorem, quo, post summum eius diem, perinde ut ipso, uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in eius 3
ludo boni multi, sed praecipui duo, Theophrastus et Menedemus. Ingenio hi atque doctrinis ceteros praestabant; alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem Rhodo. Ari- 4
stoteles respondit, facturum esse, quod vellent, cum id sibi foret tempestivum. Postea brevi 5
tempore cum iidem illi, qui de magistro destinando petierant, praesentes essent, vinum ait, quod tum biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insalubre esse atque asperum; ac propterea quaeri debere exoticum vel Rhodium aliquod, vel Lesbium. Id sibi utrum- 6
que ut curarent, petivit; usurumque eo dixit, quod sese magis iuvisset. Eunt, curant, in- 7
veniunt, afferunt. Tum Aristoteles Rhodium 8
petit, degustat. Firmum, inquit, hercle vi-

ad 7, 2, 5. — *Vitae*] Edd. vett. *vitaque*; Guelf. Iunt. *vitaeque*; nostrum est in Reg. Lugd. ut. Pet. et Steph.

§. 2. *Eius*] Guelf. *eiusdem.*

§. 3. *Praecipui*] Edd. ante Iunt. *praecipue.* — *Menedemus*] *Eudemus* legend. esse vidit iam Voss. Hist. Gr. p. 350. In cod. Thuan. bis adscriptum est: *vel Eudemus*; reliqui codd. nihil mutant.

§. 5. *Destinando*] Edd. ante Iunt. *designando.* — *Tum*] Guelf. *cum.* Codd. Ois. omisso *tum* hab. *imbiberet.*

§. 6. *Ut cur.*] Codd. Ois. *ut ei cur.*, et mox *ex eo.*

§. 7. *Curant*] Ois. coni. *quaerunt.*

§. 8. *Hercle*] Guelf. *hercl'e* (hercule).

9 num et iucundum. Petit mox Lesbium: quo item degustato: Utrumque, inquit, oppido
10 bonum, sed ἡδίων ὁ Λέσβιος. Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin, lepide simul et verecunde, successorem illa voce sibi, non vinum
11 delegisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, homo suavitate insigni linguae pariter atque vitae.
12 Itaque non diu post, Aristotele vita defuncto, ad Theophrastum omnes concesserunt.

CAPUT VI.

Quid veteres Latini dixerint, quas Graeci προσῳδίας appellant; et item, quod vocabulum *barbarismi* non usurpaverint neque Romani antiquiores, neque Attici.

1 Quas Graeci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appella-
2 bant. Quod nunc autem barbare quem loqui dicimus, id vitium sermonis non barbarum esse, sed rusticum, et cum eo vitio loquentes
3 rustice loqui dictitabant. P. Nigidius, in com-

§. 9. *Item*] Guelf. *idem.* Deincepe Thuan. *gustato.*

§. 11. *Homo suavit. ins.*] Ita edd. vett. et Guelf. pro: *suavit. homo ins.*

§. 12. *Vita*] Guelf. *vite* (vitae).

Cap. VI. *Dixerint*] Sic codd. Gron. Guelf. et Steph. p. 572. pro *dixerunt.* — *Attici*] In cap. Atticorum nulla mentio. Ceterum *I. G.*: Lib. 5, 20. loquens de soloecismo, in ipso cap. adiecit obiter de barbarismo, quem in titulo omiserat, quasi nunc eam partem supplens.

§. 2. *Loqui*] Guelf. om. v. *loqui*; dein hab. *id sermonis vit.*

mentariis grammaticis: *Rusticus fit sermo,* inquit, *si adspires perperam.* Itaque id vo- 4
cabulum, quod dicitur vulgo *barbarismus,* qui ante divi Augusti aetatem pure atque integre locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inveni.

CAPUT VII.

Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus, et Herodotum in historiis.

Leaenas inter omnem vitam semel pare- 1
re, eoque uno partu nunquam edere plures quam unum, Herodotus in tertia historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro haec sunt: 2
Ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἓν· τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. Τὸ δὲ αἴτιον τούτου τοῦτ' ἐστίν· ἐπεὶ ἂν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινούμενος, ὁ δὲ ἔχων ὄννυχας θηρίων πολλὸν

§. 3. *Adspires*] Ad nimium abusum literae *h*, sive ad nimis fortem adspirationem haec vv. refert Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 183.

§. 4. *Dixerint*] Edd. ante Iunt. *dixerunt.* Auct. ad Herenn. 4, 12. hab.: *soloecismus et barbarismus.* v. Falster. p. 286.

Cap. VII. §. 1. *Unum*] Guelf. om. *unum.* — *Reliquit*] Reg. Lugd. mai. *reliquerit.* An voluit loqui per concessionem, quam mox destrueret? *I. G.* V. Herod. 3, 108. cf. Bochart. Hieroz. 3, 2. p. 45. V. 2. ed. Rosenmüll.

§. 2. Δὴ] Edd. vett. om. δή. — Ἰσχυρότατον] Lugd. ut. *ἰσχυρὸν καί.* Mox Iunt. Ald. *τίκτει. ἐντίκτουσα γ.* Vv. quae post *μήτρας* sequuntur usque ad finem loci Herodoti adieci ex edd. vett. — Διακινούμενος] Edd. ante Ald. *διακινεύμενος.* Antea pro *ἐπεὶ ἂν* edd. ante Iunt. hab. *ἐπεὰν ὁ σκ.*

πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας. Αὐξανόμενος δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐξικνέεται καταγράφων, πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐ-
3 τέων ὑγιὲς οὐδέν. Homerus autem leones (sic enim feminas quoque virili genere appellat, quod grammatici ἐπίκοινον vocant) pluris gi-
4 gnere atque educare catulos dicit. Versus, quibus hoc aperte demonstrat, hi sunt:

Εἰστήκει, ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
Ὧι ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσονται ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες.

5 Item alio in loco idem significat:

Πυκνὰ μάλα στενάχων· ὥς τε λὶς ἠϋγένειος,
Ὧι ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλάφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
Ὕλης ἐκ πυκινῆς. Ὁ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθών·
Πολλὰ δέ τ' ἄγχι ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν,
Εἴ ποθεν ἐξεύροι· μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ.

6 Ea nos dissensio atque diversitas cum agitaret inclitissimi poëtarum et historicorum nobilissimi, placuit libros Aristotelis philosophi in-

§. 3. *Homerus*] Il. 17, 133 sqq. 18, 318 sqq. — *Sic*] Guelf. omisso *sic* dat *fem. enim*; mox *viri genere*.

§. 4. Συναντήσονται] Scribend. videtur συναντήσωνται, ut est ap. Hom. ut mox ἁρπάσῃ scripsi ex edd. vett. loco vulgati ἅρπασεν.

§. 5. Ὡς τε λὶς] Steph. ὥσπερ λὶς, contra codd. (Lugd. ut.) et edd. vett. Excerpta Gron. ex codd.: ωc TE λEIc IΓΓEN. Dein ἠϋγένειος dedi cum edd. vett. et Steph. pro ἠϋγέναιος, quod Long. vert. *bene barbatus*; al. *pulchre iubatus*. — Ὁ etc.] Haec vv. usque ad αἱρεῖ adiunxi ex edd. vett. Post translationem horum versuum latinam in edd. ante Iunt. leguntur haec: *Item alio*, atque ponuntur iterum iidem vv. Homeri, sed tantum usque ad v. πυκινῆς.

§. 6. *Ea*] Guelf. om. *ea*. Idem om. vv. *poët. et hist. nob.* —

spici, quos de animalibus exquisitissime composuit; in quibus, quod super ista re scriptum invenimus, cum ipsius Aristotelis verbis in his commentariis scribemus. Verba Aristotelis 7
haec sunt ex libro de historia animalium sexto: *Λέων δ' ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπισθεν, καὶ ἔστιν ὀπισθουρητικὸν, εἴρηται πρότερον· ὀχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ' ἕκαστον μέν τοι τὸν ἐνιαυτόν. τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος. τίκτει δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δύο. τὰ μέν τοι πλεῖστα ἕξ. τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ ἕν.* ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας 8
τίκτοντα, λῆρώδης ἐστί· συνετέθη δὲ ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας· ἀποροῦντος τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ γένος τὸ τῶν λεόντων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίγνεται τόπῳ· ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ Ἀχελώου καὶ τοῦ Νέσσου ποταμοῦ. τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων πάνυ 9
μικρὰ, οὕτως ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν. οἱ δ' ἐν Συρίᾳ λέοντες τίκτουσι πεντάκις, τὸ πρῶτον πέντε, εἶτα ἀεὶ ἕνι ἐλάττονα· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔτι οὐδὲν τίκτουσιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν. οὐκ 10
ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην, ἀλλ' ὁ ἄῤῥην λέων. 11
βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνόδοντας καλουμένους τέτταρας

Super etc.] Guelf. *supra quos istarum scr. inv.* — *Invenimus*] Reg. *invenerimus*; ut supra *reliquerit*. Edd. vett. *inveniremus*. — *Ipsius*] Guelf. *ipsis*; mox cum edd. vett. *scriberemus*.

§. 7. *Verba* etc.] Guelf. om. vv. *Verba -- sexto*. — *Sexto*] Cap. 31. de generat. 6, 21. cf. Plin. H. N. 8, 16. Ois. ad h. l. — Τὸν] Edd. vett. om. *τόν*.

§. 8. Τστέρας] Gryph. 1542. marg. *μήτρας*. — Ἐστὶ] Edd. vett. om. *ἐστί*. — Τοῦ Νέσσου] Eaedem τοῦ Νέσου. Deinceps *ποταμῶν* hab. Bonon. Iunt. Ald.

§. 9. Καὶ] Ex edd. vett. adiunxi *καὶ* quod vulg. deerat. — Ἕνι] Iunt. et Ald. om. *ἕνι*.

§. 11. Κυνόδοντας] Edd. vett. *κυνώδοντας*. —

μόνους, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· βάλλει δὲ ἑξάμηνος ὢν τὴν ἡλικίαν.

CAPUT VIII.

Quod Afranius poëta prudenter et lepide Sapientiam filiam esse Usus et Memoriae dixit.

1 Eximie hoc atque verissime Afranius poëta de gignenda comparandaque sapientia opinatus est, quod eam filiam esse Usus et Memoriae
2 dixit. Eo namque argumento demonstrat, qui sapiens rerum esse humanarum velit, non libris solis, neque disciplinis rhetoricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum versari quoque exercerique in rebus communibus no-

Ἑξάμηνος] Edd. ante Iunt. δεκάμηνος, sed in translatione hab. *sexto mense*, praeter Bonon., quae dedit: *decimo mense*.

Cap. VIII. *Filiam esse*] Guelf. *esse filiam*.

§. 1. *Eximie*] Ita codd. Gron. edd. vett. et Steph. Specim. Emendd. p. 110. Iunt. Ald. *maxime*. — *Sapientia*] Fuerunt qui *prudentiam* substituere mallent. At cogitandam esse sapientiam Romanam, quam ille populus, cuius pars fuerit Gellius, indicaverit in Catone et Laelio, dum eos cognominari placuit *Sapientes* (cf. 17, 5.), intellexit I. G. Falster. p. 287. comparat Plutarch. de Liberor. Educ. c. 12. μητέρα τῶν Μουσῶν ἐμυθολόγησαν εἶναι τὴν Μνημοσύνην. Athenaei 11, 15.

§. 2. *Rerum esse*] Hunc ordinem Guelf. Reg. et Thuan. dederunt pro *esse rerum*. — *Rhetoricis*] Guelf. *rhetoricisque* sine v. *dialecticis*. Reg. hab. *dialecticis* sine *que*. — *Communibus*] Steph. cum edd. vett. *cominus* s. (Guelf.) *comminus*; praestaret *eminus*; sed utrumque alienum; hoc non quaeritur, utrum cominus an eminus fiat, sed ut noscat pericliteturque. Hinc I. G. cum Lambec. ex Reg. et Linc., quibus accedit Sciopp., nostrum edidit. In

scendis periclitandisque: eaque omnia acta et eventa firmiter meminisse: et proinde sapere atque consulere ex iis, quae pericula ipsa rerum docuerint, non quae libri tantum aut magistri per quasdam inanitates verborum et imaginum, tanquam in mimo aut in somnio delectaverint. Versus Afranii sunt in togata, 3 cui *Sellae* nomen est:

Usus me genuit, mater peperit Memoria.
Sophiam vocant me Graii, vos Sapientiam.

Item versus est in eandem ferme sententiam 4 Pacuvii, quem Macedo philosophus, vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum:

Ego odi homines ignavâ operâ et philosophâ sententiâ.

marg. cod. Voss. apud Ois. adscriptum erat: *in reb. communibus cominus nosc.* In marg. ed. Ascens. Bourdel. adscripsit: St. *cominus.* l. *communibus.* Vulgat. *cominus* tuetur Rappoltus in Logica Gell. c. 3. Opponere Gellium libros et pericula rerum; illos eminus cognitionem attribuere, haec cominus. — *Eaque omn.*] Edd. ante Iunt. *et ea omn.* Guelf. *ea* sine *que.* — *Et proinde*] Gryph. marg. (1542.): *ut proinde*; sequens *atque* pro *ac* dedi e codd. Gron. et Guelf.; mox Ms. Ois. *ipsarum rerum.* Tum edd. vett. et Guelf. *docuerunt.* Dein *aut mag.* pro *ac mag.* est e Guelf. Reg. Lugd. ut. Torn. codd. Ois. aliisque. — *Delectaverint*] Ita codd. omnes. Steph. l. l. interpretatur: delectando s. delectabiliter dixerint, Lips. Elect. 1, 21. *dictaverint*; Steph. l. l. *dictitav.* Edd. ante Iunt. *tanquam mimo* (sic, omissa praeposit. *in*) *aut in s. delectaverunt.* Bonon. *mimo — delectaverint.*

§. 3. *Mater* etc.] Guelf. *mater me pep.* Ioan. Sarisber. De Nug. Curial. 4, 6. fin. om. v. *mater*; et versu prox. hab. *me vocant.*

§. 4. *Macedo*] Reg. *Mecedo.* — *Meus*] Guelf.

5 Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides, operti barba et pallio, mores et emolumenta philosophiae in linguae verborumque artes converterent, et vitia facundissime accusarent intercutibus ipsi vitiis madentes.

CAPUT IX.

Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de *Suculis* et *Hyadibus*, quae sunt stellarum vocabula.

1 Tullius Tiro, M. Ciceronis alumnus et libertus adiutorque in literis studiorum eius fuit.
2 Is libros compluris *De usu atque ratione linguae Latinae*, item *De variis atque promi-*
3 *scuis quaestionibus* composuit. In iis esse praecipui videntur, quos Graeco titulo *πανδέκτας* inscripsit, tanquam omne rerum atque doctri-
4 narum genus continentis. Ibi de iis stellis, quae appellantur *suculae*, hoc scriptum est: *Adeo*, inquit, *veteres Romani literas Graecas*

intq (intimus?). — *Ego odi*] Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. p. 148.: *Ergo odi* vel certe *Odi ego* scribi propter versum vult. Sarisber. *Ego odi homines stultos et ignavia opera et philosophicas sententias.*

§. 5. *Intolerantius*] I. e. *intolerabilius*, ut res incredulae pro incredibilibus. cf. 19, 7. *Steph.* cf. Tac. An. 3, 45, 4. 11, 10, 5. Flor. 4, 12, 36. Falster. — *Mores*] Steph. l. l. p. 111. coni. *honores*; *emolum.* intellig. effectus et vires. cf. 11, 13. In fine in marg. cod. Voss. e Ms. annotatur: *incidentes*; Steph. coni. *scatentes.* Martial. 1, 40. *artibus madidus* laudavit Ois. Hor. Od. 3, 21, 9.: madet sermonibus. Mart. 7, 50.: iure madens.

Cap. IX. §. 2. *Atque*] Edd. ante Iunt. *et.* Mox pro *item* Guelf. *idem.* — *Promiscuis*] Sic edd. vett. et Guelf. pro *promiscis.*

nesciverunt, et rudes Graecae linguae fuerunt, ut stellas, quae in capite Tauri sunt, propterea suculas appellarint, quod eas ὑάδας Graeci vocant; tanquam id verbum Latinum Graeci [verbi] interpretamentum sit: quia Graece ὗες, sues Latine dicantur. Sed ὑάδες, inquit, *οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, id est, non a suibus, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur; nam et cum oriuntur, et cum occidunt, tempestates pluvias largosque imbres cient. Pluere autem Graeca lingua ὕειν dicitur.* Haec quidem Tiro in Pandectis. Sed enim veteres nostri non usque eo rupices et agrestes fuerunt,

§. 4. *Tauri*] Senec. Thyest. 852.: Hic qui nitido taurus cornu Praefert Hyadas. cf. Cic. N. D. 2, 43. Serv. ad Virg. Georg. 1, 138. Salm. Exercitt. p. 954. Auctor Dissert. de Tirone p. 46. Triller. Obss. Critt. 2, 15. Pro *suculas* Guelf. hab. *suculam*. — Τάδας *Graeci*] Ita edd. vett. pro ordine vulg. *Graeci ὑάδ.* Guelf. *G. vocant Graeci vocant* (sic!). Mox ex eodem, edd. vett. et Steph. vocem *verbi* restitui, uncis tamen seiunctam, quod suspecta videri possit. Guelf. *Graeci vocant verbi interpr. sitque*, et mox

. . . . .

dicuntur. — Τάδες etc.] Edd. vett. *ὑάδας -- appellarunt* (Iunt. Ald. *ὑάδας -- appellantur*). Pro *ὕειν* eaedem (ante Ald.) hab. *ὕω i. e. pluo*. — *Id est*, etc.] Haec vv. *id est, n. a. s.* adiunxi cum Long. e Reg. Lugd. ut. Pet. et Torn.; a Gellio fort. Tironis verbis interpretandis addita sunt. Hab. etiam Guelf., sed sine vv. *id est*; quae etiam abesse possint. Deinceps pro *opici* edd. vett. ante Iunt. et Guelf. hab. *rupici*, unde al. *rupices*; in marg. cod. Voss. *rustici*. cf. Gifan. Obss. L. L. p. 218. (432. ed. Otho.) Heins. ad Ovid. Trist. 1, 10, 16. — *Et* etc.] Guelf. om. vv. *et cum or.* — *Graeca*] Steph. *et Gr.* invitis codd. et edd. vett.; ordine inverso Guelf. *lingua Gr.*; idem pro *haec* hab. *hoc*.

§. 5. *Usque* etc.] Edd. ante Iunt. et Guelf. *eo-*

ut stellas hyadas idcirco suculas nominarent, quod ὗες Latine sues dicantur: sed ut, quod Graeci ὑπὲρ, nos *super* dicimus, quod illi ὕπτιος, nos *supinus;* quod ὑφορβὸς, nos *subulcus;* quod item illi ὕπνος, nos primo *sypnus*, deinde per *y* Graecae Latinaeque *o* literae cognationem *somnus:* sic quod ab illis ὑάδες, a nobis primo *syades*, deinde *suculae* appellatae.
6 Stellae autem istae non in capite Tauri sunt, ut Tiro dicit: (nullum enim videtur praeter eas stellas Tauri caput:) sed hae ita circulo, qui Zodiacus dicitur, sitae locataeque sunt, ut ex earum positu species quaedam et simulacrum esse videatur tauri capitis: sicuti ceterae partes et reliqua imago tauri conformata et quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum, quas Graeci πλειάδας, nos *vergilias* vocamus.

usque (Rom. *eosque*) *rup.*; *rup.* hab. etiam Sciopp. et Gifan. e vet. cod.; Iunt. Ald. *opici;* mox Sciopp. ὑάδας e vet. cod. pro *hyadas* — *Nos*] Cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 197 sq. Guelf. om. *nos.* — *Sypnus*] Edd. vett. *symnus*; Steph. *sypmnus.* Guelf. *somnus.* Mox literam *o* addidi ex iisdem edd. Tum *sumpnus* hab. Steph. De derivatione v. *suculae* cf. Perizon. ad Sanct. Minerv. 1, 10. not. 6. — *Syades*] Guelf. *hyades.*

§. 6. *In*] Steph. om. *in.* Mox pronom. *eas* om. Guelf. — *Hae* etc.] Ms. Ois. *eaedem.* Reg. *hae ita a cir.*; Scheff. *hedem a cir.*; Guelf. et Pet. *eadem*; Lugd. min. *he.* Long. edidit *ea*; *eae* voluit, quod exstat in edd. vett. — *Imago*] Steph. om. v. *imago.* — *Stellarum*] Guelf. *stellas.*

CAPUT X.

Quod *sororis* ἔτυμον [*esse*] dixerit Labeo Antistius, et quod *fratris* P. Nigidius.

Labeo Antistius iuris quidem civilis disci- 1
plinam principali studio exercuit, et consulentibus de iure publice responsitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit: et in grammaticam sese atque dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat; Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat: eaque praecipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur. Sunt 2
adeo libri post mortem eius editi, qui *posteriores* inscribuntur; quorum librorum tres continui tricesimus octavus, [et] tricesimus nonus et quadragesimus pleni sunt id genus rerum ad enarrandam et illustrandam linguam Latinam conducentium. Praeterea in libris, 3
quos ad Praetoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta: sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus: *Soror*, inquit, *appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque*

Cap. X. Ἔτυμον] Ita edd. vett. pro *etymon*. V. *esse* om. eaedem cum Guelf. Iunt. in ind. capp. hab. *ἔτυμον i.* (*id est*) *rectam esse interpretationem dix.* Dein pro *quod* edd. vett. hab. *quid;* Iunt. et Ald. in ind. capp. *quod.* Guelf. initio lemmatis hab. *Quid*; h. l. *qd'* (quod). Praenomen *P.* ex Reg. addidi cum I. Gron.

§. 1. *Ceterarum* etc.] Guelf. *ceterarumque bon.*

§. 2. *Et*] Edd. vett. om. *et.* — *Id genus*] Gryph. marg. *omne genus.*

§. 3. *Soror*] Cf. Non. sub v. *Sororis.*

ab ea domo, in qua nata est, et in aliam
4 *familiam transgreditur.* Fratris autem vocabulum P. Nigidius, homo impense doctus, non minus arguto subtilique ἐτύμῳ interpretatur: *Frater*, inquit, *est dictus quasi fere alter.*

CAPUT XI.

Quem M. Varro iustum aptumque esse numerum convivarum existimarit: ac de mensis secundis et de bellariis.

1 Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Menippaeis, qui inscribitur: *Nescis quid vesper serus vehat*, in quo disserit de apto convivarum numero, deque ipsius convivii ha-
2 bitu cultuque. Dicit autem, convivarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero, et progredi ad Musarum; id est, proficisci a tribus, et consistere in novem: ut, cum paucissimi convivae sunt, non pauciores sint, quam tres; cum plurimi, non plures, quam novem:
3 *Nam multos*, inquit, *esse non convenit, quod turbâ plerumque est turbulenta. [et Romae*

§. 4. Ἐτύμῳ etc.] Guelf. *ETVMολοfici interpr.* — *Frater*] Fratres probabiliter dictos opinamur, quia per illos fragitur vel frangitur, et in duo vel plura dividitur genus. I. G. v. Scheller. sub v. Frater.

Cap. XI. *Iustum* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. prō *aptum iustumque.* — *De*] Praepositionem om. Steph. contra codd. (Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet.) et edd. vett. V. 2, 22, 8.

§. 1. *M.*] Cf. Macrob. Sat. 1, 7. p. 234. Zeun. 2, 8. p. 375.

§. 2. *Et*] Copula *et* accessit ex edd. vett. et Guelf.

§. 3. *Et* etc.] Quemadmodum haec vv. scripsi, ita leguntur in Thuan. Lugd. ut. Pet. et Torn.;

quidem constat, sed et Athenis, nusquam autem cubat.] Ipsum deinde convivium constat, inquit, *ex rebus quattuor; et tum denique omnibus suis numeris absolutum est, si belli homunculi collecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem*, inquit, *convi-*

nusq. autem cubat dat etiam marg. cod. Voss. Nec multum recedit Reg. *sed et Athenisanis quam cubat*; propius etiam edd. vett.: *Et R. q. c., s. et A.* (Bonon. om. *et*) *nusq. autem plures cubant* (Iunt. Ald. *cubabant*). Guelf. *et rome qui de const. sed et ath. nusq. autem plures cubant.* Steph. ** *et R., inquit, constat nusquam aut cubat* **. Sciopp. *R., inquit, constat* (quae hab. etiam Lugd. min. et Mem.) *sed et Ath. nusq. autem plures cubant.* Scal. *nusquam alicubi*; et voc. *inquit* subduxit linea. Gryph. marg. pro *et Rom.* hab. *ut Rom.* I. G. coni. *Et R. trinio quidem constat; sed et A. Anytus ita tertius cubat*; s. *sed et A., Anytusque ita tertius cubat.* Suppono, ait, fabulam fuisse de Socratis accusatoribus, quos ipse Socrates in Apologia nominat, sic convivantibus, qui Gellium adverterunt, ut in hac causa terni accubantes. In syllaba *in* et mox lit. *m* specto tres lineas, et hinc ternarium numerum, sed qui, diversimode exprimendus, scribas induxit in errorem, non modo ut alii inde facerent *inquit*, alii *quidem*, sed etiam mox ignoraverint has tres lineas explanare, primum per *ternio* aut *trinio*, secunda vice per tertius. Ut scias, quid Gellio contigerit, cf. c. 12., ubi *iui* cod. Scheff. pro *quatuor*. Hactenus I. G. Mihi quidem totus locus, vel propter repetitum mox v. *constat*, suspectus, et ab aliena manu, *turbae* explicandae causa, illatus videtur; atque sine eo omnia optime se habent. Locum igitur certe corruptum, qui sensum bonum sive potius nullum admittit, uncis interim seiunxi. De re cf. Athenaei 1, 4. p. 4. F. 15, 3. p. 671. A. Eustath. ad Il. β. p. 144. 18. — *Electus*] Vulg. *lectus*; nostrum dederunt Tom. Reg. et Thuan. — *Autem*] Guelf. om. *autem.*

vas, nec mutos legere oportet; quia eloquentia in foro et apud subsellia, silentium vero non in convivio, sed in cubiculo esse debet. 4 Sermones igitur id temporis habendos censet non super rebus anxiis aut tortuosis, sed iucundos atque invitabiles, et cum quadam illecebra et voluptate utiles; ex quibus ingenium 5 nostrum venustius fiat et amoenius. *Quod profecto,* inquit, *eveniet, si de id genus rebus ad communem vitae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendi[s loqui] non est otium. Dominum autem,* inquit, *convivii esse oportet non tam lautum, quam sine sordibus: et in convivio legi non omnia debent, sed ea potissimum, quae simul sint βιωφελῆ et delec-* 6 *tent.* Neque non de secundis quoque mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, praecipit. His enim verbis utitur: *Bellaria,* inquit, *ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt:* 7 *πέμμασιν enim cum πέψει societas infida.* Quod Varro hoc in loco dixit *bellaria,* ne quis forte in ista voce haereat; significat id vocabulum

§. 4. *Id temporis*] Guelf. *ad tempois.*

§. 5. *Agendis* etc.] Reg. et Lugd. mai. *agendi non est ot.*; sensu, ut ait l. G., satis absoluto. Mox vv. *aut. inq.* om. Guelf.

§. 6. *Esse eas*] Guelf. *eas esse.* — Πέμμασιν etc.] Macr. *dulcibus enim cum pepsi societas inf.* Pergit: *significant autem bellaria omne* etc. quasi haec quoque essent vv. Varronis. Mox hab. *vel τραγ.*; *appellavere bellaria.*

§. 7. *Hoc* etc.] Edd. vett. *in hoc l.* Post eaedem hoc ordine hab. vv. *Nam quae* (Guelf. *namque*) *τραγ. Gr. aut πέμμ. dix.* — *In ista*] Guelf. *in uista* (in usitata?) —

omne mensae secundae genus. Nam quae *πέμματα* Graeci aut *τραγήματα* dixerunt, ea veteres nostri *bellaria* appellaverunt. Vina quoque dulciora est invenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata: dictaque esse ea Liberi bellaria.

CAPUT XII.

Tribunos plebis *prensionem* habere, *vocationem* non habere.

In quadam epistola Attei Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atque morum populi Romani iurisque civilis doctum apprime fuisse: *Sed agitabat*, inquit, *hominem libertas quaedam nimia atque vecors; usque eo, ut, Divo Augusto iam principe et rempublicam obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod iustum*

In] Praeposition. om. Ois.; operarum fort. vitio. Voc. *bellaria* om. Steph. cum Lugd. min.; hab. reliqui codd. Gron. Guelf. Torn. edd. vett. et Macrob. Sat. 2,7. qui mox pro *nomine* dat *vocabulo*; et v. *esse* om.

Cap. XII. *Prensionem*] Edd. vett. ubique *prehens.* et *prehend.* Nostrum hab. Guelf. et Ms. Gebhard. v. supr. 4, 10, 8. De re cf. Conradi Excurs. ad Gell. V. 2. p. 521 sqq.

§. 1. *Attei* etc.] Guelf. ut saepius: *athei capitionis*; idem mox *prime* pro *appr.*

§. 2. *Atque*] Edd. ante Iunt. *et.* Pro *usque eo ut* Bentl. ad Horat. l. l. legit *tamquam*, et mox *iussum* pro *iustum*; illud, ut ait, ex cod. Regio Lutetiae omnium optimo; hoc ex coniectura. De Labeone cf. Tac. An. 1, 12. 3, 75. Heindorf. ad Hor. S. 1, 3, 82. — *Obtinente* etc.] Guelf. *iam optime ratum tum p.*

sanctumque esse in Romanis antiquitatibus
3 *legisset.* Ac deinde narrat, quid idem Labeo
per viatorem a tribunis plebi vocatus respon-
4 derit: *Cum a muliere,* inquit, *quadam tri-*
buni plebis adversum eum aditi, Gellianum
ad eum misissent, ut veniret, et mulieri re-
sponderet: iussit eum, qui missus erat, re-
dire, et tribunis dicere, ius eos non habere,
neque se, neque alium quenquam vocandi;
quoniam moribus maiorum tribuni plebis
prensionem haberent, vocationem non habe-
rent; posse igitur eos venire et prendi se
iubere: sed vocandi absentem ius non habere.
5 Cum hoc in ea Capitonis epistola legissemus,
id ipsum postea in M. Varronis *Rerum Hu-*
manarum uno et vicesimo libro enarratius scri-
ptum invenimus, verbaque ipsa super ea re
6 Varronis adscripsimus: *In magistratu,* inquit,
habent alii vocationem, alii prensionem, alii
neutrum; vocationem: ut consules et ceteri,
qui habent imperium; prensionem: ut tribuni
plebis et alii qui habent viatorem; neque vo-
cationem, neque prensionem: ut quaestores
et ceteri, qui neque lictorem habent, neque
viatorem. Qui vocationem habent, iidem

§. 3. *Deinde*] Guelf. *demum*; mox *quod* pro *quid;* tum *pl*'. (plebis), ut §. 4. legitur *pl*'. (plebis).

§. 4. *Gellianum*] Intellig. *servum*; tribunicium viatorem. cf. Lips. Elect. 1, 22. Linc. hab. *Gallianum.* Ed. Bonon. *Gelian.* — *Alium* etc.] Edd. ante Iunt. *neque alium quem in causam* (s. *causa*) *voc.*; deinceps pro *quoniam* eaedem cum Iunt. Ald. hab. *cum* s. *quum*; Guelf. expressis literis *quo modo.*

§. 5. *Uno et vicesimo*] Scheff. *undeviges.* cf. Vorst. de Lat. falso susp. c. 27. Gruter. ad Cic. Verr. 3, 70.

§. 6. *Vocationem*] Guelf. *revocat.* — *Iidem*]

prendere, tenere, abducere possunt: et haec omnia sive adsunt quos vocant, sive acciri iusserunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam; neque minus multi imperiti, perinde atque haberent, ea sunt usi. Nam quidam non modo privatum, sed etiam consulem, in Rostra vocari iusserunt. Ego triumvirûm vocatus a Porcio tribuno plebis non ivi auctoribus principibus, et vetus ius tenui. Item tribunus cum essem, vocari neminem iussi, neque vocatum a collega parere invitum. Hu- 7
ius ego iuris, quod M. Varro tradit, Labeonem arbitror vana tunc fiducia, cum privatus esset, vocatum a tribunis non isse. Quae, 8
malum, autem ratio fuit vocantibus nolle obsequi, quos confiteare ius habere prendendi? Nam qui iure prendi, is etiam in vincula duci potest. Sed quaerentibus nobis, quam ob cau- 9
sam tribuni, qui haberent summam coërcendi potestatem, ius vocandi non habuerint, illud

Vulg. (Guelf.) *idem;* nostrum hab. edd. vett. praeter Iunt. Dein Guelf. *abducere.* — *Neque* etc.] Gron. pat. in marg. *neque eo minus*, probante *I. G.* Mox Sciopp. *quidem* pro *quidam.* — *Iusserunt* etc.] Guelf. om. vv. *iusserunt -- vocari.* — *Triumvirûm*] Ita Reg. Lugd. ut. et Sciopp. pro *triumvir*, quod retinuit Long. Ascens. annotavit: *Ego triumvir.* i. e. *ego triumvirorum in eo magistratu unus.* cf. Ruddimann. II. p. 80. not. 18. Ante nomen *Porc.* Steph. addidit *P.*, contra codd. Deinde Scheff. pro *ivi* hab. *quatuor; iuri* hab. reliqui codd. Gron. Guelf. et edd. vett. — *Neque*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *nec.*

§. 7. *Ego*] Guelf. *ergo.*

§. 8. *Confiteare*] Guelf. *confiterere;* dein idem cum edd. vett. dedit: *nam qui iure prendi is etiam* etc.; Recepi. In vulgata lectione repetitum *potest* displicebat. Sic enim legebatur: *Nam iure pr. qui potest, etiam in vinc. d. pot.*

occurrit, quod tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo, nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus praesen[te]s fuisse[n]t; ut iniuria, quae coram fieret, arceretur: ac propterea ius abnoctandi ademtum; quoniam, ut vim fieri vetarent, assiduitate eorum et praesentium oculis opus erat.

§. 9. *Iuri*] Excerpta e cod. apud I. G. hab. *iure*; quod est vere Romanum. I. G. V. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 200 sqq. Antea voc. *plebis* restitui e codd. Guelf. et edd. vett.; hab. etiam Steph. Dein *dicendo* est in edd. ante Iunt. — *Noscendis*] Post hoc v. fuerunt qui insererent vv. *illud occurrit*; incommodo sane loco; propterea prorsus om. cum codd. (in quibus est etiam Guelf.) Steph.; hinc etiam *quod* ante v. *tribuni* tollendum esse censebat Gron. pat., ut illa *quaer. nob.* haberent, quo referrentur. Excerpta, quae laudavi, testantur utrumque v. (*ill. occ.*) esse in Ms. Sed inter lineas et a recentiore manu; in marg. autem: *repertum*. Equidem ea post v. *habuerint* transposui; comprobantibus edd. vett., quod dudum coniectura assecutus eram; scil. quum in nonnullis vett. codd. omissa essent suo loco, in posterioribus vel etiam sunt neglecta vel non suo loco inserta. — *Praesentes* etc.] Codd. Gron. et Guelf. *quibus praesens fuisset*, sc. quis eorum; et haec numeri varietas potuit placuisse Gellio. *I. G.* — *Abnoctandi*] Iunt. cum Reg. Ch. (Chifflet.?) et Linc. Guelf. *advocandi*, quod recepit Long. Mem. *adnoctandi*; Lugd. min. *abnotandi*, mai. *ad notandum*; Marg. cod. Memm. L. *abnoct.*; recepit Steph. Edd. vett. *ad se vocandi*. — *Eorum*] Guelf. *horum*.

CAPUT XIII.

Quod in libris Humanarum M. Varronis scriptum est: *aediles et quaestores populi Romani in ius a privato ad praetorem vocari posse.*

Cum ex angulis secretisque librorum ac 1
magistrorum in medium iam hominum et in
lucem fori prodissem, quaesitum esse memini
in plerisque Romae stationibus ius publice do-
centium aut respondentium, an quaestor po-
puli Romani ad praetorem in ius vocari pos-
set. Id autem non ex otiosa quaestione agita- 2
batur: sed usus forte natae rei ita erat, ut
vocandus esset in ius quaestor. Non pauci 3
igitur existimabant, ius vocationis in eum
praetori non esse, quoniam magistratus populi
Romani procul dubio esset; et neque vocari,
neque, si venire nollet, capi atque prendi,
salva ipsius magistratus maiestate, posset. Sed 4
ego, qui tum assiduus in libris M. Varronis
fui, cum hoc quaeri dubitarique animadver-
tissem, protuli unum et vicesimum *Rerum*

Cap. XIII. *In* etc.] Reg. *iniussu privato a praetore*; recepit Long.; *a praetore* hab. quoque Lugd. mai. Et infr. §. 4. Reg. *a privato et praetore* pro *a privato ad praetorem*.

§. 1. *Angulis*] Scholas umbrutiles intelligit Falster. p. 289. coll. Cic. de Or. 1, 13. *Verger: formé par les leçons des maîtres les plus célèbres et par la lecture la plus assidue des meilleurs ouvrages.* — *Ac*] Guelf. *et.* — *Ad praetorem*] Cum Reg. Long. *a praetore*.

§. 2. *Agitabatur*] Ms. Ois. Guelf. et Linc. *agebatur*; antea Guelf. *ne* pro *non*; et mox om. *esset*.

§. 3. *Atque*] Steph. *aut*, contra codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett.

Humanarum, in quo ita scriptum fuit: *Qui potestatem neque vocationis populi viritim habent, neque prensionis, eos magistratus, a privato in ius quoque vocari est potestas. M. Laevinus, aedilis curulis, a privato ad praetorem in ius est eductus: nunc stipati servis publicis non modo prendi non possunt,* 5 *sed etiam ultro summovent populum.* Hoc Varro in ea libri parte de aedilibus; supra autem in eodem libro quaestores neque voca- 6 tionem habere neque prensionem dicit. Utraque igitur libri parte recitata in Varronis omnes sententiam concesserunt; quaestorque in ius ad praetorem vocatus est.

CAPUT XIV.

Quid sit pomoerium.

1 *Pomoerium* quid esset, augures Populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt,

§. 4. *Laevinus*] Edd. vett. et Guelf. *Levinius.* — *Curulis*] Linc. *curialis.* — *Eductus*] Gryph. marg. *deductus.* Pro *stipati* Guelf. *stipatum.*

§. 5. *Habere neque*] Reg. *neque habere.* cf. c. 12, 6.

Cap. XIV. *Quid* etc.] Olim (etiam ap. Steph. et in cod. Guelf.) hoc lemma deerat, et praefigebatur lemma cap. sequentis, ita ut ex duobus capitibus unum fieret. Sed in eo lemmate nulla pomoerii mentio inlicitur, de quo tamen hic agitur. Nostrum e Memm. dedit Gron. pat., qui etiam annotavit, in Chifl. indice sub initium totius operis praefixo legi ita: *Verba ex l. Mess. aug. quib. docet, quid sit pomerium, et qui sunt min.* Ita etiam Guelf., nisi quod *sint* hab. pro *sunt.* V. lemma cap. xv. Alii Mss. nihil afferre boni et hoc intercipere annotavit I. G. In edd. vett. ex duobus capp. etiam unum

istiusmodi sententia definierunt: *Pomoerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.* Antiquissimum autem pomoerium, quod a Romulo institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur; sed id pomoerium pro incrementis reipublicae aliquotiens prolatum est, et multos editosque colles circumplexum est. Habebat autem ius proferendi pomoerii, qui populum Romanum agro de hostibus capto auxerat. Propterea quaesitum est, ac nunc etiam in quaestione est, quam ob causam ex septem urbis montibus, cum ceteri sex intra pomoerium sint, Aventinus solum, quae pars non longinqua nec infrequens est, extra pomoerium sit: neque id Ser. Tullius rex, neque Sulla, qui proferundi pomoerii titulum 2 3 4

conflatum est, sed ita ut huius capitis lemma in duas partes discerperetur, quarum prior h. l. legitur, posterior (quae quidem in ind. capp. omissa est) inde a vv. *item verba eiusdem Met.* praefigeretur paragraphis 8. 9. 10. capitis nostri XV., additis verbis: *eiusdem capitis XIIII. portio.* Iunt. *eiusdem capitis portio*; ita ut ex hac portione novum caput (XV.) efficeretur. Numerum XIV. retinuit Ald., et tamen *Cap. XV.* inscripsit.

§. 1. *Agrum*] Serv. ad Virg. Aen. 6, 197.: Effata sunt augurum preces. Unde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. cf. Liv. 1, 44, 4. 5. — *Certis*] Steph. cum ed. Rom. *certeis*; Venet. 1492. Brix. *certe is.* Bonon. Iunt. Ald. *certis.* Gron. pat. in marg.: *certe his* ut. (i. e. uterque cod.) l. *certeis.* Linc. et Guelf. hab. *certe his.* De voc. *pom.* cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 574.

§. 2. *Reipublicae*] Guelf. *P. R.* (populi Romani) *aliquot' prol.*

§. 4. *Proferundi*] Ita Reg. Vulg. *proferendi.* 5,

quaesivit, neque postea Divus Iulius, cum pomoerium proferret, intra effatos urbis fines incluserint. Huius rei Messala aliquot causas videri scripsit; sed praeter eas omnis ipse unam probat, quod in eo monte Remus urbis condendae gratia auspicaverit, avesque irritas habuerit, superatusque in auspicio a Romulo sit: *Idcirco*, inquit, *omnes, qui pomoerium protulerunt, montem istum excluserunt, quasi avibus obscoenis ominosum.* Sed de Aventino monte praetermittendum non putavi, quod non pridem ego in Elidis, grammatici veteris, commentario offendi: in quo scriptum erat, Aventinum antea, sicuti diximus, extra pomoerium exclusum, post auctore Divo Claudio receptum, et intra pomoerii fines observatum.

6, 23. cf. Tac. An. 12, 23. Deinceps *pomerium* pro *pomoerii* hab. Ms. Ois. — *Urbis*] Reg. et Lugd. mai. *libri* pro *urbis*. Deinceps Guelf. *incluserunt*.

§. 5. *Rei*] V. *rei* om. edd. ante Iunt. et Guelf. — *Scripsit*] Ita cum edd. vett. Guelf. Torn. Reg. Lugd. ut. et Scheff.; *scribit* Pet. Mem. Steph. et quos alios laudavit Long. — *Remus*] Cf. Senec. de Brev. vit. c. 4. — *Auspicaverit*] Reg. *auspicavit*, inde I. G. *auspicarit*.

§. 6. *Obscoenis*] Mali ominis. cf. Fest. sub v. *Oscum*. *Ois*.

§. 7. *Non pridem*] Edd. ante Iunt. *iampridem*. Mox Steph. cum Iunt. *Elydis*; et ita Lugd. min. atque Scheff. — *Diximus*] Guelf. *dicimus*.

CAPUT XV.

Verba ex libro Messalae auguris, quibus docet, qui sint *minores magistratus;* et *consulem praetoremque collegas esse:* et quaedam alia de *auspiciis:* item verba eiusdem Messalae, disserentis, aliud esse *ad populum loqui,* aliud *cum populo agere:* et qui magistratus a quibus avocent comitiatum.

In edicto consulum, quo edicunt, quis 1
diès comitiis centuriatis futurus sit, scribitur
ex vetere forma perpetua: NE. QUIS. MAGI-
STRATUS. MINOR. DE. COELO. SERVASSE.
VELIT. Quaeri igitur solet, qui sint magi- 2
stratus minores. Super hac re meis verbis 3
ni[hi]l opus fuit: quoniam liber M. Messalae
auguris de auspiciis primus, cum hoc scribe-
remus, forte adfuit. Propterea ex eo libro 4
verba ipsius Messalae subscripsimus: *Patricio-
rum auspicia in duas sunt potestates divisa:
maxima sunt, consulum, praetorum, censo-*

Cap. XV. *Disserentis*] Haud utique disserit M., neque scribit Gell., Messalam de hoc disserere, sed id ex verbis eius manifestum esse. *Steph.*

§. 1. *Quis*] Edd. vett. Torn. Guelf. aliique codd. Ois. dederunt *quis*, confirmantibus omnibus Gron. *qui* ediderat Steph. — *Scribitur*] Reg. *scriptum.* Lugd. mai. *scripturus.* Annon legend. *scriptum est? De coelo serv.* est *coelum observasse.* Falster.

§. 2. *Igitur*] Guelf. *ergo.*

§. 3. *Nihil*] Edd. vett. et Guelf. *nil.* — *M.*] Praenom. om. Steph. contra codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett. Mox pro *hoc scrib.* edd. ante Iunt. hab. *haec scrib.*

§. 4. *Potestates*] Vet. cod. Sciopp. *ptates;* unde coni. *partes.* Ordinem vv. vulgatum *in duas sunt div. pot.* immutavi cum edd. vett. et Guelf. —

rum. Neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut eiusdem potestatis: ideo quod collegae non sunt censores consulum aut praetorum; praetores consulum sunt. Ideo neque consules aut praetores censoribus, neque censores consulibus aut praetoribus turbant aut retinent auspicia; at censores inter se; rursus praetores consulesque inter se et vitiant et obtinent. Praetor, etsi collega consulis est, neque praetorem, neque consulem iure rogare potest, ut quidem nos a superioribus accepimus, aut ante haec tempora servatum est: et ut in commentario tertio decimo C. Tuditani patet, quia imperium minus praetor, maius habet consul: et a minore imperio maius aut maior collega rogari iure

Ideo] Steph. cum Guelf. *ideoque*, invitis codd. Gron. et edd. vett. — *Censoribus*] Pigh. Annal. ad annum 387. *censorum* et mox *consulum et praetorum*; invitis libb. Idem postea in marg. pro *obtinent* malebat *retinent*. v. Gron. ad Liv. 3, 36. quem laudavit I. G. — *Se* etc.] Guelf. *se rursus et.* — *Praetor*] Cicer. ad Attic. 9, 9. (11.): In libris habemus, non modó consules a praetore, sed ne praetores quidem creari ius esse, quod maius imperium a minore rogari non sit ius; praetores autem quum ita rogentur, ut collegae coss. sint, quorum est maius imperium. Cf. quae de sensu huius loci Gell. et sqq. disseruit V. D. in *Classical Journal* 1812. p. 268 sqq. — *Quidem*] Guelf. *qa'* (quod). — *Aut ante*] Sciopp. *et ante.* — *Aut* etc.] Edd. vett. et Guelf. *aut a maiore coll. rogare i. n. p.* Ascens. post *maiore* comma addidit; Steph. cum Iunt. Reg. Lugd. ut. et Pet. om. *a.* Lugd. mai. *aut maiorem collega rogari.* Pigh. l. l. *aut a minore collega maior rogari i. n. p.* Eam certe mentem esse Gellii intellexit I. G., et facile in ista earundem vocum repetitione potuisse aliquid excidere. *maior* pro *maiore* primus dedisse videtur Gron. in ed. a. 1651. pat. —

non potest. Nos his temporibus praetores praetore creante veterum auctoritatem sumus secuti; neque his comitiis in auspicio fuimus. Censores aeque non eodem rogantur auspicio atque consules et praetores. Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia: ideo illi minores, hi maiores magistratus appellantur. Minoribus creatis magistratibus tributis comitiis magistratus, sed iustius curiata datur lege; maiores centuriatis comitiis fiunt. Ex his omnibus verbis Messalae manifestum fit, et qui sint magistratus minores, et quamobrem minores appellentur. Sed et collegam esse praetorem consuli docet, quod eodem auspicio creantur. Maiora autem dicuntur auspicia habere, quia eorum auspicia magis rata sunt quam aliorum. Idem Messala in eodem libro de minoribus magistratibus ita scri-

Nos etc.] Hic est ordo vv. in edd. vett. Steph. Guelf. et aliis; Torn. Reg. et Lugd. mai. atque Iunt. *praetore praetores.* Inde ab ed. a. 1644. edebatur: *Praetores nos his t. praetore cr.* — *Fuimus*] Messala enim *Augur* comitiis interesse debuit. — *Creatis*] Ita cum codd. Gron. Guelf. et Sciopp. Iunt. pro *creandis.* Sensus est: quando minores magistratus creati sunt, dignitas illis confertur et traditur tributis comitiis; ita explicuit I. G. Lugd. mai. hab. *appellantur creatibus magistratibus* etc. Mox pro *magistratus* Guelf. iterum hab. *magistratibus.* — *Iustius*] Guelf. *iustas.* Latinus Latinius in Obss. (Graev. Thes. Antiq. Rom. V. 1.) pro *iustius* tantum *ius* malebat; I. G. in Addend. p. 902.: *sed ius illis curiata d. l.* probante V. D. in *Class. Journ.* l. l. In eandem fere emendationem incidit *Ouwens* Noctt. Hagan. 2, 2. p. 161 sq. ita ut legendum putaret: *ius iis.*

§. 5. *Manifestum*] Guelf. *manifestissimum*; mox *sunt* et *appellantur.* — *Minores*] Ms. in marg. cod. Voss. *maiores.*

bit: *Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum et contionem avocare potest. Praetor et comitiatum et contionem usquequaque avocare potest, nisi a consule. Minores magistratus nusquam nec comitiatum nec contionem avocare possunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit: quia bifariam cum populo agi non potest. Nec avocare alius alii posset, si contionem habere volunt, uti ne cum populo agant: quamvis multi magistratus simul contionem habere possunt.* Ex his verbis Messalae manifestum est, aliud esse cum populo agere, aliud contionem habere. Nam cum populo agere est: rogare quid populum, quod suffragiis suis aut iubeat aut vetet; contionem autem habere est: verba facere ad populum sine ulla rogatione.

CAPUT XVI.

Humanitatem non id significare, quod vulgus putat; sed eo vocabulo, qui sinceriter locuti sunt, magis proprie esse usos.

Qui verba Latina fecerunt, quique iis probe usi sunt, *humanitatem* non id esse volue-

§. 8. *Avocare*] I. e. impedire ne comitia habeantur et concionem a magistratu, qui eam advocavit, abducere. *Ois.* — *Alii*] Guelf. *aliis.* — *Volunt*] Ms. Ois. Guelf. et edd. vett. ante Iunt. *vellet*; Scheff. *velle.* Sequens *ne* delend. censebat Ois.; retinet I. G.; contigisse enim interdum; et concionem habere voluisse, uti ne cum populo agerent alii.

§. 10. *Quod*] Torn. *quid.* Guelf. edd. ante Iunt. *ad quod.* Praecedens *quid* positum est pro *aliquid.*

Cap. XVI. *Non* etc.] Guelf. *non sign. id quod;* mox om. *esse.*

runt, quod vulgus existimat, quodque a Graecis φιλανθρωπία dicitur, et significat dexteritatem quandam benevolentiamque erga omnis homines promiscam: sed *humanitatem* appellaverunt id propemodum, quod Graeci παιδείαν vocant; nos eruditionem institutionemque in bonas artis dicimus: quas qui sinceriter percipiunt appetuntque, ii sunt vel maxime humanissimi. Huius enim scientiae cura et disciplina ex universis animantibus uni homini data est; idcircoque humanitas appellata est. Sic igitur eo verbo veteres esse usos, et cum- 2
primis M. Varronem Marcumque Tullium, omnes ferme libri declarant: quamobrem satis habui unum interim exemplum promere. Ita- 3
que verba posui Varronis e libro *Rerum Humanarum* primo, cuius principium hoc est: *Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus. Humaniori*, inquit, non ita, ut vulgo dicitur, 4
facili et tractabili et benevolo, tametsi rudis literarum sit, (hoc enim cum sententia nequaquam convenit;) sed eruditiori doctiorique,

§. 1. *Et*] Edd. vett. *etsi*. — *Promiscam*] Eaedem ante Iunt. *promixtam*. Guelf. *promistam*. Iunt. Ald. *promiscuam*. Deinde eaedem ante Iunt. *appellarunt*. — *In* etc.] Wower. de Polymath. c. 11. ex vett. libb. refert: *qua bonas artes didicimus*. Mox Guelf. *sinceritus*. Dein *percipiunt* pro *cupiunt* dedi e Reg. in quo erat: *percupiunt*, sed altera linea primae vocalis *u* inducta. Tum pro *vel* (quod om. Guelf.) Linc. dat *et*. — *Cura*] Guelf. *et cura*, quo pertinet fortasse etiam lectio cod. Linc., ante enotata.

§. 2. *Promere*] Steph. *proponere*; nostrum exhibent etiam Sciopp. Guelf. et cod. Torn.

§. 3. *Cuius*] Guelf. *eius*.

qui Praxitelem, quid fuerit, et ex libris, et ex historia cognoverit.

CAPUT XVII.

Quid apud M. Catonem significent verba haec: *inter os atque offam.*

1 Oratio est M. Catonis Censorii *De Aedilibus vitio creatis.* Ex ea oratione verba haec sunt: *Nunc ita aiunt, in segetibus, et in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audivi, inter os atque offam multa intervenire posse; verumvero inter offam atque herbam, ibi verò lon-*
2 *gum intervallum est.* Erucius Clarus, qui praefectus urbi et bis consul fuit, vir morum literarumque veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriae nostrae doctissimum, quaerere sese et petere, uti sibi rescriberet, quaenam esset

§. 4. *Quid*] Marg. Gryph. *quis.* — *Ex*] Edd. ante Iunt. om. *ex.*

Cap. XVII. *Atque*] Steph. cum edd. ante Iunt. *et*, contra codd. Gron. Torn. Guelf. In ind. capp. Ald. etiam hab. *et. Offam* intellig. *cibum.* cf. Cic. de Div. 1, 15. quem loc. attulit I. G.

§. 1. *In* etc.] Vulg. *in segetibus, in h.; et* adiunxi ex edd. vett. — *Verumvero*] Ita Iunt. Steph. Guelf. et codd. Gron.; *vero* om. edd. vett. praeter Iunt. I. G. laudat Plaut. Curcul. 3. in.: Verum hercle vero; et Cic.: Vero inquit, vero inquam, vero facis.

§. 2. *Urbi*] Guelf. *urbis.* cf. 11, 7, 3. — *Morum* etc.] Ita edd. vett. pro vulg. *morum et lit. vet.* — *Uti*] Hoc pro *ut* edidit I. G. e (Guelf.) Reg. Lugd. ut. et Pet.; Iunt. pro *uti* exhib. *uir*; videtur *uti* dare voluisse. Nescio quare *ut* restitutum sit in ed. Bip.

eorum verborum sententia; tum Apollinaris, 3
nobis praesentibus, (nam id temporis ego adolescens Romae sectabar eum discendi gratia,) rescripsit Claro, ut viro erudito, brevissime: vetus esse proverbium *inter os et offam,* idem significans quod Graecus ille *παροιμιώδης* versus:

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

CAPUT XVIII.

Platonem tribuere Euripidi Sophocli versum; et inveniri versus verbis iisdem, aut paucis syllabis immutatis, apud diversos poëtas temporibus variis natos.

Versus est notae vetustatis senarius: 1

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

Eum versum Plato in Theaeteto Euripidi esse 2

§. 3. *Tum*] Guelf. *tunc;* mox *id tempus.* — *Proverbium*] Voc. *prov.* deest in Reg.; et posse intelligi vel istud ipsum, vel *dictum,* aut simile, annotavit I. G. Sequentem versum laudat Didym. Od. 1. ex Dionys. Thrace. Pro *πέλει* Steph. Specim. Emendd. p. 182 sq. malebat *πέτει*; reprobante I. G. Pro *κύλ.* al. *κοτύλης.*

Cap. XVIII. *Platonem* etc.] Totum hoc lemma om. Guelf. et utrumque caput coniunctum hab. Edd. ante Iunt. in ind. capp. om. vv. *Platonem tr. E. S. v. et.* H. l. cum Iunt. Ald. hab. *Sophoclis,* sicut quoque §. 2. Sed §. 3. ed. Rom. hab. *Sophocli,* reliquae *Sophoclis.* Guelf. etiam bis *Sophoclis.* V. 1, 15, 17.

§. 1. *Vetustatis*] Ita Reg. et edd. vett. ante Iunt. Vulg. *venustatis.* Venustatem peculiarem in eo non apparere, vidit I. G. Restituerunt tamen editt. Bip. Mox *συνουσίᾳ* hab. edd. ante Iunt.

§. 2. *Theaeteto*] Guelf. *theateco. Theage* legend.

dicit; quod quidem nos admodum miramur; nam scriptum eum legimus in tragoedia Sophocli, quae inscripta est *Αἴας ὁ Λοκρός*. Prior
3 autem natus fuit Sophocles, quam Euripides. Sed etiam ille versus non minus notus:

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ·

et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titu-
4 lus est *Φιλοκτήτης*, et in Bacchis Euripidi. Id quoque animadvertimus, apud Aeschylum *ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμήθει*, et apud Euripidem in tragoedia, quae inscripta est *Εἰνώ*, eundem esse versum absque paucis syllabis. Aeschylus sic:

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια.

esse e Reg. *Theaeto* putabat I. G. Euripidi tribuit hunc v. Plato in Theage c. 6. et lib. 8. de Rep. cf. Gataker. Cinn. 1. p. 47. et I. G. Deinceps *Euripidis* hab. Guelf. et edd. ante Iunt. Sed §. 3. ed. Rom. hab. *Euripidi*; reliquae, etiam Iunt., et Guelf. *Euripidis.* — Ὁ] Articul. om. Scheff. Pet. et Ois., hic quidem operarum vitio; nam in annot. habet. Deinceps in exemplari Salm. adscriptum est: *γρ. natu:* ut c. 19. cf. 17, 21, 18.

§. 3. *Scriptus*] Cod. Torn. et Guelf. *scriptum.* — *Φιλοκτήτης*] Vulg. *φυλετίδες*, i. e. Tribules; Casaub. ad Athen. 8. *ΦΘιωτίδες*, Ois. ut est in Excerpt. Ms. *Αἰχμαλωτίδες.* Pet. *filotides*, inde I. G. *φιλητίδες*, mulieres reae furti, vel vitio huic deditae. Nostrum hab. Scheff.; nec procul recedunt edd. vett. *φυλοκτήτης* (ed. Rom. *φινδκτητης*) i. e. *Philocteta.* cf. Gataker. Advers. misc. c. 10. p. 118. Brunck. ad Soph. hoc unice probat. cf. Fabr. Bibl. Gr. V. 2. p. 214. ed. Harl. Steph. Specim. Emendd. p. 196. — *Bacchis*] Vers. 193.

§. 4. *Εἰνώ*] Cf. Reines. VV. LL. 3, 2. Edd. vett. *Ἴνω.* — Θ'] Edd. vett. bis τε pro δ'. Dein pro *autem sic* tantum hab. *ita.* Vv. *Eur. aut. sic* om. Guelf. —

Euripides autem sic:

Σιγᾷν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Fuit autem Aeschylus non brevi antiquior.

CAPUT XIX.

De genere atque nominibus familiae Porciae.

Cum in domus Tiberianae bibliotheca se- 1
deremus ego et Apollinaris Sulpicius, et alii quidam mihi aut illi familiares, prolatus forte liber est ita inscriptus: M. CATONIS NEPOTIS. Tum quaeri coeptum est, quisnam is 2
fuisset *M. Cato Nepos.* Atque ibi adolescens 3
quispiam, quod ex eius sermonibus coniectare potui, non abhorrens a literis: Hic, inquit, est M. Cato, non cognomento Nepos, sed M. Catonis censorii ex filio nepos, qui pater fuit M. Catonis praetorii viri, qui bello civili Uticae necem sibi gladio manu sua conscivit; de

Ἵν' ἀσφαλές] Steph. (l. l. p. 195.) *τὸ ἀσφ.*; *ιν* hab. Mem. et Lugd. ut. *ην* Scheff., unde Gron. pat. *ἵν' ἀσφ.*, quod hab. etiam Excerpt. Ms. apud I. G. Operarum fort. vitio *ἵν'* in ed. Bip. omissum est. In exemplari Salm. confertur v. Aesch. Sept. *φιλεῖ δὲ σιγᾷν ἢ λέγειν τὰ καίρια*, et Choeph. *σιγᾷν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.*

Cap. XIX. *Atque*] Pet. *ac.* Tabula familiae Porciae propaginem complexus est Falster. p. 291. cf. Funk. *Realschullex.* sub v. *Porcia gens.* p. 671.

§. 1. *Domus* etc.] Ms. in marg. cod. Voss. *domo T. bibliothecae.* Guelf. *in domos Tib. bibliothece.* — *Alii quidam*] Ita edd. ante Iunt. et Guelf. pro vulg. ordine *quidam alii.*

§. 3. *Atque*] Eaedem edd. et Guelf. *at ibi*; dein *sermone* pro *sermonibus.* — *Conscivit*] Steph. *concivit* scribendum esse censuit. v. ad 10, 17, 2. Mox

cuius vita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur *Laus M. Catonis:* quem in eodem libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis censorii. Eius igitur, quem Cicero laudavit, pater hic fuit M. Cato, cuius orationes feruntur inscriptae, M. Catonis Nepotis. Tum Apollinaris, ut mos eius in reprehendendo fuit, placide admodum leniterque: Laudo, inquit, te, mi fili, quod in tantula aetate, etiamsi hunc M. Catonem, de quo nunc quaeritur, quis fuerit, ignoras, auditiuncula tamen quadam de Catonis familia aspersus es. Non unus autem, sed complures M. illius Catonis censorii nepotes fuerunt, geniti non eodem patre; duos enim M. ille Cato, qui et orator et censor fuit, filios habuit et matribus diversos, et aetatibus longe dispares. Nam iam adolescente altero, matre eius amissa, ipse quoque iam multum senex, Salonii clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex qua natus est ei M. Cato Salonianus: hoc enim illi cognomentum fuit a Salonio, patre matris, datum. Ex maiore autem Catonis filio, qui praetor designatus patre vivo mortuus est, et egregios *De iuris disciplina* libros reliquit, nascitur hic, de quo quaeritur, M. Cato, M. filius, M. nepos. Is satis vehemens orator fuit;

v. *vita* om. Guelf. Fort. de quo liber. — *M.*] Praenomen addidi ex Guelf. et edd. vett. (Iunt. Ald. hab. *Mar.*) — *Censorii* etc.] Vv. *censorii — Cato* om. Guelf.

§. 5. *Leniterque*] Linc. *perleniterque.* Guelf. *pleniterque*; voluit fort. dare etiam *plenit.* i. e. *perlen.*

§. 6. *Sed*] Guelf. *si.*

§. 8. *Ei*] Pronom. deest in Guelf. et Sciopp.; deinceps iidem dant: *cognomen.*

§. 9. *Disciplina*] Ms. Ois. *disciplinis.* cf. Ois.

multasque orationes ad exemplum avi scriptas reliquit, et consul cum Q. Marcio Rege fuit: inque eo consulatu in Africam profectus, in ea provincia mortem obiit. Sed is non ita, 11
ut dixisti, M. Catonis, praetorii viri, qui se Uticae occidit, et quem Cicero laudavit, pater fuit: nec, quia hic nepos Catonis censorii, ille autem pronepos fuit, propterea necessum est, patrem hunc ei fuisse; hic enim nepos, cuius 12
haec modo prolata oratio est, filium quidem maiorem Catonem habuit: sed non eum, qui Uticae periit; sed qui, cum aedilis curulis fuisset et praetor, in Galliam Narbonensem profectus, ibi vita functus est. Ex altero au- 13
tem illo, censorii filio, longe natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi, duo nati sunt L. Cato et M. Cato. Is M. Cato 14
tribunus plebis fuit; et praeturam petens mortem obiit: ex eoque natus est M. Cato praetorius, qui se bello civili Uticae interemit, de

§. 10. *Inque* etc.] Torn. *in quo c.*

§. 11. *Ei*] Pronom. *ei* om. Steph. contra codd. (Guelf.) et edd. vett.

§. 12. *Fuisset* etc.] Ita Reg. Vulg. *et praet. f.* — *Vita* etc.] Guelf. *funct. vita est.*

§. 13. *Illo*] *Illo* pro *viro* est e Reg. *iro* hab. Scheff.

§. 14. *M. Cato*] Nonnulli codd. Gron. et Guelf. *Cato Marçus.* Lugd. min. *ia marcus*, primae vocali *a* imposita obliqua litera *v*. Addit I. G.: *sed Reg. et Lugd.*; quae quid sibi velint, ignoro. Fort. hos libros lectionem vulgatam firmare dicere voluit, quam interim intactam reliqui. — *Ex eoque*] Vulg. *exque eo*; nostrum dederunt Reg. et Pet. et Guelf. Infra tamen 19, 1, 5. est: *inque illo.* cf. 2, 12, 1.: in eoque casu. 17, 2, 9. 17, 11, 2: 21, 28. Cum praepositione saepe istud *que* connectit Gell. cf. 1, 13, 1.

cuius vita laudibusque cum M. Tullius scriberet, pronepotem eum Catonis censorii dixit
15 fuisse. Videtis igitur hanc partem familiae, quae ex minore Catonis filio progenita est, non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre; nam quia ille Salonianus in extrema patris aetate, sicuti dixi, natus fuit, prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt, quam qui a maiore fra-
16 tre eius geniti erant. Hanc [quoque] temporum differentiam facile animadvertetis ex hac
17 ipsa oratione, cum eam legetis. Haec Sulpicius Apollinaris nobis audientibus dixit; quae postea ita esse, uti dixerat, cognovimus, cum et laudationes funebres et librum commentarium de familia Porcia legeremus.

CAPUT XX.

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus vocum atque verborum iucundioris, (quae a Graecis εὐφωνία dicitur,) quam regulae disciplinaeque, quae a Grammaticis reperta est.

1 Interrogatus [est] Probus Valerius, (quod ex familiari eius quondam comperi;) *has*ne

Zumpt. Gramm. lat. p. 275. Mox Guelf. om. *est;* tum hab. *M. Tull. cum scrib.*

§. 16. *Quoque*] Edd. vett. inserunt *quoque*, quod delevit Steph.; ignorant codd. Guelf.

§. 17. *Nobis audient.*] Steph. *audient. nobis.* — *Laudationes*] Hae plurimum ad historiae cognitionem proderant. cf. tamen Liv. 8, 40.; Cic. Brut. 16. Vales. in Addend. Gron. p. 902. Add. Lachmann. de Fontib. Liv. p. 19.

Cap. XX. *Disciplinaeque*] Edd. vett. praeter Bonon. h. l. hab. *disciplinae* omisso *que*; Iunt. et Ald.

urbis, an *has urbes*, et *hanc turrem*, an *hanc turrim* dici oporteret: *Si aut versum*, inquit, *pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba tibi dicenda sunt: non finitiones illas praerancidas neque foetutinas grammaticas spectaveris; sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere; quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum.* Tum 2 is, qui quaesierat: Quonam modo, inquit, vis aurem meam interrogem? Et Probum ait re- 3 spondisse: Quo suam Virgilius percontatus est, qui diversis in locis *urbes* et *urbis* dixit arbitrio consilioque usus auris. Nam in primo 4 *Georgicôn*, quem ego, inquit, librum manu ipsius correctum legi, *urbis* per *i* literam scripsit. Verba e versibus eius haec sunt:

[Tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum

disciplina; in ind. capp. edd. praeter Iunt. hab. *reg. et discipl.* Iunt. *disciplinae* sine particula *que.*

§. 1. *Est*] Hoc v. deest in Thuan., et sic rectissime subsequi connexa (interrogatus-inquit) admonuit I. G. Deinde *quodam* pro *quondam* hab. vet. cod. in exempl. Salm. Lugd. ut. Pet. Torn. Guelf. et edd. vett. Vulgat. firmant Reg. aliique et Iunt. Ald. — *Illas*] Pronom. om. Scheff. Sequens *neque* om. Thuan. Et possunt haec optime instar appositionis intelligi, qua explicantur praecedentia. *I. G.* Pro *foet.* Guelf. et edd. vett. *fetudinas.* Iunt. *fetut.* — *Quo*] Guelf. *quod.*

§. 3. *Quo*] Guelf. *quoque.*

§. 4. *Georgicôn*] Edd. ante Iunt. *Georgicorum.* v. Schneid. l. l. p. 83. — *Correctum*] Omnes libb. Gron. Guelf. Torn. et edd. vett. *collectum*, quod restituit Long.; correxisse videtur Steph. cum marg. Gryph. Versus Virg. sunt Georg. 1, 25. 26. Aen. 3, 106. 2, 460. 224. 10, 350 sq. 2, 554. 1, 245. — *Verba* etc.] Reg. et Lugd. mai. *verbe versib.*; in Reg.

Concilia incertum est,] urbisne invisere, Caesar,
Terrarumque velis curam.

Verte enim, et muta, ut *urbes* dicas, insubi-
5 dius nescio quid facies et pinguius. Contra in tertio *Aeneidis urbes* dixit per *e* literam:

Centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut *urbis* dicas, nimis exilis vox erit et exsanguis. Tanta quippe iuncturae differentia est in consonantia vocum proxima-
6 rum. Praeterea idem Virgilius *turrim* dixit, non *turrem*, et *securim*, non *securem*:

Turrim in praecipiti stantem.

Et:

Incertam excussit cervice securim.

Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis, quam si suo utrumque loco per *e* literam di-
7 cas. At ille, qui interrogaverat, rudis profecto et aure agresti homo: Cur, inquit, aliud alio in loco potius rectiusque esse dicas, non sane
8 intelligo. Tum Probus iam commotior: Noli

sec. manus: *verba versus eius.* Vv. *e vers.* ab interprete profecta videntur. Verba *Tuque - incert. est* sunt tantum in edd. vett. ante Iunt. — *Insubidius*] Edd. vett. et Guelf. *insipidius.* Nostrum dedit ex codd. Carr. Emendd. 1, 12.

§. 5. *Aeneidis*] Ita omnes codd. Guelf. et edd. vett. pro vulg. *Aeneidos.* Supra tamen 2, 3, 5. sine ulla varietate legitur *Aeneidos.* cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 284. — *Est*] Guelf. om. *est.*

§. 6. *Dixit*] Ita Guelf. et edd. vett. et scripsit Long. pro vulg. *dicit.* De Accusat. *turrim* v. Schneider. l. l. p. 209. — *Non*] Guelf. *et non.*

§. 7. *Cur*] Guelf. *cum.* — *Potius*] Gryph. *doctius*, in marg. *potius.*

igitur, inquit, laborare, utrum istorum debeas dicere, *urbis* an *urbes*. Nam cum id genus sis, quod video, ut sine iactura tui pecces, nihil perdes, utrum dixeris. His tum 9
verbis Probus et hac fini hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles, prope inclementer. Nos autem aliud quoque postea con- 10
similiter a Virgilio duplici modo scriptum invenimus. Nam et *tres* et *tris* posuit, eodem in loco, ea iudicii subtilitate, ut si aliter dixeris muta[ve]risque, et aliquid tamen auris habeas, sentias suavitatem sonitus claudere. Versus ex decimo hi sunt: 11

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema,
Et tris quos Idas pater et patria Ismara mittit:

tres illic, *tris* hic; pensicula utrumque modulareque: reperies suo quodque in loco sona-

§. 8. *Noli* etc.] Guelf. *Noli igit. inq.* pro: *noli, inq., igit. lab.*

§. 9. *Tum*] Guelf. *tamen.*

§. 10. *Et*] Edd. vett. om. *et*; hab. Guelf., qui deinceps dat *in eod. loco.* — *Mutaverisque*] Reg. *mutarisque.* H. de Marnef. *mutuaverisque.* — *Claudere*] Edd. vett. *dividere.*

§. 11. *Threicios*] Guelf. *traicios*; mox *quod* pro *quos*; tum om. vv. *illic tris.* — *Tres* etc.] Edd. vett. *tres hic, tris illic.* — *Pensicula* etc.] Sic Reg. Thuan. Mem. Pet. Lugd. ut. Torn. et vet. cod. in marg. exempl. Salm. Edd. vett. *utrumque pensiculate, modulateque reperies*; quaedam ut Steph. *pensicula utrumque et moderare*; al. *pensicula utrumque moderate.* Ed. an. 1651. et subsequentes: *pensicula utrumque et modulare*; quod est e coniectura Steph. (v. Specim. Emendd. p. 138.). Linc. Guelf. *penficula* (Guelf. *pensicula*) *modulare utrumque.*

12 re aptissime. Sed in illo quoque itidem Virgilii versu:

Haec finis Priami fatorum,

si mutes, et *hic finis* dicas, durum atque absonum erit, respuentque aures, quod mutaveris. Sicut illud contra eiusdem Virgilii insuavius facias, si mutes:

Quem das finem, rex magne, laborum?

Nam si ita dicas: *Quam das finem*, iniucundum nescio quo pacto et laxiorem vocis sonum
13 feceris. Ennius item *rectos cupressos* dixit contra receptum vocabuli genus, hoc versu:

Capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.

Firmior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus est, *rectos* dicere *cupressos*, quam re-
14 *ctas*. Contra vero idem Ennius in *Annali* duodevicesimo *aëre fulva* dixit, non *fulvo*;

Gron. pat. in marg.: Iun. *Utrumque pensiculate modulateque.* l. *Utrumque pensicula e modulatu* aut *modulamine.* Inf. h. c. *simili usus modulamine. Sc.* Addit I. G.: ut scias haec Scriveriana esse. — *Quodque*] Edd. vett. *quicque* (*quidque*). Guelf. *suos quidque in l.*

§. 12. *Si* etc.] Vulg. *simul ut et hic;* et ita Lugd. min.; Guelf. *simul et ut hic.* Nostrum dedit e Reg. I. G. Lugd. mai. *si mutes hic et hic finis.* Mercer. ad Non. *Si mutes ut hic finis d.*, quod innuere videtur lectio Guelf. — *Facias*] Guelf. *facies.*

§. 13. *Ennius*] Cf. Non. sub v. cupressus. Ruddimann. I. p. 11. annot. 61. — *Capitibus*] Scrib. sive certe pronunciandum: *Captibu'.* cf. Non. 3, 34. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 171. Pro *nutantes* marg. Gryph. hab.: al's *nutantibus.* Guelf. hab. *mutantis.* — *Viridior*] Scheff. *vividior*, quod coniecerant Scriv. et Ois. Sed I. G. confert 2, 3.: ut sonus — esset viridior vegetiorque.

§. 14. *Ennius*] Cf. 2, 26, 12. — *Fulva*] Guelf.

non ob id solum, quod Homerus ἠέρα βαθεῖαν dicit: sed quod hic sonus, opinor, vocabilior [est] visus et amoenior. Sicuti M. etiam Ci- 15
ceroni mollius teretiusque visum est, in quinta *in Verrem fretu* scribere, quam *freto: Perangusto*, inquit, *fretu divisa.* Erat enim crassius iam vetustiusque, *perangusto freto* dicere. Itidem in secunda, simili usus modu- 16
lamine: *manifesto peccatu*, inquit, non *peccato:* hoc enim scriptum in uno atque in altero antiquissimae fidei libro Tironiano reperi. Verba sunt Ciceronis haec: *Nemo ita* 17
vivebat, ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur,

ifulva. An *in fulva?* — *Vocabilior*] Gryph. *vocalior.* Guelf. *vocabulior.* Sciopp. et Steph. *hoc habilior*; hinc nonnulli fecerunt *cohabilior;* Ois. aliique: *notabilior.* Nostra lectio est in codd. Gron. Torn. et edd. vett. V. *est* om. Reg. et Lugd. mai. *est* et *visus* om. Memm. et Pet.; neutrum desiderari censuit I. G.

§. 15. *M. etiam Cic.*] Ordinem vv. vulgat. *etiam M. Cic.* mutavi e Reg. Tum cod. Ois. hab. *rectiusque* pro *teret.* Dein v. *est* addidi ex edd. vett. — *Quinta*] Cap. 66. — *Vetustiusque*] Ita Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Mem. Linc. Scheff. et Ms. Ois. pro *vastiusque*; *iam* accessit e Reg. Pro eo Lugd. mai. hab. *q,* cum eis ductibus, qui notare solent *quam.* Praeterea ante Scheff. *enim erat* exhibet, quod probare videtur I. G.: sic, dicens, denique venimus ad Gellii elegantiam. cf. 2, 8, 7. 10, 13, 4. Deinceps Guelf. dat: *fretu divisa erat dicere;* ubi *erat* ex antecedd. ortum.

§. 16. *Secunda*] Cap. 6. — *In*] Guelf. om. *in.*

§. 17. *Nemo*] Guelf. *non*; mox: *tum imprudens f. in f. cum imprud.*

18 *si negaret.* Huius autem vocis cum elegantior hoc in loco sonus [est], tum ratio certa
19 et probata est. Hic enim *peccatus*, quasi *peccatio*, recte Latineque dicitur: sicut: hic *incestus*, non qui admisit, sed quod admissum est, et hic *tributus*, quod *tributum* nos dicimus, a plerisque veterum dicta sunt. Hic quoque *allegatus*, et hic *arbitratus* pro *allegatione* proque *arbitratione* dicuntur. Qua ratione servata, *arbitratu* et *allegatu meo* di-
20 cimus. Sic igitur *in manifesto peccatu* dixit, ut *in manifesto incestu* veteres dixerunt: non quin Latinum esset, *peccato* dicere: sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem
21 molliusque est. Lucretius aeque auribus inserviens *funem* feminino genere appellavit, in hisce versibus:

Haud, ut opinor, enim mortalia secla superne
Aurea de coelo demisit funis in arva;

cum dicere usitatius manente numero posset:

Aureus e coelo demisit funis in arva.

22 Sacerdotes quoque feminas M. Cicero *antistitas*

§. 18. *Est*] V. *est* om. edd. vett.; pro eo Iunt. et Ald. hab. *et.*

§. 19. *Hic*] Pronom. *hic* restituit I. G., quum nonnulli editt. recentt. omisissent. Hab. omnes libb. — *Alleg. proque*] Vv. *alleg. proque* om. Guelf.; mox hab. *in eo* pro *meo.*

§. 21. *Inserviens*] Ed. Gron. prior operar. vitio *serviens.* — *Versibus*] Lib. 2, 1154. Cf. etiam Non. sub v. *funis.* Ruddimann. I. p. 25. not. 33. Pro *Haud* edd. ante Iunt. hab. *Nunc.*

§. 22. *Quoque*] Edd. ante Iunt. *etiam.* Dein Guelf. *dixit.* —

dicit, non secundum grammaticam legem *antistites*. Nam cum insolentias verborum à veteribus dictorum plerumque respueret, huius tamen verbi in ea parte sonitu delectatus: *Sacerdotes*, inquit, *Cereris atque illius fani antistitae*. Usque adeo in quibusdam neque 23
rationem verbi, neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt suis verba modulis pensitantem. *Quod qui non sentiunt*, inquit 24
idem ipse M. Cicero, cum de numerosa et apta oratione dissereret, *quas auris habeant, aut quid in iis hominis simile sit, nescio*. Illud vero cumprimis apud Homerum veteres 25
grammatici annotaverunt, quod, cum dixisset quodam in loco κολοιούς τε ψῆράς τε, alio in loco non ψηρῶν τε, sed ψαρῶν dixit:

Τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,

secutus non communem, sed propriam in quocunque vocis situ iucunditatem: nam si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonitu insuave.

CAPUT XXI.

Verba T. Castricii rhetoris ad discipulos adolescentes de vestitu atque calceatu non decoro.

T. Castricius, rhetoricae disciplinae doc- 1
tor, qui habuit Romae locum principem de-

Plerumque] Fuerunt qui *pleraque* scriberent. v. Ruddimann. II. p. 63. annot. 47. — *Inquit*] In Verr. 4, 45.

§. 25. *Homerum*] Il. 16, 583. 17, 755. — *Communem*] Guelf. *omnem*. — *Quocunque*] Ita edd. vett. pro vulg. *quoque*. — *Alterius*] Reg. *altero*.

Cap. XXI. *Calceatu*] Edd. vett. *calciatu*.

§. 1. *Principem*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *prae-*

clamandi et docendi, summa vir auctoritate gravitateque, et a divo Hadriano in mores atque literas spectatus, cum me forte praesente (usus enim sum eo magistro) discipulos quosdam suos senatores vidisset die feriato tunicis et lacernis indutos et gallicis calceatos: *Equidem*, inquit, *maluissem, vos togatos esse: pigitum est, cinctos saltem esse et penulatos. Sed si hic vester huiuscemodi vestitus de multo iam usu ignoscibilis est: soleatos tamen vos populi Romani senatores per urbis vias ingredi nequaquam decorum est, non hercle vobis minus, quam illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine*
2 *obiectavit.* Haec me audiente Castricius, et

cipue. Mox *et doc.* pro *ac doc.* dedi cum edd. vett. — *Spectatus*] I. e. morum atque literarum magister electus. Plin. Epist. 4, 13, 11.: *Rogo ut -- circumspicias praeceptores. Falster.* Fort. *in* significat: *quod attinet ad;* (cf. Tursellin. de Partic. p. 320.) ut sensus sit: Magni eum aestimasse Hadrianum propter mores. Beloe transfert: *respected for the purity of his morals and his attainments in litterature.* — *Forte*] *Forte* addidit I. G. e Torn. Reg. et Lugd. mai., et mox ex iisdem et Lugd. min. atque Pet. edidit *usus enim sum* pro: *usus sum enim.* Guelf. *usque enim sum.* — *Die fer.*] Guelf. *fer. die.* — *Gallicis*] Sciopp. et infra bis: *caligis* et *caligas.* Deinceps Guelf. *calciatos*; et infr. *calciament.* — *Pigitum est*] Signum interrogationis post *penul.* ponit Ois. Contra I. G. vv. *pigitum est* interposita accipit: *esse* (*pigitum est!*) *cinctos* etc. coll. Macrob. Sat. 2, 10.: quod me reip. maxime misertum est. — *Nequaquam*] Cf. Suet. Calig. c. 52. Meiners, *Geschichte des Verf. der Sitten der Römer.* p. 155 sq. — *Hercle*] Guelf. *hercl'e* (hercule). — *Illi*] Gron. intelligit M. Antonium. Rectius Falster. p. 293. *Verrem*; coll. Cic. in Verr. 5, 33.: Stetit soleatus praetor Romanus etc.

quaedam alia ad eam rem conducentia Romane et severe dixit. Plerique autem ex iis, 3
qui audierant, requirebant, cur soleatos dixisset, qui gallicas, non soleas, haberent. Sed 4
Castricius profecto scite atque incorrupte locutus est. Omnia enim ferme id genus, qui- 5
bus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, *soleas* dixerunt; nonnunquam voce Graeca *crepidulas*. *Gallicas* autem ver- 6
bum esse opinor novum, non diu ante aetatem M. Ciceronis usurpari coeptum; itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum: *Cum gallicis*, inquit, *et lacerna cucurristi*. Neque in ea significatione id apud 7
quenquam alium scriptum lego gravioris dumtaxat auctoritatis scriptorem: sed ut dixi, crepidas et crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum appellaverunt, quod Graeci κρηπίδας [vocant], eiusque calceamenti sutores crepidarios dixerunt. Sempronius Asel- 8
lio in libro *Rerum gestarum* quarto decimo: *Crepidarium*, inquit, *cultellum roguvit a crepidario sutore*.

§. 3. *Audierant*] Nonnullae edd. recentt. *audiverant*, contra libb.

§. 5. *Infimae teg.*] Edd. vett. *in fine teg.* Guelf. *infine.* Iunt. *in fime.* Ald. *infime.* Mox pro *vincta* edd. vett. hab. *iuncta.* Gryph. marg. *vincta.*

§. 6. *Est*] Guelf. om. *est;* mox hab. *Antoniarum*, quod probum esse videtur. V. Cic. in Ant. 2, 30 extr.

§. 7. *Vocant*] Edd. vett. om. v. *vocant*; atque facile *appellant* ex antecedd. intelligi potest V. Aelian. V. H. 9, 3. Herodian. 4, 8. Valer. Max. 9, 1, 4. extern.

CAPUT XXII.

Comprecationes, quae ritu Romano fiunt diis, expositae sunt in libris sacerdotum; inter quas Marti *Nerienem* tribuunt: et quid *Neriene* seu *Nerio* nomen importet.

1 Comprecationes deûm immortalium, quae ritu Romano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum populi Romani et in plerisque an-
2 tiquis orationibus. In iis scriptum est: *Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Iurites Quirini, Maiam Volcani, Heriem*

Cap. XXII. *Sunt*] Steph. p. 578. aliique eum secuti in ind. capp. om. v. *sunt*; Guelf. om. antea v. *fiunt*.

§. 1. *Deûm*] Edd. vett. *deorum*. Nostrum Guelf. firmat. — *Fiunt*] Edd. vett. *diis fiunt*. Voc. *diis* om. cum codd. (Guelf. Iunt. et Ald.) Steph.; e lemmate illatum videtur. — *Libris*] Qui *indigitamenta* dicti sunt. cf. Ois. et Serv. ad Virg. Georg. 1, 21. quem laudavit I. G.

§. 2. *Luam*] Ms. Ois. et Iunt. *Lacam*; edd. vett. *Laciam*; Guelf. *latam*. cf. Turneb. Advers. 19, 11. Idem 30, 32. leg. *Latium*, a Latio. *Lucam* Mem. et Pet. *Latam* (quasi tenderet ad *Laram*. *I. G.*) Linc. Nostrum est in Reg. et Lugd. ut. et dedit iam Steph. De Salacia (Guelf. *Salatina*) cf. Scalig. Append. ad Coni. in Varron. et Pric. ad Appul. Apol. p. 90. quem laudavit I. G. — *Horam*] Cf. Ovid. Metam. 14, 851. — *Iurites Quirini*] Reg. *quirinunrites quiritu*; ex eodem Lamb. *quirini virites quirini*; ut hab. etiam Lugd. mai.; sed min. *virites quiricii*; Linc. *iurites quiriui* aut *icii*. Ms. Ois. et Guelf. *Virites Quiritii*. Edd. vett. (praeter Iunt. ubi est *I. Quirini*; Gryph. marg. 1539. 1542. hab. *Iuriten*. Marg. Gryph. 1591. *Iuritem*.) *Iurites Quiritii*; Turneb. l. l. 19, 11. *Curitia Quiritii*. Partem doctrinae Romanae obscurissimam et impenetrabilem hanc esse

Iunonis, Molas Martis, Nerienemque Martis. Ex quibus id quod postremum posui, sic ple- 3
rosque dicere audio, ut primam in eo syllabam producant, quo Graeci modo dicunt νηρειδας: sed qui proprie locuti sunt, primam correptam dixerunt, tertiam produxerunt. Est 4
enim rectus casus vocabuli [eius], sicut in libris veterum scriptum est, *Nerio*. Quanquam M. Varro in satira Menippaea, quae inscribitur *Σκιομαχία*, non *Nerio*, sed *Nerienes* vocative dicit in his versibus:

Te Anna ac Perenna, Panda, te Lato, Pales,

annotavit I. G. — *Maiam*] Steph. *Naiam*. Ms. in marg. cod. Voss. *Manum*. cf. Macr. Sat. 1, 12. *Maiam* firmant Torn. et edd. vett. Guelf. *Maïa*. Deinceps *Vulc.* Guelf. et edd. ante Iunt. — *Heriem*] Edd. vett. *Nerien*. Turneb. *Nerienem*. Reg. *herien*; quod recepit Long. Guelf. Lugd. ut. et Pet. *heriem*. — *Molas*] Torn. Reg. et Scheff. atque Iunt. *Moles*. — *Nerienemque M.*] Edd. vett. praeter Iunt. *Nerienem quoque M.*

§. 3. *Id*] Guelf. om. *id*. — *Proprie*] Ita Reg. Lugd. mai. Torn. et v. c. Ois. Vulg. *probe*. Deinde Torn. et v. c. Ois. *correptim*.

§. 4. *Eius*] Edd. vett. et Guelf. om. *eius*. Mox *Menippia* hab. edd. ante Bonon.; Bon. *Menippea*. — *Σκιομαχία*] Vulg. *σκιαμ.*; *σκιομ.* est in omnibus codd. cf. Varr. Fragm. p. 304. Edd. vett. add. *vel χριομαχία i. e. arietum pugna*. V. Politian. Miscell. c. 34. Eaedem mox hab. *Neriones* pro *Nerienes*; in versu autem *Nerienes*. — *Te* etc.] Ita Reg. Lugd. ut. Torn. Sciopp. et Turneb. l. l. quibus accedunt codd. Guelf. et Franequer. ap. Burmann. in Antholog. Lat. V. 1. p. 56. col. 2. nisi quod *Peranna* hab.; Linc. *te amina ac peramna*. Carr. ant. LL. 1, 1. *Ted' Anna Perenna* (cf. Ois.). Edd. vett. *Theanna* (Iunt. *Teanna*) et *Peranna*. Scalig. ad Varron. p. 80. *Te Anna et Peranna*. Scriv. cod. *Te Anna, te Peranna*. Al. *Θεὰ Anna, Peranna*. Popma ad Varr. Fr. p. 381. Bip.

Nerienes, [et] Minerva, Fortuna, ac Ceres.
5 Ex quo nominandi quoque casum eundem fieri
necessum est. Sed *Nerio* a veteribus sic de-
6 clinatur, quasi Anio; nam perinde ut *Anie-*
nem, sic *Nerienem* dixerunt tertia syllaba
7 producta. Id autem, sive *Nerio* sive *Nerie-*
nes [est], Sabinum verbum est, eoque signi-
8 ficatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis,
quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat
egregia atque praestanti fortitudine, *Nero* ap-
9 pellatus est. Sed id Sabini a Graecis acce-
pisse videntur, qui vincula et firmamenta
membrorum νεῦρα dicunt; unde nos quoque
10 Latine *nervos* appellamus. *Nerio* igitur Mar-
tis vis, et potentia, et maiestas quaedam esse

Te Anna, perenna. Laberii Mimus erat: Anna Perenna. cf. 16, 7. Non. sub v. Colabella. Deinceps edd. vett. praeter Iunt. *Pranda*; nostrum ex antiquis libb. laudat Turn. Scriv. cod. om. Tum edd. vett. et Guelf. *Celato* (Iunt. *telato*); unde Scalig. aliique: καὶ Λατὼ, Turneb. *Latona, et Pal* s. *te Lato*; Scriv. cod. *te Latona, te Pales.* Grot. in notis ad Aratea p. 38. coni. Θέα *Anna Peranna, Panda* καὶ Λατὼ, *Pales.* — *Nerienes* etc.] Ascens. et cod. Scriv. *Ner. et M.*; copula carent reliquae edd. vett. et codd. Gron. Franequer. et Guelf.; Carr. coni. *Te Ner., M.*; *Minervam* hab. Reg.

§. 5. *Declinatur*] Reg. et Lugd. mai. *declinabitur.* An *declinabatur?* Cf. Ruddimann. I. p. 60. annot. 83.

§. 6. *Producta*] Reg. om. v. *prod.* Et forsan iam non id egit, ut attenderet ad istam ipsam quantitatem, sed solam formationem. *I. G.*

§. 7. *Sive Ner.*] Guelf. *seu Ner.* V. *est* om. Sciopp., et commode abest.

§. 8. *Nero*] Cf. Suet. Tib. c. 1. ibiq. Casaub.

§. 9. *A Gr.* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro: *Sab. accep. a Gr. v.* — Νεῦρα] Guelf. *neura.*

Martis demonstratur. Plautus autem in Truculento coniugem esse Nerienem Martis dicit, atque id sub persona militis in hoc versu: 11

Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.

Super ea re audivi non incelebrem hominem dicere, nimis comice Plautum imperito et incondito militi falsam novamque opinionem tribuisse, ut Nerienem coniugem esse Martis putaret. Sed id perite magis quam comice dictum intelliget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium, in quo scriptum est, Hersiliam, cum apud T. Tatium verba faceret, pacemque oraret, ita precatam esse: *Neria Martis te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi et suis posteris, et patriae pararent. De tui,* inquit, *coniugis consilio,* Martem scilicet significans; per quod apparet, non esse id poëtice a Plauto dictum; sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur. Inibi autem animadvertendum est, quod Gellius 12 13 14 15

§. 11. *Truculento*] 2, 6, 34.

§. 13. *Id perite*] Mem. et Pet. *imperite;* Linc. et Guelf. *id imperite* s. *imperitiae;* nostrum est in Lugd. ut. et edd. vett. atque Steph.; Reg. ignorat v. *perite.* Mox *Gelii* hab. edd. ante Ald. — *Neria*] Lugd. min. *Nerio*; dein Sciopp. et Guelf. *date.* Pro *uti* edd. vett. hab. *ut.* Tum Ois. pro *propriis* malebat *propitiis*, et om. seq. *et;* reiiciente I. G. qui comparat Virg. *propriamque dicabo.* — *Et*] Copulam om. Steph., invitis libb. omnibus. Dein Guelf. *et patr.* unde *et* addidi, quod vulg. aberat.

§. 14. *Apparet*] Torn. *ab re.*

§. 15. *Inibi*] Guelf. *ibi.*

Neria dicit per *a* literam, non *Nerio*, neque
16 *Nerienes*. Praeter Plautum etiam, praeterque Gellium Licinius Imbrex, vetus comoediarum scriptor, in fabula, quae *Neaera* inscripta est, ita scripsit:

Nolo ego Neaeram te vocent, sed Nerienem;
Cum quidem Marti es in connubium data.

17 Ita autem [se] numerus huiusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra dictum est, corripienda sit; cuius sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est, quam ut plura in id verba sumenda
18 sint. Ennius autem in primo *Annali* in hoc versu:

Nerienem Mavortis et Herclem,

§. 16. *Praeterque*] Guelf. *praeter* sine *que*. — *Neaera*] Ed. Rom. *Nehera*. Guelf. *nerea*. — *Neaeram*] Ita Lugd. min. et edd.; Lugd. mai. *Neaerem*; Guelf. *neeram*; Reg. *Neaere*, quod dedit Long. Pet. *Neaera*. Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. P. 2. p. 38.: *Nolo ego N. te, sed N. vocent.* — *Cum* etc.] Both. *quandoquidem*. Voss. *quandoquidem es Marti*, s. *quandoquidem in connub. M. es data*. Guelf. *cum quidam*. Fort. legend. *cum quondam*.

§. 17. *Autem*] Hoc v. adiunxi ex edd. vett. Guelf. Torn. Sciopp. Deinceps edd. vett. pro *se* dant *senarii*, quod recepit Long.; et *se* et *senarii* om. Guelf.; unde seiunxi. Mox pro *habet* edd. ante Iunt. hab. *est*. — *Sonitus*] Guelf. Ms. Ois. et edd. ante Iunt. *sonus*; ed. Rom. *sèmis*.

§. 18. *Mavortis* etc.] Edd. vett. et Guelf. *Ner. Mavortis. Et hercle, nisi* (Guelf. *hercl'ē si*), *quod min. solet num. servare* (Iunt. Ald. *servavit*), *primam syllab. tetendit* (Guelf. Iunt. Ald. *intendit*). Priorem partem vocis *nisi* revocari debere ad praecedens *hercle* (*herclem*) vidit Steph. Nostram lectionem comprobant codd. Gron.

si, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit. Ac 19
ne id quidem praetermittendum puto, cuicuimodi est, quod in commentario quodam Servii Claudii scriptum inveni[mus], *Nerio* dictum quasi *Neïrio*, hoc est, sine ira et cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur; *ne* enim particula, ut apud Graecos, ita plerumque in Latina quoque lingua, privativa est.

CAPUT XXIII.

M. Catonis, consularis et censorii, pulcherrima exprobratio contra philosophantes nomine, et non re.

M. Cato, consularis et censorius, publicis 1
iam privatisque opulentis rebus, villas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum usque aetatis suae septuagesimum. Atque ibi postea his verbis

§. 19. *Id*] *Id* cum Long. praetuli vulgato *hic*, quod hab. etiam Guelf. Linc. Memm. et Pet.; sed illud Reg. Lugd. ut. et Scheff. atque edd. vett. Deinde *cuiusmodi* pro *cuic.* est in edd. vett.; *cui cuiusmodi* in Guelf. V. ad 2, 8, 6. 12, 2, 2. — *Claudii*] Torn. *Cladii*; inde Ois. *Clodii*, i. e. *Claudii*. Dein *inveni* hab. edd. vett. et Guelf.

Cap. XXIII. *Exprobratio*] Edd. ante Iunt. in ind. capp. hab. *probatio*, Guelf. *exprobatio*.

§. 1. *Opulentis*] Ita Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. Scheff. et Iunt. Vulg. (Guelf.) *opulentus* (ed. Rom. *opulentu*), sine sensu. v. I. G. Etiam in Salm. exempl. adscriptum est: *γρ. tis.* — *Villas*] Plutarch. vit. Cat. *τῶν δὲ ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην.* — *Ibi*] Guelf. om. *ibi* et pro *post.* hab. *poena.* —

utitur: *Neque mihi*, inquit, *aedificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est manu pretiosum, [neque] pretiosus servus, neque ancilla. Si quid est*, inquit, *quod utar, utor; si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque frui licet.* Tum deinde addit: *Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis,* 2 *quia nequeunt egere.* Haec mera veritas Tusculani hominis, egere se multis rebus, et nihil tamen cupere dicentis, plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam, sustinendamque inopiam, quam Graecae istorum praestigiae philosophari sese dicentium, umbrasque verborum inanes fingentium; qui se nihil habere, et nihil tamen egere, ac nihil cupere dicunt, cum et habendo et egendo et 1 cupiendo ardeant.

Manu pretiosum] Edd. vett. *in manu pr.*; Steph. una voce: *manupr.* Gellium certe dixisse: manu pret., i. e. artificio et labore et tempore, quod exornando impositum, affirmat I. G. Seq. *neque* om. Reg.; Steph. post v. *ancilla* addidit *est*, repugnantibus libb. *Pretiosum servum* Falster. intelligebat *coquum*, luxuriae ministrum, coll. 11, 2, 5. — *Quod*] Guelf. et edd. vett. *quo*. cf. 7, 15, 2. Ruddimann. II. p. 196. annot. 58. — *Egeo*] Steph. (Specim. Emendd. p. 102.) interpretatur Gallice: *je m'en passe.* Cum edd. vett. et Guelf. Long. edidit: *ego sum, cuique*; unde amicus Stephani: *ego sum, cui se semper uti atq. f. l.* Marg. Gryph. pro *cuique* hab. *cui*; quod antique positum pro *cuique* probare videtur Schegk. ad Vell. Paterc. 2, 35. p. 850. Ruhnk. — *Ego*] Vulg. *egeo*. Edd. vett. et Steph. *ego*. Guelf. *ego illisque neq.*

§. 2. *Exhortandam*] Pro suspecto hab. hoc v. Steph. Apolog Gell. p. 27. Guelf. *exortandum*. Sed dici *hortari aliquam rem* opposuit I. G. laudato Gron. ad Senec. Ep. 121. cf. Ruddimann. II. p. 170. annot. 51. Antea pro *promov.* Gryph. hab. *commovet.* v.

CAPUT XXIV.

Quaesitum tractatumque, quid sint *manubiae:* atque inibi dicta quaedam de ratione utendi verbis pluribus, idem significantibus.

In fastigiis fori Traiani simulacra sunt sita circumundique inaurata equorum atque signorum militarium; subscriptumque est: EX MANUBIIS. Quaerebat Favorinus, cum in area fori ambularet, et amicum suum consulem opperiretur causas pro tribunali cognoscentem, nosque tunc eum sectaremur: quaerebat, inquam, quid nobis videretur significare proprie *manubiarum* illa inscriptio. Tum quispiam, qui cum eo erat, homo in studiis doctrinae multi atque celebrati nominis: *Ex manubiis,* inquit, *significat ex praeda; manubiae enim dicuntur praeda, quae manu capta est.* Etiamsi, inquit Favorinus, opera mihi princeps et prope omnis in literis disciplinisque Graecis sumta est: non usque eo tamen infrequens sum vocum Latinarum, quae subsicivo aut tumultuario studio colo, ut hanc

Steph. l. l. — *Et cup.*] Copulam tollit Steph. Specim. Emendd. p. 104. et comma pro ea ponit, ut sensus sit: cupiditate ardeant non minus cum habent, quam cum egent. De re cf. Barth. Adv. 2, 12. 49, 3.

Cap. XXIV. *Inibi*] Guelf. *verba* pro *inibi.*

§. 1. *Fori*] V. Lips. de Magnit. Rom. 3, 7. et nummum ap. I. G. ad h. l. — *MANUBIIS*] Steph. *Manubieis,* invitis libb. h. l. et infra; aliquoties codd. Gron. *manibus.* Vocem a *manuor* formatam esse annotavit I. G. coll. 16, 7.

§. 2. *Cum in ar.*] Guelf. *in eum in ar.*

§. 4. *Tamen* etc.] Guelf. *tamen igitur freq.* — *Subsicivo*] Edd. ante Iunt. *succis.*; Guelf. *subcisivo.*

ignorem manubiarum interpretationem vulgariam, quod esse dicantur manubiae praeda. Sed quaero, an M. Tullius, verborum homo diligentissimus, in oratione, quam dixit *De lege agraria* Kalendis Ianuariis *contra Rullum*, inani et illepida geminatione iunxerit *manubias* et *praedam*, si duo haec verba idem
5 significant, neque ulla re aliqua dissident. Atque, ut erat Favorinus egregia vel divina quadam memoria, verba ipsa M. Tullii statim
6 dixit. Ea nos hic adscripsimus: *Praedam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent.* Et infra itidem duo haec simul iunctim posita dixit: *Ex praeda, ex manubiis,*
7 *ex auro coronario.* Ac deinde ad eum convertit, qui manubias esse praedam dixerat; et: Videturne tibi, inquit, utroque in loco M. Cicero duobus verbis idem, sicuti tu putas, significantibus inepte et frigide esse usus, ac tali ioco dignus, quali apud Aristophanem fa-

Reg. Lugd. ut. Pet. alique. *subsic.* v. ad 18, 10, 8. Deinceps *atque* pro *aut* edd. vett. Illud recepit Long. Mox voc. *manubiarum* adiunxi e Reg. et Lugd. mai., quum vulg. deesset. Ex Torn. annotatum video: *manubiorum interpr.* — *Esse*] Guelf. om. *esse*; et mox v. *homo.* — *Ianuariis*] Edd. vett. *Ianuarii.* Guelf. *Ian.*; mox idem omisso v. *inani* hab. *et lepida.* Non inepte. Postea idem om. *ulla.*

§. 5. *Egregia* etc.] Edd. vett. *egreg. quad. vel div. mem.* Vulgat. firmat Guelf.

§. 6. *Ea* etc.] Ita Reg. et Lugd. mai. pro vulg. *Ea nos adscribimus hic.* — *Sectionem*] I. e. redemptionem. v. Salmas. de U. c. 18. Non. sub v. *Manubias.* — *Infra*] Cap. 4. — *Duo*] Guelf. *dum.*

§. 7. *Ioco*] Guelf. *loco*; mox *quale.* — *Aristophanem*] Ran. 1185 sqq. —

cetissimum comicorum Euripides Aeschylum insectatus est? cum ait:

Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν, φησὶ, καὶ κατέρχομαι.
Ἥκω δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.
Νὴ τὸν Δί', ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον.

Nequaquam vero, inquit ille, talia videntur, quale est *μάκτρα καὶ κάρδοπος*; quae vel a poëtis vel oratoribus Graecis nostrisque venerandae et ornandae rei gratia duobus eadem pluribusve nominibus frequentantur. Quid igitur, inquit Favorinus, valet haec repetitio instauratioque eiusdem rei sub alio nomine, in *manubiis* et in *praeda?* Num ornat, ut alioqui solet, orationem? Num eam modulatiorem aptioremque reddit? Num onerandi vel exprobrandi criminis causa exaggerationem aliquam speciosam facit? Sicuti in libro eiusdem M. Tullii, qui *De constituendo accusatore* est, una eademque res pluribus verbis vehementer atque atrociter dicitur: *Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret, quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus,*

8

9

Ἥκω etc.] Edd. ante Ald.: *τὸ κατέρχ. ἥκω δὲ ταὐτόν ἐστι.*

§. 8. *Καὶ*] *Καὶ* pro *et* dederunt edd. vett. — *Vel*] *Vel* accessit e Reg. et Torn.; mox e Reg. est *vener.* i. e. ad venerationem extollendae, venerabilis reddendae, ut explicat I. G. coll. 14, 4.: severis atque venerandis verborum coloribus. Vulg. *celebrandae.* Nescio unde Long. ediderit: *celebrandae et venerandae.*

§. 9. *Alioquī*] Scheff. *aliquos;* Reg. *aliqui;* ut edidit Long. Edd. ante Iunt. et Guelf. *aliquis.* — *Sicuti*] Edd. ante Iunt. *sicut.* Guelf. *sic in l.* — *Quod orn.*]

sedibus, delubris fuit. Nam cum urbes totas semel dixisset, sedes delubraque addidit, quae
10 sunt ipsa quoque in urbibus. Item in eodem libro simili modo: *Siciliam*, inquit, *provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos*
11 *exinanisse, fana spoliasse dicitur.* Haec, quid videtur, cum Siciliam provinciam dixerit, atque etiam insuper civitates addiderit; domos etiam et fana, quae infra posuit, comprehendisset, verba haec item multa atque varia: *depopulatus esse, vastasse, exinanisse, spoliasse*, nonne unam et eandem vim in sese habent? Sane. Sed quia cum dignitate orationis et cum gravi verborum copia dicuntur, quanquam eadem fere sint et ex una sententia cooriantur, plura tamen esse existimantur; quoniam et aures et animum saepius feriunt.
12 Hoc ornatus genus, in crimine uno vocibus multis atque saevis exstruendo, ille iam tunc M. Cato antiquissimus in orationibus suis celebravit, sicuti in illa, quae inscripta est *De decem hominibus*, cum Thermum accusavit, quod decem liberos homines eodem tempore interfecisset, hisce verbis eandem omnibus rem

Guelf. *quodque.* — *Cum* etc.] Reg. *cum plures urbes semel totas d.*

§. 11. *Haec*] Edd. ante Iunt. et Guelf. pro *haec* hab. *et.* Ald. *ecquid vid.*, quod probum mihi esse videtur, signo interrogationis post *videtur* posito. In nostra lectione *haec* referend. videtur ad *verba*, et *quid vid.* ut parenthesi inclusa intelligenda. — *Ex*] Praepos. om. quaedam edd. recentt.

§. 12. *Ornatus genus*] Guelf. *genus ornatus.* — *Inscripta*] Guelf. *scripta.* v. 3, 16, 7.; idem om. seq. *De.* — *Eandem* etc.] Edd. vett. *eand. rem omnib. sign.* Guelf. om. *rem.* —

significantibus usus est; quae quoniam sunt eloquentiae Latinae tunc primum exorientis lumina quaedam sublustria, libitum est ea mihi ἀπομνημονεύειν: *Tuum nefarium facinus peiore facinore operire postulas; succidias humanas facis, tantas trucidationes facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, incondemnatis.* Item 13
M. Cato in orationis principio, quam dixit in senatu *pro Rhodiensibus*, cum vellet res nimis prosperas dicere, tribus vocabulis idem sentientibus dixit. Verba eius haec sunt: *Scio* 14
solere plerisque hominibus in rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere, atque superbiam, atque ferociam augescere. Itidem Cato, ex *Originum* septimo, 15
in oratione, quam contra Servium Galbam dixit, complurihus vocabulis super eadem re usus est: *Multa me dehortata sunt huc prodire,*

Lumina etc.] Edd. vett. *lumina verba quaed.* (edd. ante lunt. et Guelf. *quidem*). Quae quidem lectio suspicionem apud me movet, ista: *verba quid.* (s. *quaed.*) *subl.* a viro quodam docto vocis *lumina* interpretandae causa adiuncta esse, nisi forte ab ipso Gellio addita illa credere malueris, *lumina i. e. verba quaed. subl. s. lumina, verba quidem* (i. e. quae quidem sunt vv.) *subl.* — *Libitum est*] Guelf. *ut ibi tum est*; mox idem om. *Tuum.* — *Succidias*] I. e. instar succidiae, unde saepius aliquid succiditur, hominibus uteris. v. Ois. Deinceps Reg. et Torn. *tantam trucidationem.* Vv. *tant. truc. fac.* om. edd. vett.; Guelf. om. vv. *tant.--funera fac.* — *Incondemnatis*] Sic Reg. Vulg. *indemnatis.* Supra: villas inexcultas.

§. 13. *Item*] Sciopp. coni. *idem* pro *item.* Tum Guelf. om. *Cato.*

§. 14. *Plerisque*] Guelf. *plerio* sine *que.*

anni, aetas, vox, vires, senectus; vero enim-vero cum tantam rem peragier arbitrarer.

16 Sed ante omnis apud Homerum eiusdem rei atque sententiae luculenta exaggeratio est:

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

Item alio in versu:

Ὑσμῖναί τε, μαχαί τε, φόνοι τ', ἀνδροκτασίαι τε.

17 Nam cum omnia ista utrobique multa et continua nomina nihil plus demonstrent quam proelium, huius tamen rei varia facies delectabiliter ac decore multis variisque verbis de-

18 picta est. Neque non illa quoque apud eundem poëtam una in duobus verbis sententia cum egregia ratione repetita est. Idaeus enim, cum inter Aiacem et Hectorem decertantes armis intercederet, his ad eos verbis usus est:

Μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε, μηδὲ μάχεσθον.

19 In quo versu non oportet alterum videri ver-

§. 15. *Tantam* etc] Reg. Mem. et Pet. *tantam rem peragier*; Sciopp. *rem pagier*, f. *peragier*. Recepi pro vulg. *tant. rem publicam* (Guelf. *rem. P.*) *agier*. Lugd. mai. *rempagier*, min. *rem agier*. Deinceps Reg. *arbitraretur*.

§. 16. *Homerum*] Il. 11, 163. Od. 11, 611. Il. 7, 279. Od. 19, 241. Il. 2, 8. 8, 399. — Κονίης] Edd. ante lunt. *κονείης*. — *Alio* etc.] Edd. vett. hunc ordinem dederunt pro: *in alio v.* Guelf. om. vv. *Item — versu.*

§. 17. *Et continua*] Cum Reg. Long. *et cognomina*; Lugd. mai. *et connomina*.

§. 18. Μάχεσθον] Ex edd. vett. restitui *μάχεσθον* in loc. vulg. *μάχεσθε*. v. §. 21.

§. 19. *Alterum vid.*] Ita edd. vett. et Guelf.

bum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum et consarcinatum. Est enim hoc inane admodum et futile. Sed cum in iuvenibus gloriae studio flagrantibus pervicaciam ferociamque et cupidinem pugnae leniter tamen ac placide obiurgaret, atrocitatem rei et culpam perseverandi bis idem dicendo, alio atque alio verbo auxit, inculcavitque, duplexque eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. Ne illa quidem eiusdem significationis repetitio ignava et frigida videri debet: 20

Μνηστῆρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε
Ἥρτυον·

quod bis idem dixerit: *θάνατον καὶ μόρον*; indignitas enim moliendae tam acerbae tamque iniustae necis miranda mortis iteratione defleta est. Ceterum quis tam obtuso ingenio 21
sit, quin intelligat: *πολεμίζετε καὶ μάχεσθον*,

pro: *vid. alt.* Deinceps Guelf. *id quod.* — *Futile*] Guelf. *facile.* — *In*] Praepos. om. Scheff. Post *placide* pro *blande* (quod hab. Guelf. Pet. Mem. Linc. et Sciopp.) dederunt Reg. Lugd. mai. Scheff. Ms. Pembr. (ap. Havercamp. in Ind. Sallust. sub v. *Placide*) et edd. vett. atque Steph. Lugd. min. *len. tamen hac obiurg.* — *Inculcavitque*] Guelf. *inculcavit* sine *que.*

§. 20. *Ne*] Guelf. *nec.* — *Quod bis* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro: *quod bis id.* θ. κ. μ. *dixerit.*

§. 21. *Obtunso*] *Obtunso* pro *obtuso* scripsi secutus Reg. Guelf. et Steph.; Lugd. mai. *obtonso ing. si. sit* pro *est* dedi e Reg. Plaut. Cas. 5, 1, 8.: obtunso ore. cf. Ruddimann. I. p. 234. not. 69. fin. Deinceps Iunt. Ald. hab. *qui non intelligat.* Post v. *intellig.* in edd. vett. haec leguntur: πολ. καὶ μ. etc. Ita etiam Guelf., nisi quod Graeca et vv. *ut illa quoque* et *neque* om. Non potui non recipere, quum

verba idem duo significantia non frustra posita esse: ut illa quoque:

Βάσχ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε· — — — καὶ·
Βάσχ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα,

neque *ἐκ παραλλήλου*, ut quidam putant, sed hortamentum esse acre iussae imperataeque ce-
22 leritatis? Verba quoque illa M. Ciceronis in L. Pisonem trigemina, etiamsi durae auris hominibus non placent, non venustatem modo numeris quaesiverunt, sed figuram simulationemque oris pluribus simul vocibus everbe-
23 raverunt: *Vultus denique*, inquit, *totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit; hic eos, quibus erat*
24 *ignotus, decepit, fefellit, induxit.* Quid igitur? Simile est, inquit, apud eundem *in praeda* et *in manubiis?* Nihil, nihil profecto
25 istiusmodi. Nam neque ornatius fit additis

nescirem, quorum codd. auctoritate permotus Steph. plura vv. omiserit. Vulg. enim legebatur: *intelligat: Βάσχ' ἴθι - ταχεῖα, verba idem duo sign. -- esse ἐκ παρ.* etc. — *Idem duo*] Vulg. *duo idem*; noster vv. ordo est in omnibus codd. Gron. Guelf. et edd. vett. — *Iussae*] Ita edd. vett. ante Iunt.; Iunt. Ald. sine v. *iussae* hab. *imperataeque*; vulg. tantum legebatur: *hort. esse acre imperatae celer.* Duplex verbum e Gellii more positum videtur. Guelf. *esse acre impare cel.*

§. 22. *Ciceronis*] Or. in Pis. c. 1. — *Numeris*] Edd. ante Iunt. pro *num.* hab. *nomine.* Deinceps *quaesivere* est in edd. vett. — *Everberaverunt*] Hoc pro *verb.* dedit Reg. cf. 1, 23, 7.

§. 23. *Homines impul.*] Guelf. *impul. homines*; idem pro *erat* dat *causam.*

§. 24. *In*] Praepositio repetita est e Scheff.; supra §. 9.: in manub. et in praeda. — *Nihil*] Hoc alterum *nihil* accessit e Reg. cf. 6, 1, 2.

§. 25. *Ornatius*] Edd. vett. et Guelf. *ornatus.*

manubiis, neque exaggeratius modulatiusve: sed aliud omnino *praeda* est, ut in libris rerum verborumque veterum scriptum est, aliud *manubiae*. Nam *praeda* dicitur corpora ipsa 26
rerum, quae capta sunt: *manubiae* vero appellatae sunt pecunia a quaestore ex venditione praedae redacta. Utrumque ergo dixit 27
M. Tullius, cumulandae invidiae gratia, decemviros ablaturos, persecuturosque et praedam, quae nondum esset venundata, et pecuniam, quae ex venditione praedae percepta esset. Itaque haec inscriptio, quam videtis: 28
EX MANUBIIS, non res corporaque ipsa praedae demonstrat; (nihil enim captum est horum a Traiano ex hostibus;) sed facta esse haec comparataque ex manubiis, id est, ex pecunia praedaticia, declarat. *Manubiae* enim 29
sunt, sicuti iam dixi, non praeda, sed pecunia per quaestorem populi Romani ex praeda vendita contracta. Quod per quaestorem autem 30
dixi, intelligi nunc oportet praefectum aerario significari. Nam cura aerarii a quaestoribus ad praefectos translata est. Est tamen 31

— *Modulatiusve*] Eaedem ante Iunt. *modulatiusque.* — *Verborumque*] Guelf. *verborum* sine *que.*

§. 27. *Quae nond.*] Guelf. *quon.*

§. 28. *Demonstrat*] Steph. *monstrat*; contra libb. (Sciopp. Torn. Guelf.). — *Enim*] Guelf. om. *enim*; et mox *sed.*

§. 30. *Aerario*] Guelf. *aerarii.* — *Praefectos*] Ald. aliique *praefect.*, unde Gryph. *praefectum*, quod corrigendum esse vidit Lips. l. l. Post v. *praef.* Steph. iterum addidit: *aerarii*, et hab. Scheff., reliqui libb. hoc v. carent, delevitque I. G. Deinceps *translata* edidit Long. cum Guelf. et edd. vett.; Iunt. hab. *tranlata.* Vulg. *trat.* v. 2, 21, 1. De re v. Lips. Exc. 2. ad Tac. An. 13.

nonnusquam invenire, ita scripsisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut temere aut incuriose *praedam* pro *manubiis*, et *manubias* pro *praeda* posuerint; aut tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint; quod facere concessum est scite id periteque facienti-
32 bus. Sed enim, qui proprie atque signate locuti sunt, sicuti hoc in loco M. Tullius, *manubias* pecuniam dixerunt.

CAPUT XXV.

Verba P. Nigidii, quibus dicit, in nomine *Valeri* in casu vocandi primam syllabam acuendam esse: et item alia ex eiusdem verbis ad rectam scripturam pertinentia.

1 P. Nigidii verba sunt ex *Commentariorum Grammaticorum* vicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium praecellentis: *Deinde*, inquit, *voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi an vocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima, deinde novissima deiicitur: at in casu vocandi summo tono est prima; deinde gradatim descendunt.*
2 Sic quidem [P.] Nigidius dici praecipit. Sed

§. 31. *Aut* etc.] Edd. ante Iunt. *ut — facerent.* Iunt. Ald. *et — fecerunt.* Guelf. ante: *posuerunt;* mox *mutatione.*

§. 32. *Sicuti*] Guelf. om. *sicuti.*

Cap. XXV. *Valeri*] Guelf. et Steph. h. l. et in cap. *Valerii.*

§. 1. *Qui*] Guelf. *quo* (quomodo?). Idem mox *omnibus* pro *nominibus.*

§. 2. *P.*] Praenomen in nullo antiquo legitur.

si quis nunc Valerium appellans, in casu vocandi, secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam, non aberit, quin rideatur. Summum autem tonum *προσῳδίαν* acutam dicit: et quem *accentum* nos dicimus, *voculationem* appellat: et *casum interrogandi* eum dicit, quem nunc nos *genitivum* dicimus. Id quoque in eodem libro Nigidiano animadvertimus: *Si* huius, inquit, amici *vel* huius magni *scribas, unum* i *facito extremum; sin vero* hi magnei, hi amicei, *casu multitudinis recta, tum ante* i *scribendum erit* e, *atque id ipsum facies in similibus. Item si* huius terrai *scribas*, i *litera sit extrema; si* huic terrae, *per* e *scribendum est. Item* mei *qui scribit in*

3

4

I. G. Nec hab. Guelf. Eiecit Long. Hab. edd. vett. et Steph.

§. 3. *Tonum* etc.] Guelf. *tonum. G. acutum dicunt*; sed mox *appellat*; tum om. *et* atque *cum.*

§. 4. *Extremum*] Mssti. (Guelf. et edd. vett.) concordes in *extremum. I. G.* Vulg. *extremam.* Deinceps Guelf. *si vero.* — *Hi* etc.] Cf. Ruddimann. I. p. 56. annot. 62. Cod. Torn. dat: *magnij hi amici.* Guelf. *hi magne, hi amice.* — *Terrai*] Scripti omnes *terrai.* (Guelf. *terre.*) Quod vulgo edunt, non existimo ambigi posse; nec videtur Nigidius de eo quidquam praecipere. Hinc cogitandum. *I. G.* Long. *terrae.* Edd. vett. *terrei.* Cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 22. Osann. Analect. Critt. p. 109. — *Est*] Guelf. om. *est.* — *Item* etc.] Ita cum Long. ex codd. omnibus Gron. Torn. (*per i un. scr., non p. e: at quum mei* etc.) et Guelf. et edd. vett. restitui, nisi quod hae praeter Iunt. dant: *Item mi* et *mi studios.* (Guelf. *mei studiosius*). Steph. et editt. subsequentes: *Item qui scribit mei studiosus, per e et i scribat; at cum mi, tum per i unum scribendum est, non per e: quia d. c. est.* Imperiose, ait I. G., nec tamen dicas temere; nisi quod, qua fide id fecerit

casu interrogandi, velut cum dicimus mei studiosus, *per* i *unum scribat, non per* e; *at cum* miei, *tum per* e *et* i *scribendum est, quia dandi casus est.* Haec nos auctoritate doctissimi hominis adducti, propter eos, qui harum quoque rerum scientiam quaerunt, non praetermittenda existimavimus.

CAPUT XXVI.

De versibus, quos Virgilius sectatus videtur, Homeri ac Parthenii.

1 Parthenii poëtae versus est:

Γλαύκῳ καὶ Νήρει καὶ Εἰναλίῳ Μελικέρτῃ.

2 Eum versum Virgilius aemulatus est: itaque fecit duobus vocabulis venuste immutatis parem:

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.

3 Sed illi Homerico non sane re parem neque similem fecit; esse enim videtur Homeri sim-

(Steph.), nec ipse indicat, nec ego assequor. Pro *at cum* Iunt. hab. *ac quom.* Pro *miei* Guelf. *mei.* — *Dandi* etc.] Guelf. *casus est dandi.*

Cap. XXVI. §. 1. *Parthenii*] Edd. ante Bonon. et Guelf. *Parthemii;* quod hab. etiam Bonon. et Iunt. in ind. capp. — Εἰναλίῳ] Edd. ante Ald. Ἐναλίῳ. Macrob. Sat. 5, 17. p. 544. Zeun.: Ἰνῴῳ. Sed *duo* vocabula immutavit Virg. Georg. 1, 437. Il. 11, 728. Virg. Aen. 3, 119.

§. 2. *Parem*] Guelf. *parere.*

§. 3. *Re*] Ita Steph. cum Lugd. mai. et Mem.; *rem* hab. edd. vett. Guelf. et Lugd. min.; *rerum* e Reg. notavit Lamb. I. G.: Apparent iusta, quae Stephanum huc egerunt, et *res* pro dicto apud antiquos nota. —

plicior et sincerior, Virgilii autem νεωτεροποιώτερος, et quodam quasi ferrumine immisso fucatior:

Ταῦρον δ' Ἀλφείῳ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι.
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

CAPUT XXVII.

De sententia Panaetii philosophi, quam scripsit in libro *De officiis* secundo; qua hortatur, ut homines ad cavendas iniurias in omni loco intenti paratique sint.

Legebatur Panaetii philosophi liber *De* 1
Officiis secundus ex tribus illis inclitis libris, quos M. Tullius magno cum studio maximoque opere aemulatus est. Ibi scriptum est, 2
cum multa alia ad bonam frugem ducentia, tum vel maxime, quod esse haerereque in animo debet. Id autem est ad hanc ferme 3
sententiam: Vita, inquit, hominum, qui aetatem in medio rerum agunt, ac sibi suisque esse usui volunt, negotia periculaque ex improviso assidua et prope cotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde esse oportet animo semper promto atque intento, ut sunt

Immisso] Triller. ap. Falster. p. 294. malebat: *immisto*.

Cap. XXVII. §. 1. *Ex*] Guelf. om. *ex*. — *Cum*] Praeposit. om. Sciopp. Dein *est* om. Guelf.

§. 2. *Scriptum est*] Guelf. *script.* sine v. *est*. Steph. malebat: *scripta sunt*. I. G. conferri iubet 1, 7. quae ibi de futuro infinito. Vv. *cum multa — maxime* ut parenthesi interiecta cogita.

§. 3. *Agunt, ac sibi*] Guelf. *agant et sibi*. —

4 athletarum, qui pancratiae vocantur. Nam sicuti illi ad certandum vocati proiectis alte brachiis consistunt, caputque et os suum manibus oppositis quasi vallo praemuniunt; membraque eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus atque mens viri prudentis, adversus vim et petulantias iniuriarum omni in loco atque in tempore prospiciens, debet esse erecta, ardua, septa solide, expedita, in sollicitis nunquam connivens, nusquam aciem suam flectens, consilia cogitationesque contra fortunae verbera, contraque insidias iniquorum, quasi brachia et manus protendens; ne qua in re adversa et in repentina incursio imparatis improtectisque nobis obortiatur.

Pancratiae] Ita codd. omnes (Guelf. Reg. Thuan. Mem. Pet. Lugd. ut. aliique.) et edd. vett. ante Iunt. in qua exstat: *pancratiastae*; utrumque probum. v. I. G. et Steph. Specim. Emendd. p. 139. *Pancratae* etiam legi posse putabat Falster.

§. 4. *Oppositis*] Guelf. *opositio* (*opposito quasi v.?*). Idem deinde om. *que*. — *Solide*] Iunt. Ald. *solida*; nostrum hab. Guelf. Reg. Thuan. Lugd. ut. et Steph. Edd. ante Iunt. *septa, solide expedita*; Guelf. *expetita*. Dein haud iniuria recepisse mihi videor vv. *in sollicitis*, quae vulgo deerant, quaeque addenda censuit Gron. pat., quum in Reg. et Lugd. mai. legeretur: *expedita iam sollicitis nunquam c.*, ut edidit Long. Thuan. v. *sollicite* ante v. *flectens* immittit. — *Protendens*] Guelf. et edd. ante Iunt. *praet.*; codd. Gron. *prot.* Praeposit. *in* ante *repent.* repetita est e Reg. Thuan. Lugd. Mem. Pet. et Steph.

CAPUT XXVIII.

Quod Quadrigarius *cum multis mortalibus* dixit, an quid et quantum differret, si dixisset *cum multis hominibus.*

Verba sunt Claudii Quadrigarii ex *Annalium* eius tertio decimo: *Contione dimissa Metellus in Capitolium venit cum multis mortalibus; inde cum domum proficiscitur, tota civitas eum reduxit.* Cum is liber eaque verba a Frontone, nobis ei ac plerisque aliis assidentibus, legerentur; et cuidam haud sane viro indocto videretur *multis mortalibus* pro *hominibus multis* inepte frigideque in historia nimisque id poëtice dixisse: tum Fronto illi, cui hoc videbatur: Ain' tu, inquit, aliarum 1 2

Cap. XXVIII. §. 1. *Tertio decimo*] Edd. vett. *decimo tertio.* Ald. Guelf. XIII. — *Multis mort.*] Ita Guelf. et edd. vett. pro *cum mort. mult.* V. argumentum huius cap. et §. 2. fin. et §. 4. Deinceps Guelf. et edd. ante Iunt. *Inde cum dom. proficisceretur.* Iunt. Ald. *inde cum (quom) dom. proficiscitur*; unde *cum* inserendum esse putavi, quod vulg. deerat.

§. 2. *A Frontone*] Ita Reg., notante Lamb. Vulg. *M. Frontoni* (Iunt. *Frontonis*; Guelf. *M. Frontini*); praenomen in Lugd. mai. non exstat; istud fort. ex praeposit. *A* ortum est. Dativus ambiguus quodammodo est, quum indicare possit Frontonem legisse librum, (ex Graeca constructione) s. ab alio quodam Frontoni librum recitatum esse. Mox Falster. coni. *assistentibus*, coll. 2, 2, 2. — *Multis mort.*] Ita iterum edd. vett. et Steph. pro *mort. mult.*; Guelf. om. *multis.* — *Ain' tu*] Guelf. V. C. Ois. et edd. vett. *an tu*, et post *frigid.* add. *dicis*; contra meliores codd. Gron. V. *dicis* ignorat etiam Guelf. Deinceps Guelf. *aliar. rer. homo iud.* —

homo rerum iudicii elegantissimi, *mortalibus multis* ineptum tibi videri et frigidum? Nil autem arbitrare causae fuisse, quod vir modesti atque puri et prope cotidiani sermonis *mortalibus* maluit, quam *hominibus* dicere? Eandemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si *cum multis hominibus*, 3 ac non *cum multis mortalibus* diceret? Ego quidem, inquit, sic existimo, nisi si me scriptoris istius omnisque antiquae orationis amor atque veneratio caeco esse iudicio facit, longe longeque esse amplius, prolixius, fusius, in significanda totius prope civitatis multitudine, 4 *mortales* quam *homines* dixisse. Namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest; *multi* autem *mortales* nescio quo pacto et quodam sensu inenarrabili omne fere genus,

Nil] *Nil* dant Guelf. Reg. cum al. codd. et edd. vett.; *nihil* edidit Steph. — *Modesti*] Sic scripsi cum Reg., auctore I. G., pro vulg. *modestus*. Agitur enim de more loquendi, non de virtute scriptoris. Deinceps edd. vett. *et puri atque pr.* Iunt. Ald. cum Guelf. *atque puri et pr.* Vulg. *atque p. ac pr.* — *Hominibus*] Guelf. pro *hominib.* dat *diceret*, sed punctis subnotatum.

§. 3. *Si*] Edd. vett. et Guelf. om. *si*. cf. 17, 13, 10. — *Esse*] Guelf. *atque* pro *esse*. — *Longeque*] Steph. *atque longe*; *longeque* est in Reg. Lugd. mai. et Torn. cf. 14, 1. Bentl. ad Hor. S. 1, 6, 18. Al. codd. hab. *longe atque esse*. Long. edidit: *longe lateque*, ut est in edd. vett. et in Guelf. Mox Steph. *fortius* edidit, contra edd. vett. et codd. (Guelf.), qui exhib. *fusius*, s. *fustius*. Fusum loquendi genus, ut solent liquida, insinuat per plurima et omnia, ut a nulla sorte abstineat. — *Civitatis multitudine*] Guelf. *multitudinis civitatis*.

§. 4. *Atque*] Guelf. *aut*. — *Aetatum*] Ita edd.

quod in civitate est, et ordinum, et aetatum, et sexus, compre[he]ndunt; quod scilicet Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiscam multitudinem volens ostendere, *cum multis mortalibus Metellum in Capitolium venisse* dixit, *ἐμφατικώτερον*, quam si *cum multis hominibus* dixisset. Ea nos omnia, 5
quae Fronto dixit, cum ita, ut par erat, non approbantes tantum, sed admirantes quoque audiremus: Videte tamen, inquit, ne existimetis, semper atque in omni loco *mortales multos* pro *multis hominibus* [esse] dicendum; ne plane fiat Graecum illud de Varronis satira proverbium *τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον*. Hoc iudi- 6
cium Frontonis, etiam [in] parvis minutisque vocabulis, non praetermittendum putavi, ne nos forte fugeret lateretque subtilior huiuscemodi verborum consideratio.

vett. et Guelf. pro *aetatium*. V. 1, 3, 23. — *Comprehendunt*] Reg. *comprendunt*. V. c. 30, 10. 4, 10, 8. — *Ita* etc.] Edd. ante Iunt. *ita ut erat res*. Mox eaedem cum Iunt. *promiscuam*. Guelf. *promistam*. — *Ἐμφατικώτερον*] Edd. ante Ald. *ἐκφαντικ. i. e. expressius.*

§. 5. *Omnia*] Reg. *omnes*, quod recepit Long. — *Inquit*] Guelf. om. *inquit*. — *Esse*] Edd. vett. et Guelf. om. v. *esse*. — *Proverbium*] V. Athen. 4, 18. Edd. vett. exhib. prov. *τὸν ἐπὶ τῇ φ. μῦθον i. e. in lente fabulam*. Ald. *τὸν ἐ. τ. φ. μύρον* (in lente unguentum). V. de proverbio pluribus disserentem Cael. Rhodig. VV. LL. 7, 27.

§. 6. *In parvis*] Edd. vett. *in p.*; Steph. *de p.*; praepositione utraque carent codd. (Guelf.), quod verum esse videtur; atque eam delevit Long. — *Nos*] Annon scripsit auctor *vos*? Composuit enim haec in liberorum usus, ut ait in Praefat. *I. G.* Pronom. abiecit Long.

CAPUT XXIX.

Non hactenus esse *faciem*, qua vulgo dicitur.

1 Animadvertere est, pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse vel in aliam longe vel in proximam, eamque decessionem factam esse consuetudine et inscitia temere dicentium, quae 2 cuimodi sint, non didicerint. Sicuti quidam *faciem* esse hominis putant os tantum et oculos et genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt: quando *facies* sit forma omnis, et modus, et factura quaedam corporis totius, a *faciendo* dicta; ut ab *aspectu species*, et a *fingendo* 3 *figura*. Itaque Pacuvius in tragoediâ, quae *Niptra* inscribitur, *faciem* dixit *hominis* pro corporis longitudine:

Aetate, inquit, *integra, feroci ingenio, facie procera virum.*

Cap. XXIX. §. 1. *Latinorum*] Guelf. om. *Latinor.* — *In*] Ita Guelf. et edd. vett.; cum Reg. et Lugd. mai. Long. *de.* Scheff. *in ea s., in qua.* — *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi.* Dein Guelf. pro *didic.* dat *discernunt.*

§. 2. *Et ocul.* etc.] Edd. ante Iunt. et Guelf. *et gen. et ocul.* — *Totius*] Guelf. *potius.* Deinceps edd. ante Iunt. *et a fac.* — *Aspectu*] Cur nunc compositum adhiberi debuerit, non assequor, quum ad manum haberet *ab spectu*, etsi descripserit quoque Nonius, p. 52. *I. G.* Both. l. mox l. legit: *a spectu* omissa praepos. *ab*; librarium enim imprudenter exaratum *ab* addito *a* correxisse. — *Fingendo*] Guelf. *figendo.*

§. 3. *Aetate*] Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. p. 134.: Descriptio Telegoni, quem populantem agros Ithacae aggressus pater Ulysses et ab eo interfectus est.

Non solum autem in hominum corporibus, sed 4
etiam in rerum cuiusquemodi aliarum, *facies*
dicitur. Nam *montis* et *coeli* et *maris facies*,
si tempestive dicatur, probe dicitur. Sallustii 5
verba sunt ex historia secunda: *Sardinia in*
Africo mari facie vestigii humani in Orien-
tem quam in Occidentem latior prominet.
Ecce autem id quoque in mentem venit, quod 6
etiam Plautus in Poenulo *faciem* pro totius
corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti
haec sunt:

Sed earum nutrix qua sit facie, mihi ex-
pedi.
Statura non magna, corpore aquilo 'st;
ipsa ea 'st.
Specie venusta, ore [parvo] atque oculis
pernigris.
Formam quidem hercle verbis depinxti probe.

Praeterea memini, Quadrigarium in undecimo 7

§. 4. *Cuiusquemodi*] Steph. *cuiuscemodi.*

§. 6. *Poenulo*] 5, 2, 151 sq. — *Non*] Edd. vett. Guelf. Reg. Sciopp. cod. Ascens. aliique *non* praebent, quod in *haud* mutarunt cum Steph. editt. plurimi. Versu seq. in Reg. Sciopp. aliisque codd. (etiam Guelf.) excidit v. *parvo*; perinde, ait I. G., ac si innuerent Gellium citavisse memoriter. Otho: V. *parvo* ap. Plautum in nullo reperiri cod., testantur ibi intpp. Versus senarii certe ratio numerusque quali quidem comici sunt usi etiam sine eo recte expediri potest." Idem cogitabat, an non *specie* priori personae tribui queat, interpungendi signo post *ea 'st* sublato. Pro *aquilo 'st* Sciopp. *aequali.* Guelf. *equali est.* Vv. *ipsa ea 'st* om. edd. ante Iunt., quae hab. *Ipsast specie* etc. Guelf. *ipsa est.* — *Depinxti*] Edd. vett. et Guelf. *depinxit.*

§. 7. *Undecimo*] Edd. vett. et Guelf. *undevicesimo.* Ald. *XIX.* Mercer. ad Non. coni. *primo*; coll.

faciem pro statura totiusque corporis figura dixisse.

CAPUT XXX.

Quid sit in satira M. Varronis: *caninum prandium.*

1 Laudabat venditabatque se nuper quispiam in libraria sedens homo ineptus, gloriosus, tanquam unus esset sub omni coelo satirarum M. Varronis enarrator, quas partim Cynicas, alii Menippaeas appellant. Et iaciebat inde quaedam non admodum difficilia, ad quae conii-
2 cienda adspirare posse neminem dicebat. Tum forte eum ego librum ex iisdem satiris fere-
3 bam, qui Ὑδροχίων inscriptus est. Propius igi-

9, 13. I. G.: „Scripti nulli adiuvant; et sane si illa omnia, quae in his Noctibus ex Quadrigarii primo Annali adducuntur, vere in isto exposita fuerunt, amplissimam esse debuisse statues istius libri materiam et diversissima tempora in eum fuisse collecta." Potuit profecto Quadrigarius idem diversis locis dixisse.

CAP. XXX. *Prandium*] Guelf. *prandium et quid abstemium.*

§. 1. *Venditabatque*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *vendicab.* — *In*] Guelf. om. *in.* — *Ineptus, gloriosus*] Ita Reg. et Lugd. mai. Vulg. *inepte gloriosus.* I. G. comparat 12, 1, 5.: integram totam, et quod ibi laudavi Plauti: universum totum; et Mostell. 1, 2.: Sarcire posse aedes meas, quin totae perpetuae ruant. cf. Ruddimann. II. p. 4. et 5. not. 5. — *Satirarum*] Cf. 2, 18, 7. — *Iaciebat*] Guelf. *iacebat.*

§. 2. *Eum ego*] Ita edd. vett. et Steph. pro (Guelf.): *forte ego eum l.* — Ὑδροχίων] Steph. et edd. vett. ὑδροχρόων; *i. e. aqua rigens.* Ὕδωρ χριερὸν dicendum fuisse vidit I. G., ὑδροχρόων inde facile fieri potuisse ratus. Vet. cod. Sciopp. ὑδροχρόον, al. apud eundem ὑδροχιων, quod hab. etiam Reg. ΤΔΡΟΚΙѠΝ, quod pro egregio et verissimo intuebatur I.

tur accessi, et: Nosti, inquam, magister, verbum illud scilicet e Graecia vetus: Musicam, quae sit abscondita, eam esse nulli rei? Oro ergo te, legas hos versus pauculos, et proverbii istius, quod in his versibus est, sententiam dicas mihi. Lege, inquit, tu mihi po- 4
tius, quae non intelligis, ut ea tibi ego enarrem. Quonam, inquam, pacto legere ego 5
possum, quae non assequor? Indistincta namque et confusa fient, quae legero, et tuam quoque impedient intentionem. Tunc aliis 6
etiam, qui ibi aderant, compluribus idem comprobantibus desiderantibusque, accipit a me

G., affectante Varrone risum in his titulis, dum comminiscatur *columnam aquatam;* Long. recepit. *ὑδροχόων* exhib. Lugd. ut Torn. et Gryph., quod probabat Falster. Si Cynicos spectas aquam bibentes (v. Diogen. L. 6, 90. 105.), hoc v. probum videtur; ut si dicas vernaculo sermone *Wasserkund.* *ὑδροχρίον* dat Pet.; Guelf. hab. *qui inscr. est G.*

§. 3. *Verbum*] Hoc voc. deest in Thuan., et libenter eo carere volebat I. G. Deinde *é Gr. v.* est e Reg. et Lugd. mai.; min. hab. *egregiae vetus;* Guelf. *egregiam vetus* (An *egregium vetus?*). Al. codd. *egregie vetus.* Edd. vett. *scil. vetus. Egregiam musicam* etc.; Steph. coni. *verbum illud, scilicet egregie vetus: Mus.* Proverbio isto utebatur Nero; cf. Suet. Ner. — *Erga*] *Ergo* operarum vitio exciderat ex edit. Gron.; restituit I. G. Deinceps Guelf. *leges.* An *lege?* ut statim; mox tamen *dicas.*

§. 4. *Ea* etc.] Guelf. *ego tibi ego en.*

§. 5. *Quae* etc.] Reg. *quae eque* (Long. *aeque*) *non as.;* an: *quae equidem n. a.?* Deinceps ordinem vv. vulgatum (Guelf.): *fient et conf.* mutavi e codd. Gron. Deinceps Guelf. *quem legere.*

§. 6. *Comprobantibus*] Lugd. mai. *approb.* Vv. duo quae praecedunt (*compl. id.*) om. Long. Deinde bis *accipit* pro Steph. *accepit* e codd. (Guelf. Torn.)

librum veterem, fidei spectatae, luculente scri-
7 ptum. Accipit autem inconstatissimo vultu et
8 moestissimo. Sed quid deinde dicam? Non
audeo hercle postulare, ut id credatur mihi.
9 Pueri in ludo rudes, si eum librum accepis-
sent, non ii magis in legendo deridiculi fuis-
sent; ita et sententias intercidebat, et verba
10 corrupte pronuntiabat. Reddit igitur mihi li-
brum multis iam ridentibus; et: Vides, inquit,
oculos meos aegros assiduisque lucubrationibus
prope iam perditos: vix ipsos literarum api-
ces potui compre[he]ndere: cum valebo ab
oculis, revise ad me, et librum istum tibi to-
11 tum legam. Recte, inquam, sit oculis, magi-
12 ster, tuis. Sed, in quo illis nihil opus est,
id, rogo te, dicas mihi: *Caninum prandium*
13 in hoc loco, quem legisti, quid significat? At-
que ille egregius nebulo, quasi difficili quae-
stione perterritus, exsurgit statim: et abiens:
Non, inquit, parvam rem quaeris: talia ego
14 gratis non doceo. Eius autem loci, in quo
id proverbium est, verba haec sunt: *Non vi-
des apud Mnestheum scribi, tria genera esse*

et edd. vett. restituit I. G. Tum Reg. exhib. *librum fidei veterem*; Thuan. *spectata est lucul.*; inde I. G. *libr. fidei veterem spectate et luc. scr.*; ut habeat aliquid ab Tacito. cf. Ruddimann. II. p. 75. sub v. *vetus.*

§. 8. *Sed* etc.] Pric. ad Appul. Apol. coni. *Sed quod d. dicam, non aud.* etc., quod pluribus reprobavit I. G.

§. 9. *Ii*] Guelf. om. *ii.*

§. 10. *Comprehendere*] Guelf. et edd. vett. *comprehendere.* V. c. 28, 4. Steph. dedit *comprendere.* — *Revise*] Cf. Iuret. ad Symmach. p. 134. ad quem provocat I. G.

§. 13. *Atque ille*] Edd. ante Iunt. *at ille.*

§. 14. *Mnestheum*] Fuit medicus. cf. Athen. 1,

vini, nigrum, album, medium, quod vocant κιρρόν; novum, vetus, medium; et efficere nigrum virus, album urinam, medium πέψιν? novum refrigerare, vetus calefacere, medium [vero] esse prandium caninum? Quid significet *prandium caninum*, rem leviculam diu et anxie quaesivimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil vini potatur, *caninum* dicitur, quoniam canis vino caret. Cum igitur medium vinum appellasset, quod neque novum neque vetus esset, et plerumque ho- 15 16 17

30.; v. c. Sciopp. *m. nesteum*; al. *in nestheum*. Al. *Mnesitheum*. Edd. ante Iunt. *Mnescheum*. V. *scribi* om. Guelf. Et supervacaneum videri possit. — *Medium*] Gryph. 1542. marg. *melinum*. — Κιρρόν] Edd. vett. κιρ. *gilvum*, quod recte eiecit Steph. Reg. om. vocem Graecam. Lugd. ut. KIPPONEI *nov.*, vel Κιρρονει *novum*; prius hab. etiam Pet.; Linc. κιρρὸν *enim novum*. Iunt. et Ald. hab. κιρ. *gilvum et novum*. De re v. Bochart. Hieroz. 2, 7. p. 49. ed. Rosenmüll. — *Virus*] Codd. omnes Gron. et Guelf. *virus* aut *vires;* edd. vett. ante Bonon. *virus*. Bonon. Iunt. *vires*. Marg. Gryph. *virus*. — *Medium* etc.] Edd. vett. *med. vero esse*. Vulg. *vero* deest.

§. 17. *Neque* etc.] Ita Guelf. et edd. vett. ante Iunt. pro ordine vulg. *neque nov. esset neq. vet.* — *Plerumque*] Patet veritas simul et elegantia explicationis Gellianae, qua medium, licet vinum, non tamen haberetur pro vino, quia nec effectus in eo erat, qui ab vetere aut novo vino solebat exsistere, nec in loquela de potando solebat proferri, nec de tabernis peti; atque adeo diversum quid et alienum ab vino videretur. Varro igitur hanc consuetudinem perpendens putavit inde iocanti ingenio suo dari materiam, ut istud medium vinum relegaretur ad caninum prandium, prout ipse explicat, in quo potaretur ex more canum, nihil nempe vini. Haec I. G. apud quem plura v. ad h. l. et in Addend. p. 902. Falster.: Nullus dubito *Canin. prand.* esse prandium

mines ita loquantur, ut omne vinum aut novum esse dicant, aut vetus: nullam vim habere significavit neque novi, neque veteris, quod medium esset; idcirco pro vino non habendum, quia neque refrigeraret, neque calefaceret. *Refrigerare* id dicit, quod Graece dicitur *ἀναψύξαι*.

Cynicorum, qui aqua pro vino utebantur. v. supr. — *Ita*] Guelf. om. *ita*. — *Dicitur ἀναψύξαι*] Edd. vett. et Guelf. hunc ordinem dederunt, pro: *ἀναψύξαι dicitur*.

A. GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
COMMENTARIUS.

LIBER QUARTUS DECIMUS.

CAPUT I.

Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui *Chaldaei* appellantur, et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata [se] hominum dicturos pollicentur.

Adversum istos, qui sese Chaldaeos seu gene- 1
thliacos appellant, ac de motu deque positu stellarum dicere posse, quae futura sunt, profitentur, audivimus quondam Favorinum philosophum Romae Graece disserentem egregia atque illustri oratione; exercendi autem, non 2

LIB. XIV. CAP. I. *Se*] Pronom om. cum Guelf. Linc. et Pet. Long. cf. 7, 18, 10. Pro v. *fata*, quod praecedit, edd. vett. (h. l. Bonon. Iunt. Ald., et in ind. capp. Rom. tantum) hab. *facta*.

§. 1. *Adversum*] Guelf. *adversus* et mox *se* pro *sese*. — *Chaldaeos*] De his v. Ois. Censorin. de D. N. c. 8. ibiq. intpp.

§. 2. *Exercendi*] Ita suadente I. G. et re ipsa

ostentandi, gratia ingenii, an quod ita serio iudicatoque existimaret, non habeo dicere. Capita autem locorum argumentorumque, quibus usus est, quod eius meminisse potui, egressus ibi ex auditione propere annotavi; eaque fuerunt ad hanc ferme sententiam: Disciplinam istam Chaldaeorum tantae vetustatis non esse, quantae videri volunt; neque eos principes eius auctoresque esse, quos ipsi ferant: sed id praestigiarum atque offuciarum genus commentos esse homines aeruscatores, et ci-
3 bum quaestumque ex mendaciis captantes. Atque eos, quoniam viderent terrena quaedam inter homines sita coelestium rerum sensu atque ductu moveri; quale est, quod oceanus quasi lunae comes cum ea simul senescit adolescitque; hinc videlicet sibi argumentum ad persuadendum paravisse, ut crederemus, omnia

edidi cum Reg. secutus Long. Vv. *non ostent.* tanquam interposita intellige: certe ingenii ostentandi gratia non ita disseruit. Vulg. *exercendine autem anne ostent. gr. ing.* Non autem dubitare potuit Gellius, an a Favorino aliquid fieret ostentandi ingenii gratia; quod probe admonuit I. G. coll. 17, 12. Edd. vett. *exercendine, aut ostendendi gr. ing.* Guelf. *exercendi ne aut ostentandi gr. ing.* Ed. Rom. *exercendi: ne aut*, unde possis coniicere: *exercendi (non autem ost.) gr. ing.* — *Quod*] Edd. vett. *quoad.* — *Eaque*] Guelf. *ea que* (quae). — *Vetustatis*] Edd. vett. et Guelf. *venustatis*, quod Nannius Miscell. 1, 7. interpretatur: auctoritatis. v. Ois. — *Ferant*] Guelf. *ferunt.* — *Atque offuciarum*] Edd. ante Iunt. *offuciarumque.*

§. 3. *Eos*] Pronom. om. Steph. contra libb. omnes. — *Sensu*] Scalig. ad Manil. *censu.* Deinceps Guelf. et edd. vett. *dictu* pro *ductu*; quod hab. Bonon. et Ald. — *Persuadendum*] Reg. et Lugd. min. *suadendum.* —

rerum humanarum et parva et maxima, tanquam stellis atque sideribus evincta, duci et regi. Esse autem nimis quam ineptum absurdumque, ut, quoniam aestus oceani cum lunae curriculo congruit, negotium quoque alicuius, quod ei forte de aquae ductu cum rivalibus, aut de communi pariete cum vicino apud iudicem est, ut existimemus, id negotium quasi habena quadam de coelo vinctum gubernari. Quod etsi vi et ratione qua[piam] divina fieri potest, nequaquam tamen id censebat in tam brevi exiguoque vitae spatio quantovis hominis ingenio comprehendi posse et percipi; sed coniectari pauca quaedam, ut verbo ipsius utar, *παχυμερέστερον*, nullo scientiae fundo concepta, sed fusa et vaga et arbitraria; qualis longinqua oculorum acies est per intervalla media caligantium; tolli enim, quod maxime inter deos atque homines differt, si homines quoque res omnis post futuras praenoscerent. Ipsam deinde siderum stellarumque observationem, quam esse originem scientiae suae praedicarent, haudquaquam putabat liquide consistere. 4 5 6 7

Et regi] Edd. ante Iunt. et Guelf. *atque.*

§. 4. *Ineptum*] Guelf. *incept.* Postea vv. *cum vic.* om. ed. Rom.

§. 5. *Quapiam*] *Qua* i. e. aliqua exhib. Reg. *quadam* dat Pet.; *recte* pro *rat.* Guelf. — *Tamen* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *id tamen cens.* — *Quantovis hom.*] Guelf. *qm̃* (quam) *totius hom.* — *Ut*] Vulg. aberat *ut;* addidi ex edd. vett. et Guelf. — *Scientiae*] Edd. vett. et Guelf. *scientiarum*; correxit Steph. cum codd. Statim pro *concepta* Reg. dat: *captos*, unde I. G. *capto*; quod recepit Long.

§. 6. *Tolli*] V. §. 34. Pacuvian. vers. Deinde edd. vett. et Guelf. hab. *maximum.*

8 Nam si principes Chaldaei, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus et vias et discessiones et coetus intuentes, quid ex his efficeretur, observaverunt; procedat, inquit, haec sane disciplina, sed sub ea modo inclinatione coeli, sub qua tunc Chaldaei fuerunt: non enim potest, inquit, ratio Chaldaeorum observationis manere, si quis ea uti velit sub diversis coeli regionibus. Nam quanta, inquit, partium circulorumque coeli ex devergentia et convexionibus mundi varietas sit, quis non
9 videt? Eaedem igitur stellae, per quas omnia divina humanaque fieri contendunt, sicuti non usquequaque pruinas aut calores cient, sed mutant et variant, tempestatesque eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas movent: cur non eventa quoque rerum ac negotiorum

§. 8. *In* etc.] Guelf. *in pat. in campis.* — *Discessiones*] Mss. nonnulli Gron. et Sciopp. *dissensiones.* Iunt. *discensiones.* Contrariae sunt discessiones coetibus, i. e. planetarum coniunctionibus (*σύνοδοι*). — *Partium*] Guelf. *ratio partium.* — *Convexionibus*] Reg. et Lugd. mai. *convexationibus.* Guelf. *connexibus.*

§. 9. *Fieri*] Ita edd. vett. Steph. et Guelf. et ita credo codd. Gron., siquidem recte intelligo I. G. annotationem: Nec hoc (Pontani annal. 3, 6. *cieri cont.*) nec illud *fieri agi cont.* (ut vulg. legitur) se mihi commendare potest, quum Gellius iam non id agat, ut dominantem violentiam perstringere voluerit, qui sensus est in coniunctione istorum vv., ut notum. Utique in nullo exstat Mss. Itaque spectentur in notis, in contextu quid possunt sibi vindicare? Quantum video Seb. Gryph. eis in marg. locum dedit a. 1539. et secutus Anton. 1566." Utrumque v. *fieri agi* om. Long. Marg. Gryph. hab. *ferri, agi;* quod vulg. legebatur in edd. recentt. — *Non usq.*] Edd. vett. *ne usq.*

alia efficiunt in Chaldaeis, alia in Gaetulis, alia apud Danubium, alia apud Nilum? Per 10
autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus et habitum tam profundi aëris sub alio atque alio coeli curvamine non eundem manere; in hominum autem negotiis stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas ex quacunque terra conspexeris. Praeterea mirabatur, 11
id cuiquam pro percepto liquere, stellas istas, quas a Chaldaeis et Babyloniis sive Aegyptiis observatas ferunt, (quas multi *erraticas*, Nigidius *errones* vocat;) non esse pluris, quam vulgo dicerentur; posse enim fieri existimabat, 12
ut et alii quidam planetae pari potestate essent, sine quibus recta atque perpetua observatio perfici non quiret; neque eos tamen cernere homines possent, propter exsuperantiam vel splendoris vel altitudinis. Nam et quae- 13
dam, inquit, sidera e quibusdam terris conspiciuntur, earumque terrarum hominibus nota sunt; sed eadem ipsa ex omni terra alia non

§. 10. *Autem, inq.*] Reg. *autem enim, inq.*; vel pro coniunctione significationis, quam istae voculae interdum prorsus eandem obtinent apud auctores. *I. G. Sed enim* saepe legitur. — *Tam* etc.] Guelf. *tam in profundi;* mox *curvatione* pro *curvam.* — *Ostendere* etc.] Reg. *ostendere sic eas, si quae.*

§. 11. *Percepto*] I. e. pro spectato, certo et de quo dubitari non debeat, habere. *Ois.* Edd. vett. *pro praecepto.* Mox eaedem ante Iunt. *quas quasi a Ch.*

§. 12. *Planetae*] Edd. vett. et Long. *planetae.* Guelf. *planete.* Steph. *planetes*, ut vulg. legebatur. Idem mox *ac perpet.* — *Eos*] Pronom. om. edd. quaedam recentt.; restituit I. G. — *Possent*] Ex Guelf. et edd. vett. *possent* restitui cum Long. pro *possint.*

§. 13. *Ex* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *ex alia omni terra non v.* —

videntur, et sunt aliis omnino ignarissima.
14 Atque, uti demus, inquit, et has tantummodo stellas, et ex una parte terrae observari debuisse; quae tandem finis observationis istius fuit, et quae tempora satis esse visa sunt ad percipiendum, quid praemonstraret aut coetus
15 stellarum, aut circuitus, aut transitus? Nam si isto modo coepta fieri observatio est, ut animadverteretur, quo habitu, quaque forma, quaque positura stellarum aliquis nasceretur: tum deinceps ab ineunte vita, fortuna eius, et mores, et ingenium, et circumstantia rerum negotiorumque, et ad postremum finis etiam vitae [ex]spectaretur, eaque omnia, ut usu venerant, literis mandarentur, ac postea longis temporibus, cum ipsae illae eodem in loco, eodemque habitu forent, eadem ceteris quoque eventura existimarentur, qui eodem
16 illo [tempore] nati fuissent; si isto, inquit,

Ignarissima] Edd. vett. et Guelf. *ignotissima;* nostrum e codd. dedit Steph., confirmantibus Reg. Lugd. mai. et vet. cod. Parei in Lexic. crit. cf. 9, 12, 20.

§. 14. *Uti demus*] *Ut demus* dederat Steph. (Specim. Emendd. p. 149.), cum legeretur: *atque videmus*, ut hab. Linc. Al. iique meliores codd. Gron. Guelf. et edd. vett. *atque ut videm.*, unde I. G. nostrum effecit. — *Quid*] Reg. *qut*; quod recepit Long., ut significet *quo*. Guelf. om. *quid*. — *Circuitus*] I. e. revolutiones; transitus, praetergressiones a se invicem. *Ois. Circuitus* pro *circumitus* edidit Long. cum edd. vett. et Guelf.

§. 15. *Animadverteretur*] Guelf. *animadverterentur*; mox *habitu, quadam positura.* — *Negotiorumque*] Guelf. om. *que.* — *Exspectaretur*] Guelf. Torn. et edd. vett. *spectar.* Et sic Long. Deinceps Sciopp. *venerat.* — *Existimarentur*] Guelf. *extimar.* 7, 1, 2. — *Tempore*] V. *temp.* non exstat in Reg.; delevit Long.; et intelligi posse tum *loco*, tum *ha-*

modo observari coeptum [est], et ex ea observatione composita quaedam disciplina est, nullo id pacto potest procedere. Dicant enim, 17
quot tandem annis, vel potius quot seculis orbis hic observationis perfici quiverit. Constare quippe inter astrologos dicebat, stellas 18
istas, quas *erraticas* dicerent, quae esse omnium rerum fatales viderentur, infinito prope et innumerabili numero annorum ad eundem locum, cum eodem habitu simul omnes profectae sunt, regredi; ut neque ullus observa-

bitu, annotat I. G., imo vulgatum et nonnihil turbari, quum antecedat modo *temporibus*.

§. 16. *Inquit*] Edd. ante Iunt. hab. *quidem*. — *Et* etc.] Copula deest in Guelf. Reg. et Lugd. mai. adest in min. Edd. vett. hab.: *c. est, exque ea* (*que* om. Iunt.). Linc. *coept. est ex ea autem obs.* Agnoscis, inquit I. G., indolem corruptelae semper serpentis, quum Gellius dederit: coeptum, et ex ea. Probo; propterea v. *est* uncis seiunxi.

§. 18. *Quippe*] Steph. *quidem*, contra codd. Gron. omnes, Guelf. Torn. et edd. vett. Orationem hanc continere affirmationem de eo quod dixisset annos vel saecula, annotavit I. G. Mox Steph. pro *istas* edidit *ipsas*; opposuit I. G., Gellium inducere Favorinum ratiocinantem ab certa quadam et parva stellarum parte, ut inde difficultatem augeat in cunctis. — *Viderentur*] Long. cum edd. vett. et Guelf. *dicerentur*. — *Omnes*] Guelf. om. *omnes*. V. *regredi* in Guelf., et codd. Gron. non exstat, delevitque Long., quo sensu vix ac ne vix quidem intelligo. An fort. *constare* significat *cognitas esse? Inde* e Reg. enotarunt Bourdel. et Lamb.; non conspexerunt Gronn. I. G.: Habe igitur, quod exsculpere potui: *simul omnes unde unde profectas iungi*, vel *uniri; cum eod. hab.* hab. edd. vett., ubi *cum* praepositio est. Ed. a. 1644. in *quum* mutavit. Triller. apud Falster. p. 297. legit: *Quo* (loco) *eodem abitu sim. omn. pr. sunt, regredi; habitu* otiosum, v. *regredi* omnino

tionis tenor, neque memoriae ulla effigies li-
19 terarum tanto aevo potuerint edurare. Atque illud etiam cuimodi esset considerandum putabat; quod aliud stellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea cum in decem mensibus proximis in lucem ederetur; quaerebatque, quî conveniret, diversam super eodem fieri demonstrationem: si, ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs atque du-
20 ctus alias atque alias fortunas daret. Sed et nuptiarum tempore, ex quibus liberi quaererentur, atque ipso etiam illo maris atque feminae coitu, iam declarari oportere dicebat, certo quodam et necessario stellarum ordine, quales qualique fortuna homines gignerentur: ac multo etiam ante, quam pater ipse atque mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse iam tum prospici, quinam olim futuri essent, quos ii creaturi forent, et supra longe atque longe per infinitum: ut, si disciplina ista fundamento aliquo veritatis nixa est, centesimo usque abhinc seculo, vel magis primo coeli atque mundi exordio, atque inde iam deinceps, continua significatione, quotiens generis auctores eiusdem homines nascerentur, stellae istae praemonstrare debuerint, qualis qualique

necessarium esse. Vv. *ullus* -- *neque* om. Guelf. — *Memoriae*] Edd. ante Iunt. *memoria*.

§. 19. *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi*. v. 12, 2, 2. — *Qui*] Guelf. om. *qui*. — *Atque*] Edd. ante Iunt. *et*.

§. 20. *Sed* etc.] Guelf. *si ex nupt. t.* — *Atque fem.*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *et*. — *Tum* etc.] Guelf. *tum prosp. qui iam ol.*; *tum* pro *tunc* cum edd. vett. dedit Long. — *Homines*] Guelf. *hominis*.

fato futurus sit, quisquis hodie natus est. Quo 21
autem, inquit, pacto credi potest, uniuscuiusque stellarum formae et positionis sortem atque fortunam uni omnino homini certam destinatamque esse, eamque formam, post longissima seculorum spatia, restitui, si vitae fortunarumque eiusdem hominis indicia, in tam brevibus intervallis, per singulos maiorum eius gradus, perque infinitum successionum ordinem, tam saepe ac tam multipliciter eadem ipsa, non eadem stellarum facie denotantur? Quod si id fieri potest, eaque diversitas 22
atque varietas admittitur per omnis antiquitatis gradus, ad significanda eorum hominum, qui post nascentur, exordia: imparilitas haec turbat observationem, omnisque ratio disciplinae confunditur. Iam vero id minime ferundum 23
censebat, quod non modo casus et eventa, quae evenirent extrinsecus, sed consilia quoque hominum ipsa et arbitrarias et varias voluntates appetitionesque et declinationes, et fortuitos repentinosque in levissimis rebus animorum impetus recessusque, moveri agitarique desuper e coelo putarent: tanquam quod forte ire

§. 21. *Certam*] Ed. Rom. *creatam.* — *Formam*] Scalig. *formaturam.* — *Indicia*] Guelf. Torn. et edd. vett. *indicia*; quod restituit Long. in locum vulg. *iudicia.*

§. 22. *Eaque d.*] Guelf. *ea quoque d.* — *Qui*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *quae.*

§. 23. *Ferundum*] Hoc pro *ferend.* dedi e Guelf. Mem. Lugd. min. et Pet. v. 5, 6, 23. Praeterea Guelf. *iam v. min. id fer.* — *Casus* etc.] Ita edd. vett. pro: *cas. eventaque.* Guelf. *casus est ev. que* (quae) *ev.* — *Arbitrarias*] Lugd. mai. *arbitraria*; Reg. *arbitrarias*, quod recepi pro vulg. *arbitria*; secutus Long. — *Quod forte*] Edd. vett. *si for.*; Iunt. *quod si for-*

in baltheas volueris, ac deinde nolueris, atque id rursum volueris; non ex aliqua dispari variaque animi agitatione, sed ex necessaria quadam errantium siderum reciprocatione contigerit: ut plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, sed ludicra et ridenda quaedam νευρόσπαστα esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciunt, sed ducentibus
24 stellis et aurigantibus. Ac si, inquit, potuisset praedici affirmanter, Pyrrhusne rex, an Manius Curius proelio victurus esset: cur tandem non de alea quoque, ac de calculis et alveolo audent dicere, quisnam ibi ludentium vincat? An videlicet magna sciunt, parva nesciunt: et
25 minora maioribus imperceptiora sunt? Sed si

te. Fort. legend. *tanquam si, quod forte* etc. ut *tanquam si* positum sit, ut *quasi si.* cf. 4, 12, 2. 13, 28, 2. — *Ex*] Praepositio *ex* accessit e Guelf. ed. Rom. et Steph.; reliquae edd. vett. neglexerunt. Ald. singularem habet lectionem: *sed. IX. necess.*; innuere certe videtur *ex*, quod om. etiam edd. recentt. — *Non, quod*] Guelf. *non id quod.* — Νευρόσπαστα] V. intpp. Petron. 34. Casaub. ad Pers. et Athen., ad quos ablegat I. G. Add. Ois. Edd. vett. *νευρόβαφα* (Rom. *νευρόφαθα.* Ald. *νευρόβατα.*) *i. e. nervis moventia.* Nostrum restituit iam Caelius Rhodig. VV. LL. 7, 16. Guelf. *neuros parata.* Steph. Latine *neurospasta.* — *Si*] Guelf. *sed.* — *Aurigantibus*] Electa prorsus vv. ad notandam privationem suae potestatis; in quae incidisse videtur auctor memor eius, quod scripserat de verbo *vexare*, 2, 6.: In verbo *vehere* etc. *I. G.*

§. 24. *Affirmanter*] Edd. vett. et Guelf. *affirmant*; hinc Bonon. Iunt. Ald. pro *potuisset* dederunt *potuisse.* Mox Guelf. *victu esset*; pro *audent* edd. vett. hab. *audeant* (Rom. *audiant*). — *Quisnam*] Steph. *quinam*, contra codd. omnes Gron. Guelf. et Torn.

magnitudines rerum sibi vindicant, magisque esse perspicuas, et facilius comprehendi posse dicunt: Volo, inquit, mihi respondeant, quid in hac totius mundi contemplatione, praestantis naturae operibus, in tam parvis atque brevibus negotiis fortunisque hominum magnum putent; atque id velim etiam, inquit, ut re- 26
spondeant: si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem illo puncto sub eodem circulo coeli plures simul ad eandem competentiam nasci non queant: et si idcirco gemini quoque non eadem vitae sorte sunt, quoniam non eodem temporis puncto editi sunt; peto, inquit, respondeant, cursum illum temporis transvolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi potest, quonam pacto aut consulto assequi queant, aut ipsi perspicere et deprehendere: cum in tam praecipiti dierum noctiumque vertigine minima momenta ingentes facere dicant mutationes. Ad postremum 27
autem, et quid esset, quod adversum hoc dici posset, requirebat; quod homines utriusque sexus omnium aetatum, diversis stellarum motibus in vitam editi, regionibus, sub quibus geniti sunt, longe distantibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris, aut labentibus tectis, aut oppidorum expugnationibus, aut eadem in navi fluctu obruti, eodem genere mortis,

§. 25. *Vindicant*] Torn. *vincatur.*

§. 26. *In quo*] Guelf. om. vv. *in quo.* — *Deprehendere*] Guelf. et Steph. *repreh.* — *Facere* etc.] Guelf. *dicunt facere mut.*

§. 27. *Aetatum*] Codd. Torn. et Guelf. *aetatum*, quod h. etiam l. confirmant edd. vett. Restitui pro *aetatium.* V. 13, 28, 4. —

eodemque ictu temporis universi simul interirent. Quod scilicet, inquit, nunquam eveniret, si momenta nascendi singulis attributa suas unumquodque leges haberent. Quod si quaedam, inquit, in hominum morte atque vita etiam diversis temporibus editorum per stellarum pares quosdam postea conventus, paria nonnulla et consimilia posse dicunt obtingere: cur non aliquando possint omnia quoque paria usu venire; ut exsistant per huiuscemodi stellarum concursiones et similitudines Socratae simul et Antisthenae, et Platones multi, genere, forma, ingenio, moribus, vita omni et morte pari? Quod nequaquam, inquit, prorsus fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queunt, adversum hominum impares ortus, interitus pares. Illud autem condonare se iis dicebat, quod non id quoque requireret, si vitae mortisque hominum rerumque humanarum omnium tempus et ratio et causa in coelo et apud stellas foret, quid de muscis aut vermiculis aut echinis multisque aliis mi-

Universi simul] Vv. *universi simul* om. edd. vett. et Guelf.

§. 28. *Unumquodque*] Lugd. ut et Pet. *unumquidque*, quod exhib. etiam Iunt.

§. 29. *In*] Guelf. om. *in*; mox hab. *divers. etiam t.* pro *etiam div. t.* — *Cur*] Guelf. *cum.* — *Huiuscemodi*] Edd. ante Iunt. *huiusmodi.* — *Socratae* etc.] Cf. Schneid. Gramm. Lat. 2, 1. p. 44. Edd. vett. *Socrates s. et Antisthenes.* Iunt. *Socratae s. et Aristhenae.* Ald. *Socrates s. et Aristhones.* Gryph. *Socrates s. et Antisthenes*, in marg. *Aristones.* Guelf. *Socrate s. et antistene et Platone.*

§. 30. *Adversum*] *Adversus* edd. ante Iunt.

§. 31. *Tempus*] Pet. *et temp.*, probante I. G. — *Echinis*] Torn. *cethinis.* Deinceps Guelf. *multis* sine

nutissimis terra marique animantibus dicerent? an ista quoque iisdem, quibus homines, legibus nascerentur, iisdemque itidem exstinguerentur: ut aut ranunculis quoque et culicibus nascendi fata sint de coelestium siderum motibus attributa; aut, si id non putarent, nulla ratio videretur, cur ea siderum vis in hominibus valeret, deficeret in ceteris. Haec nos 32
sicca et incondita et propemodum ieiuna oratione attingimus. Sed Favorinus, ut hominis ingenium fuit, utque est Graecae facundiae copia simul et venustas, latius ea et amoenius et splendidius et profluentius exsequebatur, atque identidem commonebat, ut caveremus, ne qua nobis isti sycophantae ad faciendam fidem irreperent, quod viderentur quaedam interdum vera effutire aut spargere. Non enim 33
comprehensa, inquit, neque definita neque percepta dicunt; sed lubrica atque ambagiosa

que. — *Ista*] Reg. Lugd. mai. *iste*, ut videtur, pro *istae*, ut in praecedentibus intelligamus *animantes*, non *animantia*. *I. G.* — *Ut*] Guelf., omisso *ut*, *aut ramiculis*. — *Non*] Marg. Gryph. 1542. om. *non*.

§. 32. *Sicca*] Edd. vett. *ficta*. — *Ieiuna*] Cum Lugd. ut. Mem. et Pet. Steph. dedit *una*, huic tamen suspectum (v. Specim. Emendd. p. 125.); Reg. *una in or.* unde I. G. *inani or.* Mihi inde facilius effici posse *ieiuna*, quod dant Guelf. et edd. vett., videbatur. Sequens *atting.* pro (Guelf.) *attigim.* ex iisdem est libb. Gron. etiam Steph. et Iunt. — *Sed*] *Sed* pro *at* exhib. Reg. *set* cod. Torn. et Guelf. — *Utque est*] Ita Reg. Lugd. mai. et Torn., al. *utque*, omisso v. *est*; et sic Guelf. et edd. vett.; Steph. edidit: *aut*, *quae est*. — *Profluentius*] Guelf. *profluentibus*.

§. 33. *Comprehensa*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *comprensa*. Mox edd. ante Bonon. pro *percepta* hab. *praecepta*. —

coniectatione nitentes, inter falsa atque vera pedetentim, quasi per tenebras ingredientes, eunt: et aut multa tentando incidunt repente imprudentes in veritatem; aut ipsorum, qui eos consulunt, multa credulitate ducente perveniunt callide ad ea, quae vera sunt: et idcirco videntur in praeteritis rebus quam in futuris veritatem facilius imitari. Ista tamen omnia, quae aut temere aut astute vera dicant, prae ceteris, inquit, quae mentiuntur, pars
34 ea non sit millesima. Haec autem, quae dicentem Favorinum audivimus, multa etiam memini poëtarum veterum testimonia confirmare, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Pacuvianum illud:

Nam si qui, quae eventura sunt, provideant;
Aequiparent Iovi.

Item Attianum illud:

In] Edd. vett. om. *in.* — *Vera* etc.] Guelf. *revera dicunt praeteritis inq.* — *Sit*] Ita codd. Gron. (Guelf.) vel *fit;* quod ex edd. vett. recepit Long.; Steph. dedit *est.* Solent, ait I. G., in illis, quae proferuntur cum quadam admiratione vel amplificatione, amare istum modum. Restitui. cf. 5, 14, 3. Long. *fit.* Pro *milles.* sunt qui legant *multesima*, coll. Graec. πολλοστημόριον.

§. 34. *Haec*] Ita edd. vett. et Guelf. Vulg. *praeter haec*, omisso postea v. *confirmare*, quod om. etiam Guelf., quodque sane nescio unde in edd. vett. venerit. — *Qui*] Ed. Rom. et Guelf. om. *qui.* Dein Guelf. *previd.* (praevid.). — *Aequiparent*] Steph. Guelf. *equiperent.* Sciopp. *aequiperentur.* 3, 7, lemm. Voss. *aequi parem*; probante Both. Scen. Poët. Lat. V. 1. p. 148. ubi uno versu hoc Pacuvianum profert iambico tetr. — *Attianum*] V. Non. sub v. *divitant.*

Nihil, inquit, *credo auguribus, qui aures*
verbis divitant
Alienas, suas ut auro locupletent domus.

Item Favorinus, deterrere volens ac depellere 35
adolescentes a genethliacis istis et quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos [se] pollicentur, nullo pacto adeundos eos esse, consulendosque, huiuscemodi argumentis concludebat: Aut adversa, 36
inquit, eventura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera, et fallunt, miser fies frustra exspectando. Si adversa dicunt, et mentiuntur, miser fies frustra timendo. Sin vera respondent, eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias. Si felicia promittunt, eaque eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda: et exspectatio te spei suspensum fatigabit, et futurum

— *Nihil*] Both. l. l. p. 181.: *Nil.* — *Domus*] Ita cum Guelf. et edd. ante Iunt. Steph. Vulg. *domos*, quod ex edd. Ald. et Gryph. profectum videtur. cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 448 sq.

§. 35. *Item*] Vulg. *idem*. Nostrum restitui ex Guelf. et edd. vett. — *Ac*] Edd. vett. *et*. Guelf. firmat *ac*. — *Omnia*] Ois. *omina;* repugnante I. G. Deinceps *se* om. Long. cum Guelf. et edd. vett. 7, 18, 10. Mox pronom. *eos* accessit e Reg. Lugd. mai. et Thuan. Dein edd. ante Iunt. hab. *huiusmodi*. Guelf. *consulendos quia huiuscem.*

§. 36. *Fies*] Guelf. *fias;* sed statim *fies*. — *Eventura*] Guelf. *ventura*. — *Spei*] *Spei* pro vulg. *spe* dedi cum Long. e Reg. Lugd. mai. Guelf. et edd. vett. Sic Appul. *suspensus animi*. Ruddimann. II. p. 75. Memm. et Pet. *exspectationis spes te susp.* Guelf. *exspectatio et spei*; unde possis suspicari legend. esse: *et exspectatio te et spes susp. fat.* Deinceps Scheff. *futuri*. Tum edd. vett. *deflor.*; Torn.

gaudii fructum spes tibi iam praefloraverit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus, res futuras praesagientibus.

CAPUT II.

Quem in modum disseru[er]it Favorinus, consultus a me, super officio iudicis.

1 Quo primum tempore a praetoribus lectus in iudices sum, ut iudicia, quae appellantur privata, susciperem, libros utriusque linguae, de officio iudicis scriptos, conquisivi, ut homo adolescens a poëtarum fabulis et a rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus, rem iudiciariam, quoniam vocis, ut dicitur, vivae nimia penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magistris cognoscerem. Atque in rerum quidem diffissionibus comperendinationibusque, et

praeflorabit. V. Steph. Specim. Emendd. p. 124. et Gron. ad Liv. 37, 58.

Cap. II. *Quem in modum*] Guelf. Iunt. Ald. *quemadmodum.* Deinde *disseruit* est in edd. vett. et Guelf. cf. lemma lib. 2. c. 4.

§. 1. *Epilogis*] Falster. legend. censuit: *apologis*; coll. Suet. de clar. Rhet. 1. et Quintil. 6, 3. — *Nimia* etc.] Guelf. *nimia penuria erat et mut.*; inde *nimia* addidi, quod vulg. deerat. — *Rerum*] Angel. Politian. Miscell. c. 41. et Bentl. ad Horat. Serm. 2, 1, 79. leg. *dierum.* v. mox. *rerum* pro *litium* accipiend. putabat Ascens. — *Diffissionibus*] Ed. Rom. *difinitionib.* Ven. Brix. *definition.* Bonon. *diffinitionis* (sic!). Iunt. *defensionib.* Ald. *diffusionib.* Connell. Guelf. Reg. et Linc. *diffinitionib.* Lugd. mai. et Steph. *diffisionib.*, min. *difisionib.* V. quos de h. v. laudavit I. G. qui haec fere addidit: dubitari nequit, quin perinde *res*, sicut *dies* dixerint *diffindi*, et continuae actiones in Nerone praesertim notatae,

aliis quibusdam legitimis ritibus, ex ipsa lege Iulia et ex Sabini Massurii et ex quorundam aliorum iurisperitorum commentariis commoniti et adminiculati sumus. In his autem, 2
quae exsistere solent, negotiorum ambagibus, et in ancipiti rationum diversarum circumstantia, nihil quidquam nos huiuscemodi libri iuverunt. Nam, etsi consilia iudicibus ex prae- 3
sentium causarum statu capienda sunt, generalia tamen quaedam praemonita et praecepta sunt, quibus ante causam praemuniri iudex, praeparariique ad incertos casus futurarum difficultatum debeat, sicut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendae sententiae ambiguitas. Petebatur apud me pecunia, quae dicebatur 4
data numerataque; sed qui petebat, neque tabulis neque testibus id factum docebat, et argumentis admodum exilibus nitebatur. Sed 5
eum constabat virum esse ferme bonum, no-

ab aliis quoque interstitione aliqua discerni et interscindi coeperint. — *Ritibus*] Edd. vett. *rebus*; Iunt. Ald. *in rebus*; *in* non reiecerim. Nostrum dedit Steph. Emendd. p. 121. — *Massurii*] Reg. *Masirii*; Lugd. ut. *Masyrii*. Edd. ante Iunt. *Masurii*. v. 5, 6, 13. Sequens *ex* repetitum est ex edd. ante Iunt.

§. 3. *Praemuniri iudex*] Guelf. *praemunirique iud.* Placet repetitum *que*. V. Turnebin. de Partic. p. 680. — *Difficultatum*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *difficultatium*. V. 1, 3, 23. — *Sententiae*] Steph., invitis codd. et edd., *scientiae*; nostrum probavit idem Specim. Emendd. p. 123.

§. 4. *Tabulis*] V. de his et sqq. Salmas. de Mod. Usur. c. 11. p. 474.

§. 5. *Ferme bonum*] Interpretantur: facile bonum; al.: valde bonum. Ois. coni. *famae bonae* s. *famâ bonum*; illud volebat etiam Scriver. Sed vulgatam vocis *ferme* retinendam esse significationem opposuit l. G. Nam, ait, *bonum* vix reperit unum

taeque et expertae fidei, et vitae inculpatissimae: multaque et illustria exempla probitatis
6 sinceritatisque eius expromebantur. Illum autem, unde petebatur, hominem esse non bonae rei, vitaque turpi et sordida, convictumque vulgo in mendaciis, plenumque esse per-
7 fidiarum et fraudum ostendebatur. Is tamen cum suis multis patronis clamitabat, probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, *expensi latione, mensae rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsigna-*
8 *tione, testium intercessione*; ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti iam se oportere, et adversarium de calumnia damnari: quod de utriusque autem vita atque factis diceretur, frustra id fieri atque dici; rem enim de petenda pecunia apud iudicem privatum
9 agi, non apud censores de moribus. Tunc ibi amici mei, quos rogaveram in consilium, viri exercitati atque in patrociniis et in operis

millibus e multis hominum consultus Apollo: ita multa ad id requiruntur, ut scivisse Romanos patet ex conquisitione viri optimi in recipienda Matre Idaea. Falster. legend. putabat: *firme b.* i. e. certissime b.

§. 6. *Ostendebatur*] Guelf. *dum ost.*

§. 7. *Cum* etc.] Guelf. *cum mult. suis p.* — *Chirographi*] Cf. Hugo de scrib. Orig. p. 326. ed. Trotz.

§. 8. *Nulla re prob.*] Guelf. *nulla reprob.* — *Se*] Edd. vett. et Guelf. pro *se* (quod hab. Gryph. marg.; marg. Gryph. 1591.: *iam se opinor.*) hab. *sane.* Fort. legend. *se sane.*

§. 9. *Tunc*] Guelf. *tum.* — *Exercitati*] Titulus satis congruus illis, quae adduntur; unde ab grege codd. veterum etiam servatur et agnoscitur. Sed unus ille Reg. *viri excitati*, quod quidem variis de causis praestantissimum. *I. G.* Recepit Long. Videtur tamen ex compendio scribendi ortum esse. — *In operis*] Guelf. om. *in.* —

fori celebres, semperque se circumundique distrahentibus causis festinantes, non sedendum diutius, ac nihil esse dubium dicebant, quin absolvendus foret, quem accepisse pecuniam illam nulla probatione sollemni docebatur. Sed enim ego homines cum considerabam, alterum fidei, alterum probri plenum, spurcissimaeque vitae ac defamatissimae, nequaquam adduci potui ad absolvendum. Iussi igitur diem diffindi, atque inde a subselliis pergo ire ad Favorinum philosophum, quem in eo tempore Romae plurimum sectabar, atque ei de causa ac de omnibus, quae apud me dicta fuerant, uti res erat, narro omnia, ac peto, ut et ipsum illud, in quo haerebam, et cetera etiam, quae observanda mihi forent in officio 10 11

Illam etc.] Guelf. *illam nulla pr.*, unde *illam* adiunxi, vulg. omissum.

§. 10. *Defamatissimae*] Steph. (l. l. p. 121.) contra codd. Gron. et Guelf. *deformat.* Opponit etiam I. G.: Et certe voluit Gell. aliquid diversum priori adiectivo addere; ut, quum vita eius spurca esset rebus, etiam illa talis vulgo nosceretur per famam et sermones. cf. 18, 3, 3.

§. 11. *Diffindi*] Ita Reg. Thuan. Mem. Lugd. mai. Pet.; non: *diffundi* (quod est in edd. vett. praeter Iunt.); Guelf. *diffudi.* non posse *diffundi*, quod nequeat in diversis locis esse, admonuit I. G. Nostrum legi iam volebat Ang. Politianus l. l. Gryph. marg. V. tamen Brodaei Miscell. 10, 6. — *In eo*] Cum edd. vett. et Guelf. Long. *meo* pro *in eo.* Ineptum tamen: *eum sectabar meo t.* Gryph. 1542. edidit tantum *eo t.* omissa praepositione; in marg. hab. *meo; eo t.* probat etiam Steph. Specim. Emendd. p. 122. — *Atque* etc.] Guelf. om. vv. *atq. ei de causa.* — *Omnibus*] Torn. et edd. vett. *hominibus.* Dein Guelf. *fuerunt, uti res er.*; *uti* pro *ut* est etiam in edd. vett.

iudicis, faceret me, ut earum rerum essem
12 prudentior. Tum Favorinus, religione illa contationis et sollicitudinis nostrae comprobata: Id quidem, inquit, super quo nunc deliberas, videri potest specie tenui parvaque esse; sed si de omni quoque officio iudicis praeire tibi me vis, nequaquam est vel loci huius, vel
13 temporis; est enim disceptatio ista multiiugae et sinuosae quaestionis, multaque et anxia cura
14 et circumspicientia indigens. Namque, ut pauca tibi nunc quaestionum capita attingam, iam omnium primum hoc de iudicis officio quaeritur: si iudex forte id sciat, super qua re apud eum litigatur, eaque res uni ei, priusquam agi coepta aut in iudicium deducta sit, ex alio quodam negotio casuque alio quo cognita liquido et comperta sit; neque id tamen in agenda causa probatur: oporteatne eum secundum ea, quae sciens venit, iudicare,
15 an secundum ea, quae aguntur. Id etiam, inquit, quaeri solet, an deceat atque conveniat iudici, causa iam cognita, si facultas esse videatur componendi negotii, officio paulisper iudicis dilato, communis amicitiae et quasi
16 pacificatoris partes recipere. Atque illud amplius ambigi ac dubitari scio, debeatne iudex

§. 14. *Aut in i.*] Edd. ante Iunt. *et in i.* — *Alio quo*] Edd. vett. et Guelf. *aliquo* pro *alio quo.* — *Oporteatne*] Cf. 2, 4. et Ois.

§. 15. *Atque*] Edd. vett. ante Ald. pro *atque* iterum hab. *an.* Deinceps eaedem praeter Rom. et Ven. 1472. *conveniet iudicii c.; iudicii* hab. etiam Guelf. et Ald. — *Communis*] Linc. *cominus.* Deinceps Steph. *amici* pro *amicit.* Obiicit I. G., Gellium se oblectare voluisse ista varietate substantivorum rei et personae, in quibus assidue ludat Latina lingua.

inter cognoscendum ea, quae dicto quaesitoque opus est, dicere et quaerere, etiamsi, cuius ea dici quaerique interest, neque dicat neque postulet; patrocinari enim prorsus hoc esse aiunt, non iudicare. Praeter haec, super 17
ea quoque re dissentitur, an ex usu exque officio sit iudicis, rem causamque, de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere consignareque, ut ante sententiae tempus ex iis, quae apud eum in praesens confuse varieque dicuntur, perinde, ut quoquo in loco ac tempore movetur, signa et indicia faciat motus atque sensus sui. Nam qui iudices, inquit, 18
acres atque celeres videntur, non aliter existimant rem, qua de agitur, indagari comprehendique posse, nisi is, qui iudicat, crebris interrogationibus necessariisque interlocutionibus et suos sensus aperiat, et litigantium deprehendat. Contra autem, qui sedatiores et 19
graviores putantur, negant iudicem debere ante sententiam, dum causa utrinque agitatur, quotiens aliqua re proposita motus est, totiens significare, quid sentiat. Eventurum enim aiunt, ut, quia pro varietate propositionum

§. 16. *Dicto* etc.] Torn. *dicto quaestuque*; Steph. *dictio quaestioque*; cf. Ruddimann. II. p. 69. not. 67. fin. Mox Reg. *et* om. inter vv. *dic.* et *quaer.*, quod melius fore putabat I. G.

§. 17. *Consignareque*] Guelf. *assignarique*. — *Quoquo*] Edd. vett. *quoque*; mox cum iisdem et Steph. Lang. *movetur* pro *moventur*. Guelf. *quoque -- movetur. moventur* ex operarum vitio intrusum esse videtur. Correxi. Intellig. *iudex*.

§. 18. *Celeres*] Ita codd. Gron. Guelf. Torn. Iunt. et Ald. pro *celebres*; opponuntur mox sedatiores et graviores. cf. 15, 5, 4.

argumentorumque alius atque alius motus animi patiendus est, aliter atque aliter eadem in causa eodemque in tempore sentire et in-
20 terloqui videatur. Sed de his, inquit, et ceteris huiuscemodi iudicialis officii tractatibus, et nos posthac, cum erit otium, dicere, quid sentiamus, conabimur, et praecepta Aelii Tuberonis super officio iudicis, quae nuperrime
21 legi, recensebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet, quam apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi, utare M. Catonis, prudentissimi viri, consilio: qui in oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita esse a maioribus [memoriae] traditum observatumque ait, ut si, quod inter duos actum est, neque tabulis neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex iis vir melior esset, quaereretur: et, si pares essent, seu boni pariter

§. 20. *Huiuscemodi*] Guelf. *huiusmodi*. — *Super officio*] Guelf. *de officio*.

§. 21. *Turio*] Nomen *Turio* (Iunt. *Tyrio*) ignorant Reg. et Lugd. mai.; min. hab. *taturio*. Istum Turium petitum esse ex vv. Catonis, postea allegatis, colligit I. G.; in his tamen potuisse oratorem producere exemplum vel par in materia, quam tractaret in isto orationis loco, pro cuius tamen altero non dicta fuerit haec oratio. Mox *Gelium* est in edd. ante Iunt. Deinde codd. exhib. *a maiorib. maiorum tr.*; Guelf. *a moribus maiorum tr.*; inde in edd. vett. manavit: *ita esse moribus maiorum tr.*; quod restituit Long. Steph. *a maior. memoriae tr.*; quae ex vv. Catonis etiam efficta putabat I. G., qui coni. *a mai. iam olim tr.*; equidem vocem *memoriae* ex vv. Catonis, s. vocem *maiorum* in codd. ex v. vicino ortam esse credo; hinc interim seclusi. V. *ait*, quod sequitur, om. Iunt.; post *traditum* illud collocatum hab. edd. ante Ald. Vulgatum firmat Guelf.

seu mali, tum illi, unde petitur, crederetur, ac secundum eum iudicaretur. In hac autem causa, de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur deterrimus; et res est inter duos acta sine testibus. Eas igitur, et credas ei, qui petit; condemnesque eum, de quo petitur: quoniam, sicuti dicis, duo pares non sunt, et qui petit, melior est. Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut virum philosophum decuit, suasit. Sed maius ego altiusque id esse existimavi, quam quod meae aetati et mediocritati conveniret, ut cognovisse et condemnasse de moribus, non de probationibus rei gestae viderer: ut absolverem tamen, inducere in animum non quivi; et propterea iuravi mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum. Verba ex oratione M. Catonis, cuius commeminit Favorinus, haec sunt: *Atque ego a maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares*

22 23 24 25 26

— *Seu*] Edd. ante Iunt. bis hab. *sive* pro *seu*.

§. 25. *Cognovisse*] Guelf. *conuenisse et continuasse de m.* — *Inducere* etc.] Idem: *inducere animum ut in animum non quiui.* Videtur *ut* pro *aut* s. *vel* positum, ut librarius incertus utramque lectionem scriberet, s. e margine alterutram reciperet. — *Quivi*] Reg. *qui*; unde I. G. *quii*, coll. 15, 1, 6. quisse. Dein pro *mihi* Steph. dat *nihil*. De v. *non liq.* v. Ois. et Hugon. de prima scrib. Orig. p. 214. ed. Trotz. Add. Conrad. Excurs. ad Gell. V. 1. p. 581. Mox *iudicatu* in locum Steph. (l. l. p. 123.) *iudicato* restituit e codd. (Guelf. Torn.) et edd. vett. I. G.

§. 26. *Peterent*] Ita cum codd. Gron. omnibus et Guelf. Salmas. de M. U. c. 11. et Steph. pro edd. vett. *peteret*, quod restituit Long. Male. cf. Ruddim. II. p. 387. not. 76. Deinceps Salm. pro *si* emendabat: *sive*, quod recepit etiam Steph., invitis libb. —

essent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent, uti testes non interessent, illi unde petitur ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio: NI. VIR. MELIOR. ESSET. GELLIUS. QUAM. TURIUS. *nemo, opinor, tam insanus esset, qui iudicaret, meliorem esse Gellium, quam Turium; si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi unde petitur.*

CAPUT III.

An aemuli offensique inter sese fuerint Xenophon et Plato.

1 Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere, non afuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis et aemulationis mutuae putaverunt: et eius rei argumenta

Quod etc.] Vv. *quod duo — interessent* om. Reg.; vv. *uti testes non int.* om. Linc. In aliis *uti* retinetur; *ubi* malebat Salm.; *quod duo rei gessis.*, i. e. tam credendi, quam debendi reus, coni. Rutgers. VV. LL. 5, 16. — *Ei*] Hoc pronom. delendum censebat Salm.; contra libenter a Latinis pro pleonasmo interponi admonuit I. G. — *Fecissent*] Vulg. *fecisset*. Reg. *fecissent*. cf. Claud. supr. 9, 1. 1. Gron. ad Senec. controv. 13. quem laudavit I. G. Add. Ruddimann. II. p. 29. annot. 62. p. 34. n. 71. p. 365. n. 20. — *Gellius* etc.] Guelf. *est Gell. T.*; mox *oportet* (oporteret?).

Cap. III. *Offensique*] Edd. vett. *infensique*. Iunt. tamen in ind. capp. hab. *off.*

§. 1. *Vita — omnia*] Guelf. om. vv. *vita — omnia*. — *Et aemulationis*] Ita edd. ante Iunt. et Guelf. Vulg. *aemulationisque*. Nostrum praeferendum erat, cf. Stallb. ad Ruddim. p. 343. not. 2. fin. — *Puta-*

quaedam conieota[to]ria ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profecto huiuscemodi: quod 2
neque a Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis, neque item contra ab eo in suis libris Platonis; quanquam uterque, ac maxime Plato, complurium Socratis sectatorum in sermonibus, quos scripsit, commeminerit. Id etiam esse non sincerae 3
neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonis, quod de optimo statu reipublicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis genus, quod *παιδείας Κύρου* in-

verunt] Cf. Boeckh. de simultate quae Plat. cum Xen. intercessisse fertur. Wernsdorf. ad Himer. p. 551 sq. Muret. VV. LL. 5, 14. Ceterum Long. *putavere*, edd. vett. secutus; nostrum firmat Guelf. — *Coniectatoria*] *Coniectaria* est in Lugd. mai. et Reg.; comparat I. G. *extrarius*, pro *extraneus*, et *manifestarius*, 1, 7, 3. Edd. vett. cum Guelf. Lugd. min. Linc. et Pet. *coniectatorie*; Scheff. *coniectatone*. Cum Thuan. Steph. *coniectatoria*.

§. 2. *Huiuscemodi*] Edd. ante Iunt. *eiuscemodi*. Guelf. *ea prof. sunt huiusc.*; mox *usque*. — *Ab eo* etc.] Edd. vett. *ab eo Plat. in s. libr.* Nostrum ordinem firmat Guelf. — *Commeminerit*] Edd. vett. *commeminit*. Guelf. *cōmemīt*. Iunt. *commemminet*, unde Ald. nostrum *commeminerit* dedit.

§. 3. *Esse*] *Esse* om. marg. Gryph. 1542. — *Neque*] Cum Reg. Long. om. *neque*; I. G. *sincere amicae*. Mox edd. ante Iunt. *credidere*. — *Illi*] Reg. Thuan. Mem. Pet. Lugd. ut. *illo*; Thuan. et Lugd. mai. *pi* (lineola per pedem literae p traiecta) *Platonos* (Guelf. *illo peri platoneos*); unde I. G. *illo περὶ Πλάτωνος*. — *Exierant*] Guelf. *exierunt*. — *Conscripsitque*] Steph. *scripsitque*, contra libb. — *Παιδείας*

4 scriptum est. Eo facto scriptoque eius usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retractandi levandique eius operis gratia, virum quidem Cyrum navum et strenuum fuisse dixerit, *παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἥψατο τὸ παράπαν*: 5 haec enim verba sunt de Cyro Platonis. Praeterea putant id quoque ad ista, quae dixi, accedere: quod Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit, negat Socratem de coeli atque naturae causis rationibusque unquam disputa-[vi]sse, ac ne disciplinas quidem ceteras, quae *μαθήματα* Graeci appellant, quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut comprobasse: idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui dissertationes istiusmodi Socrati

Κύρου] Guelf. ordine inverso: RUPOU ΠΟΙΧΗaC (sic!).

§. 4. *Adeo*] *Adeo* om. Reg. — *Libro*] De Legg. 3. p. 592. — *Retractandi*] Reg. et Lugd. mai. *ret paciandi*, unde I. G. *respaciandi*, i. e. contrarii cursus instituendi et occurrendi, obsistendique in spatio et serendae diversae opinionis, per quam iste liber traduceretur pro mendaci. Aliud tamen forsan latere suspicatus est idem; a vulgato autem v. nihil afferri. Sensu vituperandi, reprehendendi id accipiendum esse videtur. Falster. comparat Iuvenci (Hist. Evang. 2, 85): Hoc verbum scribarum dicta retractant. — *Cyrum*] Guelf. *Tyrium*. — *Navum*] Edd. vett. *navum* dederunt pro *gnavum*. v. 6, 10. lemma.

§. 5. *Atque*] Edd. ante Iunt. *ac*. V. Xen. Memor. 1, 1, 11 sqq. Lactant. 3, 20, 10. Cic. Acad. Qu. 1, 4. — *Disputavisse*] Guelf. et edd. ante Iunt. *disputasse*. — *Pergerent*] Edd. vett. inde a Bonon. et Iunt. *pertinerent*; correxit Steph. cum codd. et edd. vett (Rom. Ven. 1472. Brix.) Triller. ap. Falster. malebat: *pertingerent*.

attribuerent. Haec autem, inquiunt, Xeno- 6
phon cum scripsit, Platonem videlicet nota-
[vi]t: in cuius libris Socrates physica et mu-
sica et geometrica disserit. Sed enim de viris 7
optimis et gravissimis si credendum hoc aut
suspicandum fuit, causam equidem esse arbi-
tror non obtrectationis, neque invidiae, neque
de gloria maiore parienda certationis: haec
enim procul a moribus philosophiae absunt,
in quibus illi duo omnium iudicio excellue-
runt. Quae igitur est opinionis istius ratio?
Haec profecto est, aequiparatio ipsa plerum- 8
que et parilitas virtutum inter sese consimi-
lium, etiamsi contentionis studium et voluntas
abest, speciem tamen aemulationis creat. Nam 9
cum ingenia quaedam magna duorum pluriumve, in eiusdem rei studio illustrium, aut pari sunt fama, aut proxima, oritur apud diversos fautores eorum industriae laudisque aestimandae contentio. Tum postea ex alieno certa- 10

§. 6. *Haec*] Ita edd. vett. pro *hoc*. — *Notavit*] Eaedem et Guelf. *notat;* statim: *disserit*. — *Physica* etc.] Ita Reg. Thuan. et Lugd. mai. Vulg. *de phys. et m. et geometria*. I. G.: amaverunt in talibus plurale neutrum. cf. Gron. Obss. 2, 2.

§. 7. *Arbitror* etc.] Guelf. *non arbitr. non obl.* — *Neque*] Vulg. *nec;* nostrum hab. edd. vett. et Guelf. — *Enim*] *Enim* deest in Reg., et abesse posse existimabat I. G. Delevit Long. Iunt. *hoc* (*hoc* hab. etiam Brix.) *ehim--obsunt.*; ed. Rom. pro *morib.* hab. *maioribus*. — *Excelluerunt*] Edd. ante Iunt. *excelluere*.

§. 9. *Fautores*] Torn. Thuan. Lugd. ut. Mem. Pet. et in Salm. exempl. *favisores*; unde Ois. *favitores*. Abesse suffragium Regii libri admonet I. G. Vulgat. firmat etiam Guelf. V. Scheller. sub v. favissor. — *Aestimandae*] Guelf. *extim*. V. 7, 1, 2.

mine ad eos quoque ipsos contagium certationis aspirat, cursusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium, quando est compar vel ambiguus, in aemulandi suspiciones non
11 suo, sed faventium studio delabitur. Proinde igitur et Xenophon et Plato, Socraticae amoenitatis duo lumina, certare aemularique inter sese existimati sunt; quia de iis apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur; et quia duae eminentiae, cum simul iunctae in arduum nitantur, simulacrum quoddam contentionis aemulae pariunt.

CAPUT IV.

Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.

1 Condigne mehercule et cum decore Chrysippus in librorum, qui inscribuntur *Περὶ κα-*

§. 10. *Calcem*] Ois. *eundem virt. callem, s. collem*; *eund. v. callem* est in marg. Gryph.; reiecit I. G. — *Suo -- delabitur*] Guelf. *sui -- dilabitur.*

§. 11. *Igitur*] Guelf. *ergo.* — *Nitantur*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *nitantur* pro *nituntur.* Dein Guelf. *sim. quibusdam constitutionis aem. p.; quibusdam* non displicet.

Cap. IV. *Quod*] Steph. malebat: Vultus iustitiae severis atque venerandis verborum coloribus a Chrysippo depictus. Modulos enim verborum sive orationis Chrysippum minime sectatum esse; contra I. G., modulos sane consistere quoque in delectu verborum et in serie partium ad gratiam ordinata, contendit. De re cf. Conrad. Excurs. ad Gell. V. 1. p. 581 sq.

§. 1. *Mehercule*] Sic Guelf. Reg. et Thuan. pro *mehercle.* cf. 5, 11, 13. Iidem deinceps (praeter

λοῦ καὶ ἡδονῆς, primo, os et oculos iustitiae vultumque eius severis atque venerandis verborum coloribus depinxit. Facit quippe ima- 2
ginem Iustitiae, fierique solitam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus ad hunc ferme modum: *Forma atque filo virginali, aspectu vehementi et formidabili, luminibus oculorum acribus; neque humilis neque atrocis, sed reverendae cuiusdam tristitiae dignitate.* Ex imaginis [autem] istius significa- 3
tione intelligi voluit, iudicem, qui Iustitiae antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem, erectumque et arduum ac potentem, vi et maiestate aequitatis veritatisque terrificum. Verba ipsa Chrysippi de Iu- 4
stitia scripta haec sunt: *Παρθένος δὲ εἶναι λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιάφθορος εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, μὴ δὲ προσίεσθαι μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους, μήτε παραίτησιν καὶ δέη-*

Guelf.) cum Bonon. et Iunt. *et cum decore* pro: *et condecore*, quod vix usquam legitur, nisi forte *condecorare* et *condecenter* comparare volueris. — *Primo*] Guelf. *proximo.* — *Severis*] Steph. (Specim. Emendd. p. 180.) malebat: *v. eius totum sev.*

§. 2. *Rhetoribusque*] Scoppas Collect. 2, 10. legit: *sculptoribusque*; propius esse: *redemtoribusque*, qui imaginem iustitiae faciendam locantibus aliis susceperint, putabat I. G.; sed mutatione nulla opus esse; quod rhetores pingant verbis, id pictores coloribus in tabula exprimere. — *Filo*] I. e. lineamento virginis, figura. *Ois.*

§. 3. *Autem*] Edd. ante Iunt. et Guelf. om. *autem.* Praeterea Guelf. hab. *et* pro *ex*; tum om. v. *est.* — *Inexorabilem*] Sciopp. *inorabil.* Mox edd. ante Iunt. *et potent.*

σιν, μήτε κολακείαν, μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων· οἷς ἀκολούθως καὶ σκυθρωπὴ γράφεται, καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον, καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὡς τε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν, τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος· τοῖς μὲν προσφιλοῦς ὄντος τοῦ τοιούτου προσώπου, τοῖς δὲ ἑτέροις προσάντους.

Haec verba Chrysippi eo etiam magis ponenda existimavi, ut promta atque exposita ad considerandum iudicandumque sint: quoniam legentibus nobis ea delicatiores quidam disciplinarum philosophi Saevitiae imaginem istam esse, non Iustitiae, dixerunt.

§. 4. *Καὶ ἔντονον*] Ex edd. vett. restitui vv. *καὶ ἔντονον*, nescio quare omissa. Reddunt latine: vultu gravi, aspectu contento et torvo. — *Προσφιλοῦς*] Vulg. *ὡς πρὸς φίλους*; Steph. edidit: *ὡς προσφιλοῦς*; et mox *ὡς προσάντ.* edi voluit (Specim. Emendd. p. 180.); utrumque *ὡς* non agnoscunt Lugd. ut. et Pet., atque punctis subnotavit Lambec.; nec interpres vv. Graecorum in edd. vett. expressit: quando huiuscemodi facies iustis grata; hinc delevit I. G. *προσφιλ.* hab. etiam Sciopp.

§. 5. *Atque exposita*] Haec etiam vv. reposui ex edd. vett.; restituerat iam Long. Non hab. tamen Guelf., nec seq. *ad*; ita ut codd. vett. secutum illa omisisse Stephanum appareat. — *Nobis ea*] Vulg. *ea nobis*; nostrum ordinem ex edd. vett. et Guelf. restituit Long. Deinceps Steph. l. l *delicatiorum*, quod volebat etiam Casaub. ap. Torn. Gron. pat. suspicabatur, vel supervacua esse vv. *discipl. phil.* s. legend. esse: *delicatioris q. disciplinae ph.*; I. G. *delicatiores quid. disciplinarum philosophiae*; constare enim philosophiam partibus compluribus, quarum aliae aliis amabiliores; comparat etiam: *vetus operis.*

CAPUT V.

Lis atque contentio grammaticorum, Romae illustrium, enarrata super casu vocativo vocabuli, quod est *egregius*.

Defessus ego quondam ex diutina commentatione, laxandi levandique animi gratia, in Agrippae campo deambulabam: atque ibi duos forte grammaticos conspicatus non parvi in urbe Roma[na] nominis, certationi eorum acerrimae adfui; cum alter in casu vocativo *vir egregi* dicendum contenderet, alter *vir egregie*. Ratio autem eius, qui *egregi* oportere dici censebat, huiuscemodi fuit: Quaecunque, inquit, nomina seu vocabula recto casu numero singulari *us* syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam posita est *i* litera, ea omnia casu vocativo *i* litera terminantur: ut *Coelius Coeli*, *modius modi*, *tertius terti*, *Accius Acci*, *Titius Titi*, et similia omnia: sic igitur *egregius*, quoniam *us* syllaba in casu nominandi finitur, eamque syllabam praecedit *i* litera, habere debebit in casu vocandi *i* literam extremam, et idcirco *egregi*, non *egregie*, rectius dicetur. Nam *divus* et *rivus* et *clivus* non *us* syllaba terminantur, 1 2

Cap. V. §. 1. *Ex*] Praeposit. *ex* restitui ex edd. vett. et Guelf. (cf. 12, 1, 8. fin.) — *Romana*] Guelf. *Romana*. Vulg. *Roma*. V. ad 5, 6, 10.

§. 2. *Us s.*] Guelf. *in us s.* et mox *in i lit. t.* — *Modius*] Cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 64. — *Non* etc.] Ita edd. vett. codd. Gron. Guelf. et Torn.; Steph. ediderat: *et similia nomina us syll. term.* I. G.: Gellius negat esse simplicem ibi *us* syllabam, sed eam, quae per duo *uu* (sic Reg. pro simplici *u*)

sed ea, quae per duo *uu* scribenda est, propter cuius syllabae sonum declarandum reperta erat nova litera F., quae digamma appel-
3 labatur. Hoc ubi ille alter audivit: O, inquit, egregie grammatice, vel, si id mavis, egregiissime, dic, oro te, *inscius* et *impius* et *sobrius* et *ebrius* et *proprius* et *propitius* et *anxius* et *contrarius*, quae *us* syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam *i* litera est, quem casum vocandi habent? Me enim pudor et verecundia tenet, pronuntiare ea se-
4 cundum tuam definitionem. Sed cum ille paulisper oppositu horum vocabulorum commotus reticuisset, et mox tamen se collegisset, eandemque illam, quam definierat, regulam retineret et propugnaret, diceretque, et *proprium* et *propitium* et *anxium* et *contrarium* itidem in casu vocativo dicendum, ut et *adversarius* et *extrarius* diceretur: *inscium* quoque et *impium* et *ebrium* et *sobrium* insolentius quidem paulo, sed rectius per *i* literam,

scribenda est, ut praeter literas *us*, quae syllabam conficiunt, adsit adhuc alia litera, per quam natura eius syllabae admodum mutatur. — *Litera F.*] Long. *littera F.* Atque signum digamm. hab. edd. vett. F. *f.* Iunt. *f.* Addidi. Cf. Schneid. l. l. 1, 1. p. 4 sq. — *Appellabatur*] Guelf. *appellatur*.

§. 3. *Egregiissime*] Guelf. *egregissime*. — *In*] Edd. quaedam recentt. praeposit. om.; restituit I. G. — *Definitionem*] Guelf. *diffinit*. v. ad 4, 1, 13.

§. 4. *Oppositu*] Reg. *opposito*; forsan ut *praetexto*. *I. G.* cf. Schneid. l. l. 2, 1. p. 481.; *oppositione* dant Guelf. Pet. Linc. et Scioppius. — *Et*] Guelf. om. *et*. — *Ut et adv.*] Edd. vett. praeter Iunt. *quia et adv.* (Guelf. *qȝ et adv.*); deinceps *et extr. ita dic.*; *ita* hab. etiam Iunt. *Ita* illatum videtur propter *quia*, quod displicet propter *itidem*; quod *ut* post se habere solet. cf. Tursellin. de Partic. p. 378 —

non per *e*, in casu eodem pronuntiandum, eaque inter eos contentio longius duceretur, non arbitratus ego, operae pretium esse, eadem ista haec diutius audire, clamantes compugnantesque illos reliqui.

CAPUT VI.

Cuimodi sint, quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent, neque utilia sint: atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque immutatis.

Homo nobis familiaris, in literarum cultu non ignobilis, magnamque aetatis partem in libris versatus: Adiutum, inquit, ornatumque volo ire Noctes tuas; et simul dat mihi librum grandi volumine doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, praescatentem; quem sibi elaboratum esse ait ex multis et variis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem, quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipio cupidus et libens, tanquam si copiae cornum nactus 1 2

Ista haec] Edd. vett. *haec ista*. cf. ad 1, 23, 11. 15, 3, lemma.

Cap. VI. *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi*. v. §. 3. Dein Guelf. *qui* pro *quae* et *singularium* pro *singular*.

§. 1. *Doctrinis* etc.] Reg. Thuan. et Lugd. mai. *doctrinę* s. *doctrinae omnigenus*; inde I. G. *doctrina omne genus*, i. e. omnis generis; itaque Long. edidit. Vv. *ut ipse dic*. om. ed. Rom. Dein Thuan. *praescantem*, Guelf. Linc. et Scheff. *praestantem*; quod recepit Long. — *Sibi* etc.] Edd. vett. *elabor. sibi esse*. Pronom. *sibi* om. ed. Rom. Vulgat. firmat Guelf.

§. 2. *Cornum*] Edd. vett. Guelf. marg. cod. Torn.

essem: et recondo me penitus, ut sine arbi-
3 tris legam. At quae ibi scripta erant pro Iuppiter! mera miracula! Quo nomine fuerit, qui primus *Grammaticus* appellatus est; et quot fuerint Pythagoreae nobiles, quot Hippocratae, et cuimodi fuisse Homerus dicat in Ulixis domo ὀρσοθύρην; et quam ob causam Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu attigerit, sed pedis ictu excitarit; et Εὐρύκλεια Telemachum quo genere

(in ipso contextu *m* delet.) aliique codd. Gron. dant *cornu*; Reg. *cornu actus*; unde I. G. *cornum aptus*, coll. annot. ad 1, 24, 3. cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 342 sq.

§. 3. *At* etc.] Sciopp. *Atque ibi*; edd. vett. et Guelf. *atque scr.*, omisso *ibi*; Iunt. Ald.: *At quae scr.*, omisso etiam *ibi*. — *Pythagoreae*] Cf. Fabric. Bibl. Gr. V. 1. p. 776 sqq. V. 2. p. 508. not. t. ed. Harl. — *Hippocratae*] Edd. vett. *Hippocrates*. Nostrum firmat Guelf. V. c. 1, 29. — *Cuimodi*] Guelf. Torn. et edd. vett. *cuiusmodi*. V. ad 12, 2, 2. Sequens *fuisse* om. Guelf. Iunt. Ald.; Steph. hab. *cuim. Hom. fuisse d.* Dein *Ulyssis* et *Ulysses* hab. Ald. cf. ad 2, 26, 13. — Ὀρσοθύρην] Non potui non recipere palmariam mea quidem sententia emendationem Casauboni in locum vulgatae vocis Graecae, quae nihili est: ἀδιρῆνες; al. (Torn.) ἀδυρῆνες. Primae literae voce *domo* extrusae videntur et ες pro *et* scriptum. Nostra vox exstat apud Hom. Od. 22, 126. et vario modo a vett. grammaticis explicabatur. Edd. vett. dant Σειρῆνες, omissa seq. copula. cf. Petr. Victor. VV. LL. 35, 16., qui ex vet. libro affert ΑΔΥΡΗΝΕΣ. Gron. et Sciopp. malebant: Μνηστῆρες s. Μνηστῆρας; illud recepit Long. — *Cubans*] Sciopp. huic voci subnotatae apposuit: *cubam*. Deinceps Guelf. et edd. vett. hab. *iunctum*. — *Excitarit*] Guelf. *excitaverit*. — *Et*] Edd. vett. et Guelf. om. *et*. Iunt. hab.: *εὐρύκλεια i.* (*i. e.*) *et Euryclia*. Graece nomen scripsi cum edd. vett., quum legeretur

claustri incluserit; et quapropter idem poëta rosam non norit, oleum ex rosa norit. Atque illud etiam scriptum fuit, quae nomina fuerint sociorum Ulixis, qui a Scylla rapti laceratique sunt; utrum ἐν τῇ ἑσω θαλάσσῃ Ulixes erraverit κατὰ Ἀρίσταρχον, an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα. Item etiam istic scriptum fuit, qui sint apud 4
Homerum versus ἰσόψηφοι, et quorum ibi nominum reperiatur παρασιχὶς, et quis adeo versus sit, qui per singula vocabula singulis syllabis increscat; ac deinde qua ratione dixerit singulas pecudes in singulos annos terna parere; et ex quinque operimentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium; et praeterea quibus urbibus regionibusque vocabula iam mutata sint, quod Boeotia ante appellata fuerit Aonia, quod Aegyptus Aëria dicta est,

Euryclia. Etiam Guelf. hab. suum *G.* — *Fuerint*] Guelf. *fuerunt.* — *Qui a Sc.*] Ed. Rom. *quia a Sc.*

§. 4. *Item etiam*] Mss. *idem etiam. Ois.* Recepit Long. Guelf. hab. *item etiam*; quod equidem praetuli vulgato *id etiam.* — Ἰσόψηφοι] Cf. Muret. VV. LL. 14, 13. et Ois. Steph. edidit: *isopsephoe.* Cod. Torn. hab. *iosephi.* Guelf. *isopseph et q.* — *Reper. παρ.*] Cf. Schneid. Glossar. Graec. sub v. ἀκροστιχίς. Ordinem vv. vulgatum *παρ. reper.* immutavi cum edd. vett. — *Versus*] Muret. VV. LL. 14, 13. significari putabat vers. Hom. Il. 3, 182. ὦ μάκαρ Ἀτρείδη etc. — *Dixerit*] Edd. vett. *dicit.* — *Achillis*] Steph. *Achilli.* Deinceps *clip.* dederunt Guelf. et edd. ante Ald. V. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 44. Vulg. *clupeus.* Ald. *clypeus.* — *Summum sit*] Guelf. *in summ. sit* (*an summ. sit?*). — *Ante*] Guelf. *qn̄* (*quando;* fort. positum pro *aliquando*) pro *ante.* — *Aëria*] l. e. ὑψηλὴ, edita, sublimis. V. Strab. 4. p. 283. Isidor. Origin. 19, 2. *Falster.* Cf. Steph. Byz. et Hesych. v. Ἀερία. Vv. *dicta est* (fort. *sit*) adiunxi ex

quod Creta eodem quoque nomine Aëria dicta est, quod Attice Ἀκτὴ et acta apud poëtam, quod Corinthus Ephyre, quod Macedonis Ἡμαθία, quod Thessalia Αἱμονία, quod Tyros Sarra, quod Thracia ante Sithon dicta sit, quod Seston Ποσειδώνιον. Haec atque item alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerant. Quem cum statim properans redderem: Ὄναιό σου, inquam, doctissime virorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας, et librum hunc opulentissimum recipe nil prorsus ad nostras paupertinas literas congruentem. Nam meae Noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime illo versu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat:

Ὅ, τι τοι ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

edd. vett. et Guelf. — *Attice*] Edd. vett. praeter Iunt. *Attica*. Vv. *et acta ap. poët.* accesserunt ex iisdem cum Iunt. Non tamen hab. Guelf. — *Ephyre*) Cf. Pausan. 2. — *Macedonis* Ἡμ.] Ita cum codd. Steph. Guelf. *Macedonis G. emathia*. Edd. vett. *Macedonis ora* Ἡμ. Edd. recentt. *Macedonia*, omisso v. *ora*. Aut retinendum esse *Macedonis*, aut scrib. *Macetis* annotavit l. G. coll. 9, 3. Mox edd. vett. hab. *Tyrus*. — *Sithon*] Edd. vett. *sython*, Iunt. *scithon*, Ald. *sythen*. Dein edd. vett. *Sestum*; Iunt. *aestum*; Guelf. *estum*; Ald. *Seston*.

§. 5. *Atque*] Guelf. *autem*. — *Fuerant*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *fuerunt*. Deinceps pro *quem* Guelf. *que*; edd. Rom. Ven. 1472. Brix. et Steph. *quae*. — *Recipe*] Guelf. *recipe* (recipere?). — *Nil*] Steph. *nihil*; contra edd. vett. et codd.; in quibusdam *nihil* deest. Sequens *nostras* deest in Reg. Tum edd. vett. hab. *pauperrimas*. Dein Linc. et Guelf. hab. *v. Homerico*, et v. *rebus* om. iidem. — *Homeri*] Od. 4, 391. — *Prae*] Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. *pro*. — T'] Edd. vett. om. τ'.

CAPUT VII.

Quod M. Varro Cn. Pompeio, consuli primum designato, commentarium dedit, quem appellavit ipse *Isagogicum*, de officio senatus habendi.

Cn. Pompeius consul primum cum M. 1
Crasso designatus est. Eum magistratum Pom- 2
peius cum initurus foret, quoniam, per militiae tempora, senatus habendi consulendique, rerum [etiam] expers urbanarum fuit, M. Varronem, familiarem suum, rogavit, uti commentarium faceret εἰσαγωγικὸν, (sic enim Varro ipse appellat;) ex quo disceret, quid facere dicereque deberet, cum senatum consuleret. Eum librum commentarium, quem super ea 4
re Pompeio fecerat, perisse Varro ait in literis, quas ad Oppianum dedit, quae sunt in libro *Epistolicarum Quaestionum* quarto; in qui-

Cap. VII. *Ipse*] Codd. Torn. Guelf. et edd. vett. dederunt *ipse*, quod vulgo deerat; et om. in ind. capp. edd. Ven. Brix. Bon.; hab. Rom. Iunt. Ald.

§. 1. *Pompeius* etc.] Steph. cum edd. vett. et Guelf. *Pompeio consulatus primus*; Gryph. in marg. *primum consul*. Correxit cum Ranchino VV. LL. 1, 5. Gron. pat. Sciopp. adscripsit: *cos. primum*, relinquens tamen *Pompeio*. Non negandum tamen est, vv. sqq. *eum magistr.* etc. vulgatae olim scripturae melius convenire.

§. 2. *Etiam*] V. hoc addidit Steph.; ignorant codd. Gron. Guelf. et edd. vett., quae cum Guelf. pro *urb.* hab. *humanarum*. — Εἰσαγωγικὸν] Guelf. *ysagogicum*.

§. 3. *Commentarium*] Haec vox suspecta videri possit, ut ex antecedd. intrusa. V. tamen Scheller. sub v. *comment.* — *Oppianum*] Guelf. *Opinianum*; mox *epistolarum*. —

bus literis, quoniam, quae ante scripserat, non comparebant, docet rursum multa ad eam
4 rem ducentia. Primum ibi ponit, qui fuerint, per quos more maiorum senatus haberi soleret; eosque nominat: *Dictatores*, *Consules*, *Praetores*, *Tribunos plebi*, *Interregem*, *Praefectum urbi*; neque alii, praeter hos, ius fuisse dixit facere senatusconsultum; quotiensque usus venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romae essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior aliis esset, ei
5 potissimum senatus consulendi ius fuisse. Addit deinde, extraordinario iure *Tribunos* quoque *militares*, qui pro *consulibus* fuissent, item *Decemviros*, quibus imperium consulare tum esset, item *Triumviros reipublicae constituendae* causa creatos, ius consulendi sena-
6 tum habuisse. Postea scripsit de intercessionibus: dixitque intercedendi, ne senatusconsul-

Ducentia] Gryph. marg. *conducentia*.

§. 4. *Dictatores, Cons.*] Ita Reg. Thuan. et Gryph.; Ald. *Dictat. Coss.*; Vulg. *dictatorem, consulem. Consules* dant etiam Guelf. Torn. et edd. vett. De tota re cf. Manut. de Senatu Rom. — *Alii*] *Tribunis Celerum* etiam licuisse ex lege populum convocare e Dionys. Halic. 4. p. 272. admonuit Vales. in Addend. Gron. p. 902. — *Usus*] Vulg. *usu; usus* Reg. et Thuan.; mox Guelf. *ordinem*.

§. 5. *Addit*] Reg. *ait*, quod recepit Long. — *Constituendae*] Reg. et Mem. *reip. reconst.* Recepit Long. Lugd. min. *rei.p. re const.*; mai. *rei p reconst.*; inde Gron. pat. pulchre, iudice I. G., *reip. Populi Romani const.*; quam lectionem recipiendam esse censeo. Sed praeterea cum Reg. Long. om. v. *creatos*; Guelf. hab. *creatoris*; mihi etiam v. *causa* delendum videtur. Dein pro *consulendi* ed. Rom. hab. *constituendi*.

tum fieret, ius fuisse iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, maioreve essent. Tum adscripsit de 7
locis, in quibus senatusconsultum fieri iure posset; docuitque, confirmavitque, nisi in loco, per augures constituto, quod *templum* appellaretur, senatusconsultum factum esset, iustum id non fuisse. Propterea et in curia Hostilia, et in Pompeia, et post in Iulia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, ut in iis senatusconsulta more maiorum iusta fieri possent. Inter quae id quoque scriptum reliquit: non omnis aedes sacras templa esse, ac ne aedem quidem Vestae templum esse. Post haec deinceps dicit, 8
senatusconsultum ante exortum aut post occasum solem factum ratum non fuisse: opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senatusconsultum factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus diebus ha- 9
bere senatum ius non sit: immolareque hostiam prius, auspicarique debere, qui senatum habiturus esset: de rebusque divinis prius quam humanis ad senatum referendum esse: tum porro referri oportere aut infinite de republica, aut de singulis rebus finite: senatusque con-

§. 6. *Maioreve*] Guelf. *maioresve.*

§. 8. *Post*] *Post* om. ed. 1644. Restituit I. G. — *Fecisse*] Gron. pat. cum Scheff. leg. *fuisse.* Opus censorium non facere, nisi ipsos censores, admonuit I. G., et opus cens. esse castigationem censoriam.

§. 9. *Quibus*] V. Manut. l. l. et Zamoscium de senat. Rom. c. 7. — *De* etc.] Edd. vett. *de rebus quoque div.* — *Infinite*] I. e. generatim, quod ad remp. pertinebat. *Ois.* — *Senatusque cons.*] Edd. ante Iunt. *Senatus quoque cons.* —

sultum fieri duobus modis; aut per discessionem, si consentiretur: aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim, incipique a consulari gradu; ex quo gradu semper quidem antea primum rogari solitum, qui princeps in senatum lectus esset: tum autem, cum haec scriberet, novum morem institutum refert, per ambitionem gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet senatum, dum is tamen ex gradu consulari esset.
10 Praeter haec de pignore quoque capiendo disserit, deque mulcta dicenda senatori, qui, cum in senatum venire deberet, non adesset.
11 Haec et alia quaedam id genus in libro, quo supra dixi, M. Varro epistola, ad Oppianum
12 scripta, exsecutus est. Sed quod ait, senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententiis, aut per discessionem, parum convenire videtur cum eo, quod Atteius
13 Capito in *Coniectaneis* scriptum reliquit. Nam in libro ducentesimo quinquagesimo nono Tuberonem dicere ait, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta: quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, discessio esset necessaria;

Consentiretur] Ita Torn. Guelf. et edd. vett.; et I. G. tacite sic edidit. In Steph. video *consentitur*, quod hab. etiam edd. recentt. — *Primus*] Edd. ante Iunt. *primum*.

§. 11. *Oppianum*] Thuan. et Linc. *Oppimanum*. Guelf. *Oppinianum*. Sciopp. *Opinianum*, addito: f. *Opimium*. Eadem hic supra §. 3. hab. verba, ubi praeponit V. c. (vet. cod.) V. *est* post *exsec.* om. edd. ante Iunt. et Guelf.

§. 13. *Relationem*] Torn. *elationem*.

idque ipse Capito verum esse affirmat. Sed de hac omni re alio in loco plenius accuratiusque nos memini scribere.

CAPUT VIII.

Quaesitum esse dissensumque, an praefectus, Latinarum causa creatus, ius senatus convocandi consulendique habeat.

Praefectum urbi Latinarum causa relictum 1
senatum habere posse Iunius negat: quoniam ne senator quidem sit, neque ius habeat sententiae dicendae, cum ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit senatoria. Marcus autem 2
Varro in quarto *Epistolicarum Quaestionum*, et Atteius Capito in *Coniectaneorum* ducentesimo quinquagesimo nono, ius esse praefecto senatus habendi dicunt: deque ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra sententiam Iunii refert: *Namque et tribunis*, inquit, *plebis senatus habendi ius erat, quanquam senatores non essent, ante Atinium plebiscitum.*

Cap. VIII. *Creatus*] Fort. ex initio cap. legend. *relictus*; scil. *Romae.*

§. 1. *Latinarum*] Feriarum. *Ois.* cf. Drakenborch. de praefect. urb. c. 3. — *Iunius*] Ita Carr. ex vett. libb. (Emend. 1, 19.), quibus accedit Guelf. Edd. vett. *Mutius* et post *Mutii.*

§. 2. *Namque et*] Vulg. *nam et.* Cod. Torn. om. *et.* Edd. vett. dederunt: *namque et.* De re cf. Lips. Elector. 2, 13.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER QUINTUS DECIMUS.

CAPUT I.

Quod in Q. Claudii annalibus scriptum est, lignum alumine oblitum non ardere.

1 Declamaverat Antonius Iulianus rhetor praeterquam semper alias, tum vero nimium quantum delectabiliter et feliciter. Sunt enim ferme scholasticae istae declamationes eiusdem hominis eiusdemque facundiae, non eiusdem
2 tamen cotidie felicitatis. Nos ergo familiares eius circumfusi undique eum prosequebamur domum: cum deinde subeuntes montem Ci-

LIB. XV. CAP. I. §. 1. *Quantum*] Edd. vett. *quam*. V. 1, 8, 3. — *Eiusdem hom.*] Vv. *eiusd. hom.* deleri volebat Sciopp.

§. 2. *Nos*] Pronom. *nos* om. Reg., probante I. G., qui confert Caesaris apud Suet.: Tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem; omisso *ego*. cf. Ruddimann. 2. p. 36. not. 76. — *Deinde*] Reg. *inde*. Mox *Caspium* exhib. Steph. cum codd. Gron. Guelf.

spium conspicimus insulam quandam occupatam igni, multis arduisque tabulatis editam, et propinqua iam omnia flagrare vasto incendio. Tum quispiam ibi ex comitibus Iuliani: 3
Magni, inquit, reditus urbanorum praediorum; sed pericula sunt longe maxima. Si quid autem posset remedii fore, ut ne tam assidue domus Romae arderent, venum hercle dedissem res rusticas, et urbicas emissem. Atque 4
illi Iulianus laeta, ut mos eius fuit, inter fabulandum venustate: Si annalem, inquit, undevicesimum Q. Claudii legisses, optimi et sincerissimi scriptoris, docuisset te profecto Archelaus, regis Mithridati praefectus, qua medela quaque sollertia ignem defenderes, ut ne

et edd. vett. ante Ald.; Ald. cum Beroald. (Annott. p. 225. Gruter. Thes. V. 1.) dedit nostrum; de quo monte Festum et Varron. (de Ling. Lat. 4, 8.) laudat Beroald. — *Insulam*] Postea domus vocatur. Ea domus eaque insula erat, quae pluribus tabulatis elata conducebatur ab variis inquilinis, ut complures familiae occuparent partem, prout erat haec ratio collocandae pecuniae inter locupletes. Ex hac autem turba familiarum oriri facile poterant incendia. *I. G.* coll. Iuven. Sat. 3, 199.

§. 3. *Reditus*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *redditus*. — *Fore*] Ruben. Elect. 2, 17. et Ois. *ferri* (non *fieri*, quod a Ruben. prolatum dicit I. G.). At tempora saepe commisceri, et intelligere licere: *sperare*, opposuit I. G. *De remediis incendiariis veterum* singularem dissertationem scripsit Falster. in Amoenitatt. Philol. T. 1. p. 236 sqq.

§. 4. *Fabulandum*] Reg. *fabulatur*; unde I. G. *interfabulatus*. Otho malebat *interfatus*; Quidni *interfatur* s. *interfabulatur*, si hoc v. Gellio obtrudere volumus? Itaque edidit Long. — *Mithridati*] Edd. vett. hic et postea hab. *Mithridatis*. Guelf. *Mitridatis*. V. 3, 10, 11.

ulla tua aedificatio e ligno, correpta atque
5 insinuata flammis, arderet. Percontatus ego
6 sum, quid esset illud mirum Quadrigarii. Repetit: In eo igitur libro scriptum inveni: Cum oppugnaret L. Sulla in terra Attica Piraeum, et contra Archelaus regis Mithridati praefectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, cum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod ab Archelao alumine oblita fuisset.
7 Verba Quadrigarii ex eo libro haec sunt: *Tum Sulla conatus est, et tempore magno eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet: venit: accessit: ligna subdidit: submovit Graecos: ignem admovit: satis sunt diu conati: nunquam quiverunt incendere: ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine; quod*

§. 5. *Quid* etc.] Steph. *quid esset? librum Q. petit*; contra codd. et edd. vett., quae quidem vel post vel ante *Quadr.* distinctionem hab.; *illud* additum hab. etiam Torn. Gron. pat. *quid esset? Illud mir. Q. rep.*; Scheff. dat: *reperit.*

§. 6. *Piraeum*] Edd. vett. *Pireum*; Bonon. et Guelf. *Pirreum.* Steph. *Piraeum*, quod restitui in locum vulg. *Piraeeum.* V. Scheller. sub h. v. — *Ab* etc.] Ita edd. vett. pro vulg. *quod alum. ab Arch. obl.* Praeposit. *ab* om. Iunt. Vv. *ab Arch.* om. Guelf.

§. 7. *Est*] Reg. *esset*; Lamb. *cum S. conat. esset magno tempore, ed. c.* Lips. Poliorc. 2, 4. et Rader. ad Curt. 4, 6, 11. malebant: *opere magno.* Linc. dat: *tempo magno.* I. G. coni. *cum S. con. esset, impete magno ed.* coll. 19, 7. De alumine comparant Ammian. 20, 29. Rob. Titius Controvers. 1, 19. malebat: *albumine*, coll. Plin. et Dioscorid. — *Ita*] Reg. *item*, unde Salm. *idem.* Mox edd. vett. hab. *obliverat.* Guelf. *oblevaverat.* Columel. 12. 50. hab. *liverunt.* cf. Ruddimann. I. p. 247. not. 47. 48. —

Sulla atque milites mirabantur; et postquam non succendit, reduxit copias.

CAPUT II.

Quod Plato in libris, quos *de legibus* composuit, largiores laetioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimav[er]it.

Ex insula Creta quispiam aetatem Athenis 1
agens Platonicum sese philosophum dicebat,
et viderier gestiebat. Erat autem nihili homo 2
et nugator, atque in Graecae facundiae gloria
iactabundus, et praeterea vini libidine adus-
que ludibria ebriosus. Is in conviviis iuve- 3
num, quae agitare Athenis hebdomadibus lu-
nae sollemne nobis fuit, simulatque modus
epulis factus, et utiles delectabilesque sermo-
nes coeperant; tum, silentio ad audiendum
petito, loqui coeptabat: atque id genus vili
et incondita verborum caterva hortabatur omnes

Reduxit] Guelf. *eduxit.*

Cap. II. *Existimaverit*] Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. et Torn. *existimavit.* Vulgat. firmat Guelf.

§. 1. *Sese*] Ita Reg.; *esse se* est in Guelf. Torn. et edd. vett.; Steph. cum Lugd. min. *se esse.* Lugd. mai. Mem. et Pet. tantum *esse* hab. — *Viderier*] Guelf. *videri ei;* sequens *gestiebat* restitui cum Long. ex edd. vett. et Guelf. in locum Steph. *gestibat,* quod operarum vitio originem suam debere videtur. V. Ruddimann. I. p. 281. not. 91.

§. 2. *Et*] Edd. ante Iunt. om. *et.* Mox v. *lib.* deest in Scheff.

§. 3. *Is in* etc.] Guelf. *his in conv. ieiuniusq;* (ieiuniumque) *agit.* — *Hebdomadibus*] Scil. septimo, quartodecimo, primo et vicesimo die. v. I. G. qui apposite confert Procl. vit. Marin. c. 11.

ad bibendum, idque se facere ex decreto Platonico praedicabat; tanquam Plato in libris, quos *De Legibus* composuit, laudes ebrietatis copiosissime scripsisset, utilemque esse eam bonis ac fortibus viris censuisset. Ac simul inter eiusmodi orationem crebris et ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat, fomitem esse quendam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino
4 flagraret. Sed enim Plato in primo et in secundo *De Legibus* non, ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quae labefacere et [im]minuere hominum mentes solet, laudavit; sed hanc largiorem paulo iucundioremque vini invitationem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris et magistris con-
5 viviorum sobriis, non improbavit. Nam et modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici, integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit, reddique eos sensim laetiores, atque ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores: et simul, si qui penitus in iis affectionum cupiditatumque errores inessent, quos aliqui pudor reverens

Laudes] Torn. *leges*. Mox edd. ante Iunt. *et fortib.* cf. Plat. de Legg. 2. p. 583. 6. p. 623. Diogen. L. 3, 39. *Falster.* — *Eiusmodi*] Guelf. *eiusdem modi*. *Incitabulum*] Macrob. Sat. 2, 8.: ignitabulum ingenii.

§. 4. *Et in*] Praepositionem *in* repetii ex edd. vett. v. 2, 22, 8. — *Imminuere*] Edd. vett. et Guelf. simplex v. *minuere* exhib. — *Fieret* etc.] Guelf. *fiereret et sub q.* (sic!).

§. 5. *Honestisque*] Edd. ante Iunt. *modestisque*, quod propter praecedens *modicis* displicere aliis possit, aliis placere, ita ut lusum verborum a Gellio captatum dicant. — *Cupiditatumque*] Guelf. *cupidatum*, sine *que*. — *Aliqui*] Ita cum Guelf. Mem. Pet.

concelaret, ea omnia sine gravi periculo, libertate per vinum data, detegi, et ad corrigendum medendumque fieri opportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neque respuendas huiuscemodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam; neque ullum unquam continentem prorsus ac temperantem satis fideliter visum esse, cuius vita virtusque non inter ipsa errorum pericula et in mediis voluptatum illecebris explorata sit. Nam cui libentiae gratiaeque omnes conviviorum incognitae sint, quique illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas eiusmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit, aut necessitas compulerit, deleniri plerumque et capi, neque mentem animumque eius consistere, sed vi quadam nova ictum labascere. Congrediendum igitur censuit, et, tanquam in acie quadam, cum voluptariis rebus cumque

6

7

8

Lugd. ut. et Linc. Steph. et Pareus in Lex. crit. e vett. libb., quod iamdudum exstabat in Iunt. V. 1, 13, 3. Edd. vett. *aliquis*, quod hab. etiam Reg. et Torn.; hic supraposita litera *s*. Ois. coni. *alioqui*.

§. 6. *Hoc etiam*] Hunc ordinem firmat Guelf. Edd. vett. *etiam hoc*. Cum iisdem et Guelf. atque Steph. mox restitui *huiuscemodi* pro *huiusmodi*. — *Exercitationes*] Gryph. *exhortationes*. Marg. Gryph. 1542. nostrum dat cum edd. vett. et codd. (Guelf.) Lips. Elect. 1, 7. *exerrationes*; nostrum firmat Macrob. Plato verbo προσγυμνάζειν in hac re utitur. Lips. etiam vv. *adversum pro v. violent.* fort. ex interpretatione esse addita putabat. — *Ullum*] Guelf. *illum*. — *Prorsus*] Pro vulg. *prorsum* dedi *prorsus* ex edd. vett. et Guelf.

§. 7. *Libentiae*] I. e. lautitiae. v. Ois. — *Deleniri*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *deliniri*. v. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 14. not. Postea Guelf. *labescere*.

ista vini licentia cominus decernendum: ut adversum eas non fuga simus tuti nec absentia; sed vigore animi et constanti praesentia, moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur, et calefacto simul refotoque animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae, vel torpentis verecundiae fuerit, deluamus.

CAPUT III.

Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque, quae praeposita est verbis *aufugio* et *aufero*: et an in verbo *autumo* eadem ista haec praepositio esse videri debeat.

1 Legimus librum M. Ciceronis, qui inscri-
2 ptus est *Orator*. In eo libro Cicero, cum dixisset, verba haec: *aufugio* et *aufero* composita quidem esse ex praepositione *ab* et ex verbis *fugio* et *fero*, sed eam praepositionem, quo fieret vox pronuntiatu audituque lenior, versam mutatamque esse in *au* syllabam, coeptumque esse dici *aufugio* et *aufero*, pro *ab-*
3 *fugio* et *abfero*; cum [haec], inquam, ita di-

§. 8. *Et calef.*] Reg. *tc et*; inde I. G. *tunc et*. Idem lib. *refeto*, ita ut litera *c* superscripta sit post syllabam secundam. (Lamb. ex eodem: *refecto*.) Lugd. [illegible] *refectoque* vel. *foec. Refecto* alii viden[illegible] currerent duo vv. composita ab [illegible] *torpentis* melius opponi *re*[illegible]nod recepit Long. — *De*[illegible]mbroc. *deluamur*. Long. [illegible]t. Nostrum firmat Guelf. [illegible]coni. *deleamus*, s. *eluamus*. [illegible]uelf. *haec ista*. 14, 5, 4. fin. [illegible]it e Reg. et Torn. [illegible]m. om. Reg. Edd. ante Iunt.

xisset, tum postea ibidem super eadem particula ita scripsit: *Haec*, inquit, *praepositio, praeter haec duo verba, nullo alio in verbo reperietur.* Invenimus autem in commentario 4
Nigidiano, verbum *autumo* compositum ex *ab* praepositione et verbo *aestimo;* dictumque intercise *autumo,* quasi *abaestimo*, quod significaret *totum aestimo*, tanquam *abnumero.* Sed, quod sit cum honore multo dictum P. 5
Nigidii, hominis eruditissimi, audacius hoc argutiusque esse videtur, quam verius. *Au-* 6
tumo enim non id solum significat, sed et *dico* et *opinor* et *censeo;* cum quibus verbis praepositio ista neque cohaerentia vocis, neque significatione sententiae convenit. Praeterea 7
vir acerrimae in studio literarum licentiae M.

hab. *hoc.* Guelf. *hec.* — *Tum* etc.] Guelf. *cum postea ea ibid.* — *Reperietur*] Steph. *reperitur*, contra codd. (Guelf. Reg. Scheff. Lugd. mai. Torn.) et edd. vett.

§. 4. *Invenimus*] Guelf. *inveniemus.* cf. Cic. Orat. c. 47. — *Nigidiano*] Cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 521. — *Ab*] Guelf. *au.* — *Aestimo*] Ita Reg. et edd. ante Iunt. Vulg. hic et post *aestumo*, Guelf. *extimo*; mox *abextimo tanq, anumero.*

§. 6. *Significat*] Reg. Thuan. et Torn. *significat aestimo.* Lugd. mai. *significat aestumo.* At sic pronom. *id* delendum videatur. Videtur v. *aest.* ab interprete quodam adiunctum esse.

§. 7. *Licentiae*] Acidal. Lectt. ad Vellei. 2, 64. *diligentiae.* Sic etiam Scriver. et Gron. pat. Item in Salmas. exempl.: *lo. dilig.* Al. cod. *scientiae.* I. G.: Ita acerrime studia dicit ab Cicerone tractata ut liceat illi pronuntiare ita, et duo tantum verba statuere. Quod tamen est periculosum, memoria facillime queat fallere. Attamen toid potest in Cicerone; imo quum iste ita lo-, oportet nos id revereri, ut quum eius sit ma in studio literarum licentia."

ista vini licentia cominus decernendum; ut adversum eas non fuga simus tuti nec absentia; sed vigore animi et constanti praesentia, moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur, et calefacto simul refotoque animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae, vel torpentis verecundiae fuerit, deluamus.

CAPUT III.

Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque, quae praeposita est verbis *aufugio* et *aufero*: et an in verbo *autumo* eadem ista haec praepositio esse videri debeat.

1 Legimus librum M. Ciceronis, qui inscri-
2 ptus est *Orator*. In eo libro Cicero, cum dixisset, verba haec: *aufugio* et *aufero* composita quidem esse ex praepositione *ab* et ex verbis *fugio* et *fero*, sed eam praepositionem, quo fieret vox pronuntiatu aduituque lenior, versam mutatamque esse in *au* syllabam, coeptumque esse dici *aufugio* et *aufero*, pro *ab-*
3 *fugio* et *abfero*; cum [haec], inquam, ita di-

§. 8. *Et calef.*] Reg. *tc et*; inde I. G. *tuno et.* Idem lib. *refeto*, ita ut litera *c* superscripta sit post syllabam secundam. (Lamb. ex eodem: *refecto.*) Lugd. min. *refactoque* vel. *foec. Refecto* alii videntur reiecisse, ne concurrerent duo vv. composita ab *facio. I. G.* Sequenti v. *torpentis* melius opponi *refoto* quam *refecto* puto; quod recepit Long. — *Deluamus*] Sciopp. et Ms. Pembroc. *deluamur.* Long. *diluamus*, ut est in edd. vett. Nostrum firmat Guelf. Triller. ap. Falster. p. 302. coni. *deleamus*, s. *eluamus.*

Cap. III. *Ista haec*] Guelf. *haec ista*, 14, 5, 4. fin.

§. 1. *M.*] *M.* accessit e Reg. et Torn.

§. 3. *Haec*] Pronom. om. Reg. Edd. ante Iunt.

xisset, tum postea ibidem super eadem particula ita scripsit: *Haec*, inquit, *praepositio, praeter haec duo verba, nullo alio in verbo reperietur.* Invenimus autem in commentario 4
Nigidiano, verbum *autumo* compositum ex *ab* praepositione et verbo *aestimo;* dictumque intercise *autumo*, quasi *abaestimo*, quod significaret *totum aestimo*, tanquam *abnumero.* Sed, quod sit cum honore multo dictum P. 5
Nigidii, hominis eruditissimi, audacius hoc argutiusque esse videtur, quam verius. *Autumo* enim non id solum significat, sed et *dico* et *opinor* et *censeo;* cum quibus verbis 6
praepositio ista neque cohaerentia vocis, neque significatione sententiae convenit. Praeterea 7
vir acerrimae in studio literarum licentiae M.

hab. *hoc.* Guelf. *hec.* — *Tum* etc.] Guelf. *cum postea ea ibid.* — *Reperietur*] Steph. *reperitur*, contra codd. (Guelf. Reg. Scheff. Lugd. mai. Torn.) et edd. vett.

§. 4. *Invenimus*] Guelf. *inveniemus.* cf. Cic. Orat. c. 47. — *Nigidiano*] Cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 521. — *Ab*] Guelf. *au.* — *Aestimo*] Ita Reg. et edd. ante Iunt. Vulg. hic et post *aestumo*, Guelf. *extimo*; mox *abextimo tanq. anumero.*

§. 6. *Significat*] Reg. Thuan. et Torn. *significat aestimo.* Lugd. mai. *significat aestumo.* At sic pronom. *id* delendum videatur. Videtur v. *aest.* ab interprete quodam adiunctum esse.

§. 7. *Licentiae*] Acidal. Lectt. ad Vellei. 2, 64. *diligentiae.* Sic etiam Scriver. et Gron. pat. Item in Salmas. exempl.: *lo. dilig.* Al. cod. *scientiae.* I. G.: Ita acerrime studia dicit ab Cicerone tractata esse, ut liceat illi pronuntiare ita, et duo tantum talia verba statuere. Quod tamen est periculosum, quum memoria facillime queat fallere. Attamen tolerari id potest in Cicerone; imo quum iste ita loquitur, oportet nos id revereri, ut quum eius sit acerrima in studio literarum licentia."

Tullius non sola esse haec duo verba dixisset,
8 si reperiri posset ullum tertium. Sed illud magis quaeri inspicique dignum est, versane sit et mutata *ab* praepositio in *au* syllabam propter lenitatem vocis, an potius *au* particula sua sit propria origine, et perinde, ut pleraeque aliae praepositiones a Graecis, ita haec quoque inde accepta sit: sicuti est in illo versu Homeri:

Ἀνέρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν.
Καί· Ἄβρομοι, ἀνίαχοι.

CAPUT IV.

Historia de Ventidio Basso, ignobili homine, quem primum de Parthis triumphasse, memoriae traditum est.

1 In sermonibus nuper fuit seniorum hominum et eruditorum, multos in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos prius homines et despicatissimos.

§. 8. *Quaeri inspicique*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *inspici quaerique.* — *Lenitatem*] Steph. *levitatem;* quod corrigendum esse vidit iam Acidal. ad Vellei. Paterc. 2, 64. p. 984. Ruhnk. v. §. 2. *lenior.* — *Homeri*] Il. 1, 459. *ἀνέρυσαν* restitui ex edd. vett. in locum vulg. inde a Steph. *αὖ ἔρυσαν.* — *Καί· ἄ. α.*] Haec vv. addidi ex edd. vett., quae exhibent: *ἔδειραν, καὶ ἄβρ. ἀνίαχοι*, et Steph., ubi est: *καὶ ἄβρ. αὖ ἰαχοί.* v. Hom. Il. 13, 41. cf. Voss. de Analog. 4, 24. p. 236. *καὶ* esse Gellii vidit iam Casaubon. apud Tornaes. ita legendum esse censens, ut edidi; *καὶ* omiserant edd. ante Bonon. De re cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 364.

Cap. IV. §. 1. *Vetere*] Augusti tempora respici putabat I. G. Vv. *prius hom. et desp.* om. Reg. De

Nihil adeo tamen de quoquam tantae admi- 2
rationi fuit, quantae fuerunt, quae de Ventidio Basso scripta sunt. Eum Picentem fuisse, 3
genere et loco humili, et matrem eius a Pompeio Strabone, Pompeii Magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse; mox triumphante Pompeio Strabone, eum quoque puerum inter ceteros ante currum imperatoris sinu matris vectum esse; post, cum adolevisset, victum sibi aegre quaesisse, eumque sordide invenisse comparandis mulis et vehiculis, quae magistratibus, qui sortiti provincias forent, praebenda publice conduxisset; in isto quaestu notum esse coepisse C. Caesari, et cum eo profectum esse in

Ventid. v. Valer. M. 6, 9, 9. Plin. H. N. 7, 43, 44. aliosque ap. Pigium Annal. ad a. 707. 710. 715. et Long. Add. Burmann. ad Anthol. lat. V. 1. p. 307.

§. 2. *Tamen*] Ex edd. vett. restitui *tamen*, quod vulg. deerat; etiam in Guelf., qui mox hab. *admirationis*. v. 5, 14. 7, 14, 15, 18, 3.

§. 3. *Pompeii*] Guelf. et edd. ante Ald. *Pompei*. V. 9, 12, 14. Mox Steph. cum Iunt. *Aescul.* — *Comparandis*] Ab ipso ista curata et omnia administrata instar lixae et veri mulionis cogita; quod monuit I. G. Reg. *comprandis*, ubi sec. manus lineolam duxit per imam partem literae *p*. Cod. Palat. *coperandis*; Guelf. *comprandis*. Gebhard. Antiqq. LL. 1, 15. *copiandis*. cf. 17, 2. Scriver. et Ois. *confricandis* vel *curandis*; et deinceps: *et vehicula magistr. -- praebenda, publ. conduxisse*. Pronom. *quae* (omiss. ab edd. vett. et Guelf.) e codd. restituit Steph. In v. *condux*. Reg. postremam literam (*t*) erasam habet; atque *conduxisse* hab. edd. vett. ubi locus ita distinctus legitur: *comp. mul., et veh. magistratibus, qui --forent; praeb. publ. conduxisse*. Placet admodum Scriverii emendatio. De re cf. Casaub. ad Suet. Aug. 36. — *Prof. esse*] V. *esse* om. cum Reg. Long. Mox

Gallias: tum quia in ea provincia satis naviter versatus esset, et deinceps civili bello mandata sibi pleraque impigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Caesaris, sed ex ea in amplissimum quoque ordinem pervenisse: mox tribunum quoque plebi, ac deinde praetorem creatum, atque in eo tempore iudicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio: post vero coniunctis partibus, non pristinam tantum dignitatem recuperasse, sed pontificatum, ac deinde consulatum quoque adeptum esse: eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur:

Concurrite omnes augures, haruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat, consul factus est.

4 Eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus, Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, et morte obita publico funere sepultum esse.

Guelf. *gnaviter.* v. 6, 10. lemma. Deinde *et* ante *deinceps* deest in quibusdam edd. recentt. — *Plebi*] Edd. vett. *plebis*; nostrum firmat Guelf. — *Partibus*] Guelf. *patribus.* — *Pontificatum*] Copulam *et* ante v. *pont.* addidit Steph. contra codd. Guelf. et edd. vett. Delevi cum I. G.; restituerat ed. Bip. — *Proscriberentur*] Edd. ante Iunt. *praescrib.* Guelf. *perscrib.* — *Inusitatum*] Broukhus. in suo cod. Gell. correxerat *invisitato.* V. Burmann. l. l. Versu seq. Heins. transponebat: *Nam mul. qui fric.* — *Mulos*] Reg. *mulas.*

CAPUT V.

Verbum *profligo* a plerisque dici improprie insciteque.

Sicut alia verba pleraque ignoratione et 1
inscitia improbe dicentium, quae non intelligant, deflexa ac depravata sunt a ratione recta et consuetudine; ita huius quoque verbi, quod est *profligo*, significatio versa et corrupta est. Nam cum ab affligendo et ad perniciem 2
interitumque deducendo inclinatum id tractumque sit, semperque eo verbo, qui diligenter locuti sunt, ita usi sint, ut *profligare* dicerent *prodigere* et *deperdere*, *profligatasque* res, quasi *proflictas* et *perditas* appellarint: nunc audio, aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta affectaque sunt, *in profligato esse* dici; ipsaque esse iam *profligata*. Quapropter urbanissime respon- 3
disse praetorem, non indoctum virum, Barvasculo cuidam ex advocatorum turba, Sulpicius Apollinaris in quadam epistola scriptum

Cap. V. §. 1. *Ac*] Edd. ante Iunt. *et*.

§. 2. *Diligenter*] Scriv. et Ois. *eleganter*. — *Affectaque*] Edd. ante Iunt. *effectaque*. Mox *esse iam* pro *iam esse* dederunt Guelf. et edd. vett.

§. 3. *Barvasculo*] Ita Steph. cum codd. (Reg. Lugd. ut. Mem. Pet.) *Baruasculo* Scheff.; *barbasculo* Guelf. Chiffl. edd. ante Iunt. et cod. Sciopp.; Iunt. *barbusculo*; *barbatulo* edd. vett. inde ab Ald. i. e., interprete Falstero, qui cruda adhuc studia in forum propellit, qui iuvenis in foro videtur. Scriver. malebat: *vasculo*; I. G. *Barb. Asculo*, i. e. Barbario Asculo; *Barbarium* vel potius *Barb.* quendam laudans ex Inscript. Possis coniicere olim fuisse *audaculo*, quod mox legitur, et scribas nomen inde effinxisse.

Gallias: tum quia in ea provincia satis naviter versatus esset, et deinceps civili bello mandata sibi pleraque impigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Caesaris, sed ex ea in amplissimum quoque ordinem pervenisse: mox tribunum quoque plebi, ac deinde praetorem creatum, atque in eo tempore iudicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio: post vero coniunctis partibus, non pristinam tantum dignitatem recuperasse, sed pontificatum, ac deinde consulatum quoque adeptum esse: eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur:

Concurrite omnes augures, haruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat, consul factus est.

4 Eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus, Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, et morte obita publico funere sepultum esse.

Guelf. *gnaviter.* v. 6, 10. lemma, Deinde *et* ante *deinceps* deest in quibusdam edd. recentt. — *Plebi*] Edd. vett. *plebis*; nostrum firmat Guelf. — *Partibus*] Guelf. *patribus.* — *Pontificatum*] Copulam *et* ante v. *pont.* addidit Steph. contra codd. Guelf. et edd. vett. Delevi cum I. G.; restituerat ed. Bip. — *Proscriberentur*] Edd. ante Iunt. *praescrib.* Guelf. *perscrib.* — *Inusitatum*] Broukhus. in suo cod. Gell. correxerat *invisitato.* V. Burmann. l. l. Versu seq. Heins. transponebat: *Nam mul. qui fric.* — *Mulos*] Reg. *mulas.*

CAPUT V.

Verbum *profligo* a plerisque dici improprie insciteque.

Sicut alia verba pleraque ignoratione et 1
inscitia improbe dicentium, quae non intelligant, deflexa ac depravata sunt a ratione recta et consuetudine; ita huius quoque verbi, quod est *profligo*, significatio versa et corrupta est. Nam cum ab affligendo et ad perniciem 2
interitumque deducendo inclinatum id tractumque sit, semperque eo verbo, qui diligenter locuti sunt, ita usi sint, ut *profligare* dicerent *prodigere* et *deperdere*, *profligatasque* res, quasi *proflictas* et *perditas* appellarint: nunc audio, aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta affectaque sunt, *in profligato esse* dici; ipsaque esse iam *profligata*. Quapropter urbanissime respon- 3
disse praetorem, non indoctum virum, Barvasculo cuidam ex advocatorum turba, Sulpicius Apollinaris in quadam epistola scriptum

Cap. V. §. 1. *Ac*] Edd. ante Iunt. *et*.

§. 2. *Diligenter*] Scriv. et Ois. *eleganter*. — *Affectaque*] Edd. ante Iunt. *effectaque*. Mox *esse iam* pro *iam esse* dederunt Guelf. et edd. vett.

§. 3. *Barvasculo*] Ita Steph. cum codd. (Reg. Lugd. ut. Mem. Pet.) *Baruasculo* Scheff.; *barbasculo* Guelf. Chiffl. edd. ante Iunt. et cod. Sciopp.; Iunt. *barbusculo*; *barbatulo* edd. vett. inde ab Ald. i. e., interprete Falstero, qui cruda adhuc studia in forum propellit, qui iuvenis in foro videtur. Scriver. malebat: *vasculo*; I. G. *Barb. Asculo*, i. e. Barbario Asculo; *Barbarium* vel potius *Barb.* quendam laudans ex Inscript. Possis coniicere olim fuisse *audaculo*, quod mox legitur, et scribas nomen inde effinxisse.

4 rèliquit. Nam cum ille, inquit, rabula audaculus ita postulasset, verbaque ita fecisset: *Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua profligata sunt; unum id solum relictum est, de quo, rogo, audias;* tum praetor satis ridicule: *An illa [,* inquit,*] negotia, de quibus iam cognovisse me dicis, profligata sint, equidem nescio: hoc autem negotium, quod in te incidit, procul dubio, sive id audiam sive non audiam, profligatum*
5 *est.* Quod significare autem volunt, qui *profligatum* dicunt: ii qui Latine locuti sunt, non *profligatum*, sed *affectum*, dixerunt: sicut M. Cicero in oratione, quam habuit *De Provinciis*
6 *consularibus.* Eius verba haec sunt: *Bellum affectum videmus, et, vere ut dicam, paene*
7 *confectum.* Item infra: *Nam ipse Caesar quid est quod in ea provincia commorari velit, nisi ut ea, quae per eum affecta sunt,*

§. 4. *Audaculus*] Guelf. *aut aculus.* — *An illa*] Guelf. *aut illa.* — *Inquit*] V. *inq.* om. omnes codd. Gron. Guelf. Torn. et edd. vett. Intrusit Steph., retinuit Long. — *Id*] Edd. ante Iunt. om. pronom. *id.*

§. 5. *Affectum*] Plurimi recentiores critici *profligatum* pro *affectum* dici exemplis probaverunt; quos v. apud I. G., qui: Ego, ait, et hoc v. *profligare* et superius *novissime* dono libenter humanitati, qua erramus quotidie. At eos, *qui latine locuti sunt*, non alios censeri a Gellio, quam qui ante vel ad Ciceronis aetatem floruerint, opposuit Falster. p. 303. Caeterum v. Non. sub v. *Profligare.* Cf. Cic. Or. de Prov. c. 8. 12. Supr. 3, 16, 17 sqq. Gifan. Obss. sub v. *Proflig.* Edd. ante Bonon. hab. *effect.* et post: *bell. effect.* et *effecta sunt*; in fine tamen eaedem etiam exhib. *affecta iam.* — *Sicut*] Guelf. *sicuti.*

§. 7. *In ea p.*] Guelf. *in mea p.*

perfecta reipublicae tradat. Idem Cicero in *Oeconomico: Cum vero affecta iam prope aestate uvas a sole mitescere tempus est.* 8

CAPUT VI.

In libro M. Ciceronis *De Gloria* secundo manifestum erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore et Aiace.

In libro M. Tullii, qui est secundus *De Gloria*, manifestus error est non magnae rei, 1

§. 8. *Idem*] Guelf. *item.* — *Uvas*] Guelf. *uasa.* Non. l. l.: Cum aff. iam prope aetate (*uvas* om.) a sole mit. t. est.

Cap. VI. *Manifestum err.*] Ante Steph. *manifeste est* vel *esse err.* Reg. et Lugd. mai. *manifestum erat ut*; unde nostrum effecit Steph., quod hab. Guelf. Steph. p. 575. dedit: *manifestum esse erratum. In* ante *qua* om. Reg. Caeterum I. G. in Addend. p. 902.: Videtur Ciceroni id obvenisse, quod versiculos suos memoriter recognoscens, quibus olim partes Homeri verterat (v. de Finib. 5, 18.) ab secundi versiculi specie sit deceptus, quasi in eo aliquis gloriaretur fore, ut utique se Hectoris, ducis maximi et praecipui, gladio caesum posteritas agnoscat, ut apud Latinum poëtam: *Aeneae magni dextra cadis.* Haec solita et occurrens passim consolatio videtur eundem, qui secundum versum pronuntiat, quoque simulare, quasi tertium versum dicat, ita sibi blandiens, tanquam qui hanc inscriptionem de victore legat, dicturus sit pariter ei satis gloriae sic contigisse, quod ab Hectore sit occisus, unde colliget eum fuisse talem, quem Hector suo congressu fuerit dignatus. Quae etiam causa fuit, ut Tiro nequiverit quidem, et si vidisset, id corrigere, quum materia praecedens foret talis generis, ut si quid corrigere institueret, disparia omnia fuissent futura. cf. Perizon. Animadvv. histt. c. 1. p. 7 sq. et c. 9. p. 361 sq. ed. Amstel.

quem errorem esse, possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantum legerit *Ὁμήρου τὸ η'*. Quamobrem non tam id mirabamur, errasse in eam rem M. Tullium, quam non esse animadversum hoc postea, correctumque vel ab ipso, vel a Tirone, liberto eius, diligentissimo homine, et librorum patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eo libro est: *Apud eundem poëtam Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus: declaratque, se velle, ut suum tumulum multis etiam post seculis praetereuntes sic loquantur:*

Hic situs est vitae iampridem lumina linquens,
Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.

§. 1. Ὁμήρου] Guelf. oMNoy. *quamobr.*, reliquis omissis. An voluit dare: Ὁμηρον? — Τὸ η'] Il. 7, 89 sqq. qui versus in edd. vett. velut a Gellio adscripti leguntur in fine huius cap. Cum codd. eiecit Steph. Leguntur tamen in antiquissimo cod. Franequer. teste Burmann. ad Anthol. lat. V. 1. p. 89. col. 2. V. Clark. ad Hom. l. l.

§. 2. *In eam rem*] Ita edd. vett. pro vulg. (Guelf.) *in ea re*; similiter fere Liv. 31, 12, 1.: *natura errans in alienos fetus.* Possis etiam, omissa praepositione *in*, legere *eam rem*; ut Plaut. Mostell. 1, 3, 30.: *si quid erro.* Terent. Andr. 13, 2, 18.: *teneo quid erret.* — *Postea* etc.] Guelf. *postera correptumque.*

§. 3. *Eo*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *eodem*; eadem edd. vv. *apud eund. poët.* om.; Iunt. et Ald. ita distincta vv. habent: *in eo l. est apud eund. poët., Aiax* etc. — *Agit*] Guelf. *ait.* — *Loquantur*] Post hoc v. Guelf. add. *Virgilii.* cf. 17, 10, 10. Versu 2 pro *quond.* hab. *condam.* — *Perculsus*] Al. (ut Guelf.) *percussus*, quod hab. etiam cod. Franequer. Sed no-

Fabitur hoc aliquis; mea semper gloria vivet.

Huius autem sententiae versus, quos Cicero 4
in linguam Latinam vertit, non Aiax apud Homerum dicit, neque Aiax agit, ut sepeliatur; sed Hector dicit, et Hector de sepultura agit, priusquam sciat, an secum depugnandi causa congressurus sit Aiax:

Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος,
Ὃν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ·
Ὥς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

CAPUT VII.

Observatum esse in senibus, quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant, aut laboribus aut interitu, aut clade aliqua insignitum: atque inibi super eadem observatione exemplum appositum epistolae divi Augusti ad Caium filium.

Observatum in multa hominum memoria 1
expertumque est [in] senioribus plerisque omni-

strum praestat. v. Burm. l. l. p. 81. col. 2. — *Hoc*] Ita Guelf. et edd. vett. pro vulg. *haec*, quod ex correctione profectum videtur. cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 666 sqq.

§. 4. *Agit*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *ait*. In fine vulg. legebatur: *an Aiax depugn. c. congr.* (edd. ante Iunt. et Guelf. *congressus*) *sit*. Guelf. *pugn.* pro *dep.* Nostrum ordinem dederunt edd. vett. Nescio qua re permotus Long. nomen: *Aiax* omiserit. Ante pro *Hector dic.* Guelf. *verba d.*

Cap. VII. §. 1. *In*] Praeposit. *in* deest in Reg. Guelf. et edd. ante Ald., ita ut *senioribus pl. omn.* dativi sint cum *venire* coniungendi. Confert I. G. Caligulae apud Sueton.: edixit reverti se, sed iis tantum qui optarent.

bus[,] sexagesimum tertium vitae annum cum periculo et clade aliqua venire, aut corporis morbique gravioris, aut vitae interitus, aut 2 animi aegritudinis. Propterea, qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum 3 aetatis annum appellant *κλιμακτηρικόν*. Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum *Epistolarum* divi Augusti, quas ad Caium nepotem suum scripsit, legeremus, duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam epistola super eodem anno scriptum offendimus, eiusque epistolae exemplum hoc est: *IX Kalend. Octobr. Ave, mi Cai, meus ocellus iucundissimus: quem semper medius fidius desidero, cum a mè abes; sed praecipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem, ubicunque hoc die fuisti, spero laetum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum*

§. 2. *Eum*] Multi exstiterunt anni climacterici; sed ex continuo vel vulgi more licet Gellio istum sic vocare κατ' ἐξοχήν. v. I. G. cf. 3, 10, 9. Censorin. de D. N. c. 14. — Κλιμακτηρικόν] Guelf. *Καρμακτη Nocte.*

§. 3. *IX.*] Ed. a. 1644. cum Brix. e typorum errore: VIII. Deinceps edd. ante Iunt. et Guelf. hab. *Octobris*; Iunt. Ald. *Octobres.* — *Ocellus*] Guelf. Reg. Lugd. mai. et V. c. Sciopp. *asellus.* Mem. Pet. et Lugd. min. *assellus*; Chiffl. *ascellius.* Edd. vett. ante Ald. *Asellius.* Sciopp. in vet. cod. ab alia manu scriptum repperit: *agellus.* Scriv. malebat: *mea salus iucundissima.* I. G. *altellus*, ut delicate dictum Romae novimus fuisse altellum Romulum ex Festo. Verba sunt I. G., addentis: Hoc satis tenerum et molle mirabatur Gellius 13, 14.: *Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus* etc. — *Requirunt*] Edd. ante Iunt. *requirere.* — *Bene v.*] Steph. *benivolentem*; contra libb.

natalem meum. Nam, ut vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. Deos autem oro, ut, mihi quantumcunque superest temporis, id salvis vobis traducere liceat in statu reipublicae felicissimo, ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων stationem meam.

CAPUT VIII.

Locus ex oratione Favorini, veteris oratoris, de coenarum atque luxuriae opprobratione, qua usus est, cum legem Liciniam de sumtu minuendo suasit.

Cum legeremus orationem veterem Favo- 1
rini, non indiserti viri: quam orationem totam, ut meminisse possemus, odio esse hercle

— *Seniorum*] Pontan. in exemplari suo cogitabat: *senecionum.* — *Annum evasim.*] Edd. ante Iunt. *evasim. annum.* Deinceps edd. vett. (praeter Bonon. Gryph.) miro consensu hab. *Deus* pro *Deos.* — *Mihi quantumcunque*] Steph. *quantum mihi*, contra libb. — *Stationem meam*] Haec duo vv. om. edd. inde ab Ald.; edd. vett. ante Ald. hab.: διαδ. *i. fortiter ac viriliter agentibus vobis: atque succedentibus suscipientibusque stationem meam*; et Pontan. in exempl. suo: *viril. ag. atque suscip. stationem meam.* Restituit, firmante Guelf., Steph. v. Specim. Emendd. p. 98 sq.

Cap. VIII. *Opprobratione*] Ita (s. *obprob.*) codd. Gron. et Torn. atque Steph. p. 576. Edd. vett. *exprobr.* Guelf. *exprobat.* Ceterum de *Favorino* isto nihil constat; (cf. Falster. Memor. Obsc. 1. p. 57.) hinc Pithoeus malebat: *Fannii.* cf. 2, 24. In Salmas. exempl. aliquis coni. *Favonii.* cf. Virdung. ad Tac. Agric. I. G.: *P. Augurini* ex scriptura vett. edd. (praeter Iunt.) *Phavor.* Verborum: *qua usus est* usque ad fin. lemmatis in capite nihil habetur; sufficere autem, in hoc lemmate nos edoceri, quae oc-

istiusmodi sumtus atque victus, perdidicimus.
2 Verba, quae apposuimus, Favorini haec sunt: *Praefecti popinae atque luxuriae negant coenam lautam esse, nisi, cum libentissime edis, tum auferatur, et alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nunc flos coenae habetur inter istos, quibus sumtus et fastidium pro facetiis procedit: qui negant ullam avem praeter ficedulam totam comesse oportere; ceterarum avium atque altilium, nisi tantum apponatur, ut a cluniculis inferiori parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere: superiorem partem avium atque altilium qui edunt, eos palatum [non] habere:*

casio fuerit huius orationis, admonuit I. G. De re cf. Senec. Epist. 110.

§. 1. *Veterem*] Scriver. *veteris.* Dein codd. Gron. omnes et Guelf. *qua oratione totum*; iidem mox post *odio* retinent v. *esse*, quod om. edd. ante Iunt. Oratio turbata; nec satis ei medetur Gron. pat., adscribens: *qua oratione totum ut m. p., odio esse h. i. s. atque v. perdid., verba haec, quae F. sunt, appos.* Si vv. *quam orat. s. qua orat.* delere volueris, quae facile intrudi potuerunt ex antecedd., oratio bene procedet.

§. 2. *Favorini*] Scriver., deleto nomine *Fav.*, legebat: *verbaque appos.* Ordinem vv. nostrum recepi ex edd. vett., quum vulg. legeretur: *Verba haec, quae app., F. sunt.* — *Facetiis*] Gron. pat. coni. *cupediis.* — *Inferiori*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *inferiore.* — *Edunt*] Steph. *edint*, an ederint? edant? Nisi forte a Steph. potius forma antiqua *edim*, pro *edam* intrusa est. v. Non. sub v. *Edim.* — *Non*] Negandi particula deest in Guelf. Reg. Thuan. Lugd. ut. et Linc. Sciopp. etiam delendi notam adscripsit; delevit Long.; sed eam suppositam esse in vicem particulae *haud* absorptae in v. sequentis principio, opinabatur I. G.; laudat autem patris: *eis palatum hebere; eos* etiam ita retineri posse ratus. Fortasse

si proportione luxuria pergit crescere, quid relinquitur, nisi ut delibari sibi coenas iubeant, ne edendo defatigentur? quando stratus auro, argento, purpura, amplior aliquot hominibus, quam diis immortalibus, adornatur.

CAPUT IX.

Quod Caecilius poëta *frontem* genere virili non poëtice, sed cum probatione et cum analogia appellavit.

Vere ac diserte Caecilius hoc in Subditivo 1
scripsit:

Gell., sive Favorinus *negant*, quod antea legitur, in animo habuerit, immemor *putant* interpositum esse; quo modo illo *non* facile careas; quod interim uncis seiunxi. — *Si* etc.] Guelf. *si prop. crescit luxuria crescere*, quae lectio non inepta mihi videtur, modo negligas v., ex antecedentibus repetitum, *crescere*. Edd. vett. et Long.: *si pr. crescit et debere epulas crescere. Videte, quid relinquitur* (*relinquitur* non *relinquetur* (ut est in ed. Lugd. Batav. 1666. et edd. recentt.) hab. omnes codd. Gron. Guelf. edd. vett. et Steph.): *nisi ut* (Guelf. *uti*) etc. Scriver. *si pr. crescente luxuria, debeant epulae crescere, videte quid rel.* etc. Nostram lectionem e codd. fort. dederunt Scalig. (ad Manil. p. 413. ed. a. 1655.) et Carr., ille quidem ita interpretatus: Si triclinia certant templis deorum, quid relinquitur, nisi ut sibi e patella libari dapes iubeant, ut diis solet? — *Delibari*] Edd. ante Ald. *delibrari*, i. e. imminui; non male. Guelf. *deliberari*. — *Defatigentur*] Lugd. ut. Linc. *defetig.*, ut Steph. edidit. V. 1, 2, 6. — *Aliquot*] Scalig. *aliqua*, ut ad *purpura* pertineat. Lugd. ut. *aliquod*. — *Adornatur*] Edd. vett. *adornantur*. Pro *immort.* Guelf. hab. *mortalib.*

Cap. IX. *Cum an.*] Guelf. om. *cum*.

§. 1. *Ac*] Guelf. *et*. Reg. om. copulam; et de-

Nam ii sunt inimici pessumi, fronte hilaro, corde tristi,
Quos neque ut apprendas, neque ut mittas, scias.

2 Hos ego versus, cum de quodam istiusmodi homine sermones essent, in circulo forte iu-
3 venum eruditiorum dixi. Tum de grammaticorum vulgo quispiam nobiscum ibi assistens non sane ignobilis: Quanta, inquit, licentia audaciaque Caecilius hic fuit, cum *fronte hilaro*, non *fronte hilàra* dixit, et tam immanem
4 soloecismum nihil veritus est? Immo, inquam, potius nos et quam audaces et quam licentes sumus, qui frontem improbe indocteque non virili genere dicimus, cum et ratio proportionis, quae *analogia* appellatur, et veterum auctoritates non *hanc*, sed *hunc fron-*
5 *tem* debere dici suadeant. Quippe M. Cato in quinto *Originum* ita scripsit: *Postridie signis*

inceps cum Lugd. mai. et Torn. hab. *in Subd.*; vulg. *in* om. At hab. etiam edd. vett. ante Steph. Eaedem usque ad Bonon. exhib. *Subditino;* Bonon. Iunt. Ald. *subditicio.* — *Fronte hilaro*] Guelf. *facto te hilaro.* — *Neque* etc.] Non. 3, 89. sub v. *frontem: neque vitare scias*; *neque uti mitt.* edidit Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 137. Ante *apprehend.* est in edd. vett. et Guelf.

§. 2. *Hos* etc.] Guelf. *hos vers. ego.* — *Eruditiorum*] Ita Reg. Thuan. Lugd. min. et Guelf.; Lugd. mai. *eruditionum.* Edd. vett. et Steph. *eruditorum.*

§. 4. *Auctoritates*] Vulg. *auctoritas;* nostrum restitui cum Long. e Reg. Thuan. Lugd. mai. et Torn. v. §. 6.

§. 5. *In*] Praeposit. om. Ois. Deinceps edd. vett. *quinta;* unde I. G. *in quinta Origine*, coll. c. 13.; nostrum retinent Lugd. min. Thuan. et Pet.; sed

collatis, aequo fronte, peditatu, equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnavit. Recto quoque *fronte* idem Cato eodem in libro dicit. At ille semidoctus grammaticus: Missas, 6
inquit, auctoritates facias: quas quidem ut habeas, posse fieri puto; sed rationem dic, quam non habes. Atque ego his eius verbis, 7
ut tum ferebat aetas irritatior: Audi, inquam, mi magister, rationem falsam quidem, sed quam redarguere falsam esse tu non queas. Omnia, inquam, vocabula tribus literis finita, 8
quibus *frons* finitur, generis masculini sunt, si in genitivo quoque casu eadem syllaba finiantur: ut *mons, fons, pons, frons.* At ille 9
contra renidens: Audi, inquit, discipule, plura alia consimilia, quae non sunt generis masculini. Petebant ibi omnes, ut vel unum statim 10
diceret; sed cum homo vultum intorqueret,

Reg. et Lugd. mai. *primo;* quod recepit Long. — *Alis*] Hoc est in Guelf. Mem. Lugd. min. Sciopp. et Pontan. in exempl. Idem exstare videtur in cod. Torn. cf. 16, 4. Edd. vett. et Steph. *aliis.* Reg. *peditatu, peditibus atque al.*; unde I. G. *peditatu, velitibus atque alis.* Dein cum Reg. Long. *pugnavimus* pro *pugnavit.* — *Eodem in lib.*] Guelf. *in eodem lib.*

§. 6. *Dic*] Guelf. om. hoc v.

§. 8. *Frons*] Guelf. om. hoc v. — *Fons*] V. *fons* addidit Gron. pat. e Mem. et Pet. Al. *frons* om. et hab. *fons.* Habet etiam utrumque ed. Rom. sed hoc ordine: *mons, pons, fons, frons.* Reliquae edd. vett. et Guelf. om. *fons,* cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 125.

§. 9. *Renidens*] Edd. vett. praeter Iunt. *renitens.* cf. Steph. Specim. Emendd. p. 132. Dein edd. ante Iunt. et Guelf. *sunt* dederunt pro *sint.*

§. 10. *Vultum*] Guelf. *voltum*; quod hab. etiam Steph., ut solet. —

et non hisceret, coloresque mutaret; tum ego intercessi, et: Vade, inquam, nunc, et habeto ad requirendum triginta dies: postquam inve-
11 neris, repetes nos. Atque ita hominem nulli rei ad indagandum vocabulum, quo rescinderet finitionem fictam, dimisimus.

CAPUT X.

De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum.

1 Plutarchus in librorum, quos Περὶ ψυχῆς inscripsit, primo, cum de morbis dissereret in animos hominum incidentibus, virgines dixit Milesii nominis, fere quot tum in ea civitate erant, repente, sine ulla evidenti causa, voluntatem cepisse obeundae mortis; ac deinde
2 plurimas vitam suspendio amisisse. Id cum accideret in dies crebrius, neque animis earum mori perseverantium medicina adhiberi quiret, decrevisse Milesios, ut virgines, quae corporibus suspensis demortuae forent, ut eae omnes nudae cum eodem laqueo, qui essent

Coloresque m.] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. *et colores m.* lunt. exhib. *et coloresque m.*, ubi *et* delendum erat. — *Repetes*] Guelf. *repete.*

§. 11. *Finitionem fict.*] Edd. ante Bonon. *functionem fict.*

Cap. X. §. 1. *Plutarchus*] Cf. Plut. de Virtut. Mul. p. 249. (T. 2. p. 203. ed. ster.) — *In*] Guelf. om. *in.* V. 1, 25, 7. — *Fere*] Edd. vett. *ferme.* Deinceps Guelf. *quod.*

§. 2. *Medicina* etc.] Torn. *medicinam adhiberi cui rei decr.* — *Ut*] Ed. a. 1644. om. *ut.* v. ad 3, 9, 3. Deinceps multi codd. Gron. et Guelf. *hae.* —

praevinctae, efferrentur: post id decretum virgines voluntariam mortem non petisse, pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

CAPUT XI.

Verba Senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis: item verba edicti censorum, quo improbati et coërciti sunt, qui disciplinam rhetoricam instituere et exercere Romae coeperant.

C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala Coss. senatusconsultum de philosophis et de rhetoribus Latinis factum est: M. POMPONIUS. PRAETOR. SENATUM. CONSULUIT. QUOD. VERBA. FACTA. SUNT. DE. PHILOSOPHIS. ET. DE. RHETORIBUS. DE. EA. RE. ITA. CENSUERUNT. UTI. M. POMPONIUS. PRAETOR. ANIMADVERTERET. COERARET. QUE. UTI. EI. E. REPUBLICA. FIDE. QUE. SUA. VIDERETUR. UTI. ROMAE. NE ESSENT. 1 Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. Domitius Aenobarbus et L. Licinius Crassus Censores de coërcendis rhetoribus Latinis ita edixerunt: RENUNTIATUM. EST. NOBIS. 2

Efferrentur] Cf. Serv. ad Virg. Aen. 12, 603.

CAP. XI. *Senatusconsulti*] Steph. h. l. om. hoc v., sed p. 576. hab. *S. C.*

§. 1. *Senatusconsultum*] Suet. de clar. rhet. c. 1. ubi deest v. *Latinis*, pro quo Pigh. annal. 12.: *inquilinis* ponendum putabat; idem mox scrib.: Patres consulti de ea re ita cens. V. quae his opposuit I. G. — *De*] Edd. vett. et Guelf. om. h. l. et postea posterius *de*; postea tamen lunt. et Ald. hab. *et de rhet.* V. 2, 22, 8. De re cf. Falster. p. 305. — *UTI*] Edd. vett. et Guelf. *ut*, mox: *curaretque*. Deinceps Guelf. *ut eicere posset fideq.* tum *non* pro *ne*.

ESSE. HOMINES. QUI. NOVUM. GENUS. DISCIPLINAE. INSTITUERUNT. AD QUOS. IUVENTUS. IN. LUDUM. CONVENIAT. EOS. SIBI. NOMEN. IMPOSUISSE. LATINOS. RHETORAS. IBI. HOMINES. ADULESCENTULOS. DIES. TOTOS. DESIDERE. MAIORES. NOSTRI. QUAE. LIBEROS. SUOS. DISCERE. ET. QUOS. IN. LUDOS. ITARE. VELLENT. INSTITUERUNT. HAEC. NOVA. QUAE. PRAETER. CONSUETUDINEM. AC. MOREM. MAIORUM. FIUNT. NEQUE. PLACENT. NEQUE. RECTA. VIDENTUR. QUAPROPTER. ET. IIS. QUI. EOS. LUDOS. HABENT. ET. IIS. QUI. EO. VENIRE. CONSUEVERUNT. VISUM. EST. FACIUNDUM. UT. OSTENDEREMUS. NOSTRAM. SENTENTIAM. NOBIS. NON. PLA-
3 CERE. Neque illis solum temporibus nimis rudibus, necdum Graeca disciplina expolitis,
4 philosophi ex urbe Roma pulsi sunt: verum etiam Domitiano imperante senatusconsulto eiecti, atque urbe et Italia interdicti sunt.
5 Qua tempestate Epictetus quoque philosophus

§. 2. *RHETORAS -- ADULESC*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *rhetores -- adolesc.* Ald. etiam dedit *adolesc.* Guelf. *adulesc.* De accusat. *rhetoras* cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 312 sqq. — *HAEC. NOVA*] Cum vv. *haec nova* Guelf. novum cap. XII. incipit. Et lemma huius capit. etiam in duas partes discerptum legitur; quarum posterior incipit a v. *item.* — *PRAETER*] Guelf. *propter.* — *CONSUEVERUNT*] Ita Guelf. et edd. vett. pro *consuerunt.*

§. 3. *Disciplina*] Edd. ante Iunt. Gryph. et Steph. *doctrina*; nostrum exstat in Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Linc. Torn. Iunt. Ald.— *Ex*] Reg. et Lugd. mai. *et ex.* An innuunt: *expolitis exacti phil. et ex u.?* ut binas vv. binis comparaverit. I. G. Long. *et* recepit, et post v. *pulsi* punctum posuit.

propter id senatusconsultum Nicopolim Roma decessit.

CAPUT XII.

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, ora- 1
tionem ad populum in contione habuit. Ea 2
verba haec sunt: *Versatus sum*, inquit, *in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina: neque pueri eximia facie stabant; et in convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia.* Post deinde haec dicit: 3
Ita versatus sum in provincia, ut nemo posset vere dicere, assem aut eo plus in mune-

§. 5. *Nicopolim*] Hoc nomen om. Ald.; Guelf. cum edd. vett. et Steph. *nicopolim*. Vulg. *Nicopolin*. cf. ad 3, 1, 6. Reg. *Neapolin*. v. Salmas. ad Epictet. p. 4. et Falster. p. 306. — *Decessit*] Guelf. *discess.*

Cap. XII. *De pud.*] Guelf. om. *de.*

§. 1. *Orationem* etc.] Scriver. *or. ad pop. habuit. in conc. ea v. sunt h.*

§. 2. *Haec sunt*] *Sunt haec* pro *haec sunt* dant edd. vett. Nostrum ordinem tuetur Guelf. et mos Gellii. cf. 1, 22, 8. 7, 3, 14. 13, 3, 5.: 16, 17.: 20, 4. 16. 15, 1, 7.: 5, 6. 18, 6, 3. cf. Pigh. Annal. ad an. 629. Plutarch. C. Gracch. c. 1. 2. — *Non*] Guelf. om. *non*. — *Popina*] Luxuriae officina. Falst. p. 306. — *Et in c.*] Ita Reg. et Lugd. mai. Vulg. *sed in c.* Dein *nostri* hab. Guelf. Tum *principia* est in Reg. Thuan. Mem. Pet. Lugd. ut. et in cod. ap. Victor. VV. LL. 3, 5. pro *principem*. Scriver. *praeceptorem*.

§. 3. *Ut*] Guelf. *uti*. — *Posset*] Imperfect. pro praes. *possit* est e Guelf. et edd. vett. Ex edd. vett.

ribus me accepisse; aut mea opera quempiam sumtum fecisse. Biennium fui in provincia; si ulla meretrix domum meam introivit, aut cuiusquam servulus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote. Cum a servis eorum tam caste me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis
4 *vestris vixisse.* Atque ibi ex intervallo: *Itaque*, inquit, *Quirites, cum Romam profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes rettuli. Alii vini amphoras quas plenas tulerunt, eas argento repletas domum reportaverunt.*

mox restitui *quempiam* in locum vulg. *quemquam.* — *Fui*] Cum Gryph. Steph. *enim fui;* contra codd. Gron. Guelf. Torn. et edd. vett.; atque Sciopp. *enim* delend. notat. P. o *biennium* Lips. Antiq. LL. 5, 4. malebat *triennium* ex Plut.; sive hunc corrigendum esse. Contra Pigh. Plutarchum etiam annum quo Gracchus provinciam reliquerit eius quaesturae adiicere observavit. — *Sollicitatus*] Reg. et Scheff. *solicitatus.* Et edd. vett. vel *sollicitatus* vel *solicitat.* (Iunt. Ald.) dant. Recepi illud cum Long. in locum vulg. (Guelf.) *sollicitus.* Dein *nationum* est in omnibus libb., quod in *natorum* mutavit Lips. Elect. 2, 3.; quod receperunt editt. recentt. I. G. coni. *latronum*, quod probabilius videtur. *Beloe* Vol. 3. p. 164. proponit: *hominum natorum.* De *postremissim.* v. Ruddimann. I. p. 185, 7. — *Existimatote*] Edd. ante Iunt. *estim.* s. *aestimatote.* Iunt. *exstimat.* Ald. Guelf. *existim.* — *Me habuerim*] Guelf. *habuer. me.* — *Vestris*] Pronom. om. ed. a. 1644.; reposuit I. G. *Nostris* hab. Guelf.

§. 4. *Cum*] Guelf. *tunc cum.* — *Inanes*] Guelf. *maties.* Idem om. vv. *Alii -- plenas.* Dein pro *tuler*, Triller. ap. Falster. malebat: *attuler.* — *Repletas*] Hoc v. pro vulg. *plenas* est e Reg. Lugd. mai. et Torn.

CAPUT XIII.

De verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur, et a grammaticis *communia* vocantur.

Utor, et *vereor*, et *hortor*, et *consolor*, communia verba sunt, ac dici utroqueversus possunt: *vereor te* et *vereor abs te*, id est, tu me vereris; *utor te* et *utor abs te*, id est, tu me uteris; *hortor te* et *hortor abs te*, id est, tu me hortaris; *consolor te* et *consolor abs te*, id est, tu me consolaris; *testor* quoque et *interpretor* significatione reciproca dicuntur. Sunt autem verba haec omnia ex altera parte inusitata; et, an dicta sint in eam quoque partem, quaeri solet. Afranius in *Consobrinis*: 1 2 3

Hem isto parentum est vita vilis liberis:

Cap. XIII. *Verbis*] Edd. ante Bonon. h. l. *rebus.*

§. 1. *Et h.*] Guelf. om. *et.* — *Et v.*] Guelf. om. *et.* Mox pro *id est* hab. *idem.* — *Id est*, etc.] Pro vv. *id est, tu me ut.* Reg. dat: *pro id factum;* reliqui Gron. omnes codd. et Guelf. *id factum.* E margine pro *id est* illatum hoc v. putabat Otho ad 2, 7, fin. p. 177. ed. Conrad. et ad h. l. De re cf. Ruddim. I. p. 288 sq. — *Et h.*] Guelf. om. *et.*

§. 2. *Et, an* etc.] Guelf. *et ante dicta sunt.*

§. 3. *Hem* etc.] Muret. VV. LL. 7, 4. *Horumce parentum est vita bilis liberis, Qui mal. met.* etc. *bilis*, i. e. amara et odiosa. Vulg. *vitabilis* una voce; Torn. *vita bilis*; Guelf. *in talibus lib.* Lips. VV. LL. 2, 28. dedit *vita vilis*; quod recepit Steph., qui principio versus (cum Iunt.) *Hem isto* ex codd. dedit. Edd. vett. *Hem iste.* Ald. *Hem hisco.* Gryph. *iste*, et in marg. *hisce.* Gryph. marg. 1539.: al's hisco. Reg. *Hemusto*; unde I. G. *Hei tu isto*, ut illa *Hei tu* sint finis versiculi praecedentis. *Isto* Falster. inter-

Ubi malunt metui, quam vereri se ab suis.

Hic *vereri* ex ea parte dictum est, quae est
4 non usitatior. Novius in *Ligartaca* verbum, quod est *utitur*, ex contraria parte dicit:

Quia supellex multa, quae non utitur, emitur tamen:

5 id est, quae usui non est. M. Cato in quinta *Origine: Exercitum*, inquit, *suum pransum paratum cohortatum eduxit foras atque in-*
6 *struxit. Consolor* quoque in partem alteram, praeterquam dici soiitum est, scriptum invenimus in epistola Q. Metelli, quam, cum in

pretatur *ea propter*; coll. Plaut. Rud. 4, 7, 8. — *Ab suis*] Edd. vett. *a suis*. Iunt. Ald. tantum *suis* sine praeposit. Vulgat. firmat Guelf. — *Quae*] Edd. vett. et Guelf. *qua*.

§. 4. *Ligartaca*] Edd. vett. ante Ald. *Ligararta*. Ald. et Ascens. *Ligararta Liciniaria; Licinaria* Gryph. a. 1539. Torn. *Ligatarca*. Reg. secundum Lamb. *Ligarchia Liganaria*, unde ille *Lignaria*; laud. Priscian. 5. (c. 7. fin. Krehl. V. 1. p. 195.) I. G. in Reg. repperit: *inligat archiam in lignariam*; unde effecit: *in Ligata, etiam in Lignaria*; ut duobus locis usurpaverit eundem versum et sensum. Contra Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 48.: Ista *inligat archiam*, et quae alibi leguntur similia nihil quidquam aliud sunt, quam error, quem correxit librarius adscribendo, quod serius agnoverat, nomine genuino."

Guelf. *in litagata*. — *Emitur*] Guelf. *emititur*.

§. 5. *Cohortatum*] Reg. *et hort.*, ut in exemplo ipsius simplicis maneat. *I. G.* cf. Auctor. de bello Hisp. c. 1. Nonnulli Mss. *cohortavit*. Edd. ante Ald. *cohortatus*. Vulgat. tuetur Guelf.

§. 6. *Scriptum inv.*] Edd. vett. om. vv. *script. inv.*, cum inciso post v. *est*. Guelf. *solit. esse in epistola*, reliquis omissis. Legend. videtur: *praeterq. dici solitum, est in epist.* etc. —

exsilio esset, ad Cn. et ad L. Domitios dedit: *At cum animum*, inquit, *vestrum erga me video, vehementer consolor: et fides virtusque vestra mihi ante oculos versatur.* *Testata* itidem et *interpretata* eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro *De Divinatione*: ut *testor interpretorque* verba communia videri debeant. Sallustius quoque eodem modo: *Dilargitis proscriptorum bonis* dicit, tanquam verbum *largior* sit ex verbis communibus. *Veritum* autem, sicut *puditum* et *pigitum*, non personaliter per infinitum modum dictum esse, non a vetustioribus tantum videmus, sed a M. quoque Tullio in secundo *De Finibus*: *Primum*, inquit, *Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere.* *Dignor* quoque, et *veneror*, et *confiteor*, et *testor*, habita sunt in verbis communibus. Sigillatim Virgilio dicta sunt:

7 8 9 10

Et] Copulam om. ed. a. 1644.; restituit I. G.

§. 7. *Primo*] Cap. 25. 40. — *Ut* etc.] Vv. *ut testor -- debeant* Gron. pat. delenda censebat; quippe quae iam ex antecedentibus intelligi possint.

§. 8. *Bonis*] Reg. *verborum bonis*; unde I. G. coni. *proscr. urbis*, s. *uberibus bonis*. Fort. aliud quid latet, ut *virorum*, *Romanorum*, s. *civium*, vel simile.

§. 9. *Autem*] Guelf. pro *autem* hab. *fieri*. — *Secundo*] Cap. 13. — *Moveret*] Guelf. *moverat*.

§. 10. *Sigillatim* etc.] Ita ex emendatione I. G. scripsi pro vulg. *sic illa in V. d. sunt*; sic enim Gell. non loquitur. Guelf. *sicut in Virg. in illa dicta s.* Edd. vett. *sicuti in V. illa dicta s.* Iunt. *si illa in V. d. sunt*. Ald. *sicut illa in V. d. s.*; codd. nonnulli: *sic in V. illa d. s.*; Reg. et Lugd. mai.

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Et:

Cursusque dabit venerata secundos.

11 Confessi autem aeris, de quo facta confessio est, in XII. tabulis scriptum est, his verbis: AERIS. CONFESSI. REBUS. QUE. IUDICATIS. TRIGINTA. DIES. IUSTI. SUNTO. Item ex iisdem tabulis id quoque est: QUI. SE. SIERIT. TESTARIER. LIBRIPENS. VE. FUERIT. NI. TESTIMONIUM. FARIATUR. IMPROBUS. INTESTABILIS. QUE. ESTO.

Sigilla in V.; unde nostrum efformavit I. G. Maluerim *singillat.*, qua forma usus est Gell. 1, 3, 22. Long. *communibus sigillatim. Virgilio d. s.* Virgil. vv. sunt Aen. 3, 475. 460. — *Secundos*] Guelf. *sacerdos.*

§. 11. *AERIS* etc.] Cf. 20, 1, 42. 45. Salmas. de Mod. Usur. c. 18. p. 818. malebat: *Aer. conf. debitique iudicatis.* Contra I. G.: Haud dubie, ait, *aeris conf.* includit quamcunque occasionem debiti, sive ex credito, sive ex vendito, sive ex conducto ortum sit; unde videtur non dicere *aeris alieni.* Huius aeris confessio facta est ab eis, unde petitur, atque ita hoc primum damnatur; mox debent accedere res iudicatae, ut scilicet proponatur ab aes confessis exceptio et excusatio, cur non sit solutum ad diem, et qui petunt, vicissim sua adferant, ut sic utraque parte audita res iudicentur, hoc est, praetor vel iudex perpensis omnibus pronunciet. Sic igitur *aeris conf. reb.q. iud.* lex praebet triginta dies per ellipsin satis claram. — *SUNTO*] Edd. vett. et Guelf. *sunt.* Mox *id* accessit ex iisdem et Steph. Pronom. primum om. video in ed. 1651. V. *tabul.* om. Guelf. — *QUI* etc.] Edd. vett. et Guelf. *quae si erit testatior libripensve f., in test. feriatur* (Guelf. *feratur*), *impr.* etc. Falster. malebat *faciatur* pro *fariatur.* Salmas. ad ius Attic. legit: *Qui se am sirit testarier, libripensve fieri, ni test. fari iatur* (i. e. eatur), *impr. int. q. esto;* ut *am s. test.* sit pro *antestarier*

CAPUT XIV.

Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Graecis mutuatus est.

Apud Q. Metellum Numidicum, in libro 1
Accusationis in Valerium Messalam tertio,
nove dictum esse annotavimus. Verba ex ora- 2
tione eius haec sunt: *Cum sese sciret in tantum crimen venisse, atque socios ad senatum questum flentes venisse, sese pecunias maximas exactos esse. Pecunias*, inquit, 3
maximas exactos pro eo quod est: *pecunias*

sirit; i. e. qui se siverit testem fieri. Reg. *qui secq ierit*, al. codd. tantam hab. *qui se s. t.* Gron. pat. *qui se s. t. l. ve fieri, ni t. fari eat.* Voss. de Analog. 3, 26. *qui se s. antestarier - ni t. fateatur.* I. G. in syllaba *cus* (*secq*) latere numerum (*ter*) *III.* et *s* suspicatus est; ut lex exigeret, non semel aliquem rogari de testimonio dicendo, sed *tertia* vice id fieri debere et tunc recusari non posse. Deinceps Cuiac. malebat: *si in testim. feriatur.* Turneb. Advers. 13, 26. *Qui si erit testatos, libripensve fuerit, test. fateatur, impr. int. q. esto. Testatus* est *antestatus.* Idem etiam *ferat* coni.

Cap. XIV. §. 2. *Sese*] *Sese* pro vulg. *se* dedi e Guelf. Reg. Törn. aliisque codd. et edd. vett. Quidam apud *Beloe* l. l. p. 168. coni. *quum re sciret*, i. e. quum certo sciret, *when he positively knew.* — *Pecunias maxim.*] Edd. vett. ordine inverso *maxim. pec.* At statim est: *pec. inq. max.* Deinceps pro *exactos* Iunt. Ald. bis exhib. *exactas.* Guelf. *venisse a sese maximas pec. a se maximas exact. id nob.* etc. reliquis neglectis.

§. 3. *Pecunias* etc.] Edd. vett. *pec. se maximas exactos, id nobis vid.* reliquis omissis. Emendavit Carr. Ant. LL. 3, 17.: *se maximas exactos pecunias, pro eo quod est* etc. De constructione v. exigere v. I. G. et Ruddimann. II. p. 176. annot. 65.

4 *a se maximas exactas.* Id nobis videbatur Graeca figura dictum. Graeci enim dicunt: διαπράξατό με ἀργύριον; id significat: *exegit me pecuniam.* Quod si id dici potest, etiam *exactus esse aliqui[s] pecuniam* dici potest.

5 Caeciliusque eadem figura in *Hypobolimaeo Aeschino* usus videtur:

Ego illud minus nihilo exigor portorium:

Id est: *Nihilominus exigitur de me portorium.*

CAPUT XV.

Passis velis et *passis manibus* dixisse veteres, non a verbo suo, quod est *patior*, sed ab alieno, quod est *pando.*

1 Ab eo, quod est *pando*, *passum* veteres dixerunt, non *pansum*, et cum *ex* praepositio-

§. 4. *Id*] Guelf. om. *id*; mox cum Steph. hab. *aliqui* pro *aliquis*. V. 1, 13, 3.

§. 5. *Caeciliusque ead.*] Edd. vett. *Caecilius quoque ead.* Nostrum firmat Guelf. — *Hyp. Aeschino*] Reg. *Hyp. ad Eschin*; Lugd. mai. *Hypoblimeo aeschinon.* Guelf. *hypoboli meo aeschino.* Alia eiusdem Caecilii fuisse videtur fabula *Hypob. Chaerestratus.* Fest. sub v. noxia, ibiq. Scalig. Non. sub v. *exigor* hab. tantum *Caecil. Aeschino.* cf. Priscian. 6, 2. p. 222. V. 1. Krehl. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 128. — *Nihilo*] Ita Carr., quum legeretur *nihil*; nostrum hab. etiam Gron. codd. et edd. vett. atque Non.; Guelf. *nihil exigitur de me p.* reliquis omissis.

Cap. XV. *Ab*] Guelf. om. *ab.* — *Pando*] Steph. h. l. *pandor*; sed p. 576. *pando*, quod cum Long. restitui, secutus Guelf. et edd. vett. Otho hoc ordine Gell. posuisse verba putabat: *non a verbo suo, quod est pandor* (pando) *sed ab alieno, quod est patior*; quasi adderet: si enim a verbo suo dixissent, i. e.

ne *expassum*, non *expansum*. Caecilius in *Synaristosis*: 2

Heri vero prospexisse eumce ex tegulis:
Haec nuntiasse, et flammeum expassum domi.

Capillo quoque esse mulier *passo* dicitur, quasi porrecto et expanso, et *passis manibus* et *velis passis* dicimus, quod significat diductis atque distentis. 3

Itaque Plautus in *Milite glorioso*, *a* litera in *e* mutata, per compositi vocabuli morem, *dispessis* dicit pro eo, quod est *dispassis*: 4

Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundum actutum extra portam,
Dispessis manibus patibulum cum habebis.

pandor, efferendum hoc participium *pansus* fuisse. At his obstat argumentum cap. ipsius.

§. 1. *Pando, passum*] A *pando passum* et *pansum* duci posse ostendit I. G. cf. etiam Ruddimann. I. p. 216. not. 58. et p. 232. not. 65. — *Ex*] *Ex* addidi e Reg. secutus Long.

§. 2. *Synaristosis*] Cf. Athenaei 6, 12. p. 248. Plin. H. N. 23, 9. — *Prospexisse*] Ita Gron. codd. omnes, Guelf. Torn. et Non. sub v. Passum. Steph. *prospexe*. Pro *eumce* Non. et Guelf. *eum se*. Edd. vett. *prospexisse eum se ex teg.* Iunt. *prosp. eum ex se teg.* — *Nuntiasse*] Steph. aliaeque edd. et Guelf. *nuntiasset*, sequente *et* omisso. Nostrum firmant edd. vett. *flammeum* est nuptiale, lutei coloris. Expansum nuptias indicabat. v. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 146.

§. 3. *Passo*] Cf. 2, 19, 8.

§. 4. *Milite gl.*] 2, 4, 6. 7. — *Eo*] *Eo* deest in Reg. Pro *dispessis Beloe* p. 169. malebat: *dispersis* a *dispergendo*. — *Ego*] Guelf. *ergo*. — *Actutum*] Guelf. et edd. vett. om. *actut*. Deinceps Rom. *extra portum*.

CAPUT XVI.

De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

1 Milo Crotoniensis, athleta illustris, quem in Chronicis scriptum est Olympiade quinquagesima coronatum esse, exitum habuit e vita
2 miserandum et mirandum. Cum iam natu grandis artem athleticam desisset, iterque faceret forte solus in locis Italiae silvestribus, quercum vidit proxime viam patulis in parte
3 media rimis hiantem. Tum experiri, credo, etiam tunc volens, an ullae sibi reliquae vires adessent, immissis in cavernas arboris digitis, diducere et rescindere quercum conatus est, ac mediam quidem partem discidit divellitque;
4 quercus autem in duas diducta partes, cum ille, quasi perfecto, quod erat connixus, manus laxasset, cessante vi rediit in naturam; ma-

Cap. XVI. §. 1. *Quinquagesima*] Numerum om. Guelf. et Linc.; omissa scil. litera *L*, unde al. *I* (*primâ*) fecerunt, quod exstat in edd. vett. et Steph. cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 38. Deinde *e vita* dedi e Reg. et Lugd. mai. pro vulg. *vitae*. Steph. *vita* sine *e*. De re cf. Valer. Max. 9, 12, 9. Paus. 6, 14. alios. — *Miserandum*] Cod. quidam hab. *miserae vidit*, reliquis omissis. Vv. *et mir.* delenda censuit Ois. v. I. G.

§. 2. *Rimis*] Codd. Gron. Guelf. Steph. et edd. vett. *ramis*; *rimis* dedit Ranchin. VV. LL. 1, 5. Valer. l. l.: quercum-cuneis adactis fissam. Mox: cavernas arboris.

§. 3. *Tum*] Edd. ante Iunt. hab. *tunc*. Guelf. hab. *tum exp. volens credo etiam tunc an* etc. Dein: *immissis caverna arboribus digit.* — *Diducere*] Ed. Rom. *deduc.*; tum Guelf. *quercus.* — *Partem*] Ranchin. *partem* delend. putabat.

§. 4. *Cessante*] Reg. tantum: *e vi*; quod rece-

nibusque eius retentis inclusisque stricta denuo et cohaesa, dilacerandum hominem feris praebuit.

CAPUT XVII.

Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent.

Alcibiades Atheniensis cum apud avunculum Periclem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur, et arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, ut eum canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, doceret: traditas sibi tibias, cum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate abiecit infregitque. 1 Ea res cum percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu, disciplina tibiis canendi desita est. 2 Scriptum hoc est in *Commentario* Pamphilae nono et vicesimo. 3

pit Long.; comparat I. G. Augusti apud Suet.: ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractus sum. Deinceps Guelf. et edd. ante Iunt. *redit.*

Cap. XVII. §. 1. *Alcibiades*] V. quos laudavit I. G. Fabri Agonist. 1, 4. Leopard. Emendd. 11, 13. Brod. ad Epigr. 3, 7. p. 321. et Plut. vit. Alcib. c. 2. — *Periclem*] Steph. *Periclen.* Nostrum cum Long. restitui ex Guelf. et edd. vett. v. 2, 1, 1. — *Antigenidam* etc.] Guelf. *an tangentem tybicē ius.*

§. 2. *Percrebuisset*] Edd. ante Bonon. *percrebruis.* v. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 473. Dein Guelf. pro *Athen.* dat *mensium.*

§. 3. *Est*] V. *est* om. Reg. et edd. ante Iunt. cf. c. 23. Post *vices.* v. *est* positum hab. Guelf.

CAPUT XVI.

De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

1 Milo Crotoniensis, athleta illustris, quem in Chronicis scriptum est Olympiade quinquagesima coronatum esse, exitum habuit e vita
2 miserandum et mirandum. Cum iam natu grandis artem athleticam desisset, iterque faceret forte solus in locis Italiae silvestribus, quercum vidit proxime viam patulis in parte
3 media rimis hiantem. Tum experiri, credo, etiam tunc volens, an ullae sibi reliquae vires adessent, immissis in cavernas arboris digitis, diducere et rescindere quercum conatus est, ac mediam quidem partem discidit divellitque;
4 quercus autem in duas diducta partes, cum ille, quasi perfecto, quod erat connixus, manus laxasset, cessante vi rediit in naturam; ma-

Cap. XVI. §. 1. *Quinquagesima*] Numerum om. Guelf. et Linc.; omissa scil. litera *L*, unde al. *I* (*primâ*) fecerunt, quod exstat in edd. vett. et Steph. cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 38. Deinde *e vita* dedi e Reg. et Lugd. mai. pro vulg. *vitae*. Steph. *vita* sine *e*. De re cf. Valer. Max. 9, 12, 9. Paus. 6, 14. alios. — *Miserandum*] Cod. quidam hab. *miserae vidit*, reliquis omissis. Vv. *et mir.* delenda censuit Ois. v. I. G.

§. 2. *Rimis*] Codd. Gron. Guelf. Steph. et edd. vett. *ramis*; *rimis* dedit Ranchin. VV. LL. 1, 5. Valer. l. l.: quercum-cuneis adactis fissam. Mox: cavernas arboris.

§. 3. *Tum*] Edd. ante Iunt. hab. *tunc*. Guelf. hab. *tum exp. volens credo etiam tunc an* etc. Dein: *immissis caverna arboribus digit.* — *Diducere*] Ed. Rom. *deduc.*; tum Guelf. *quercus*. — *Partem*] Ranchin. *partem* delend. putabat.

§. 4. *Cessante*] Reg. tantum: *e vi*; quod rece-

nibusque eius retentis inclusisque stricta denuo et cohaesa, dilacerandum hominem feris praebuit.

CAPUT XVII.

Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent.

Alcibiades Atheniensis cum apud avunculum Periclem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur, et arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, ut eum canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, doceret: traditas sibi tibias, cum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate abiecit infregitque. Ea res cum percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu, disciplina tibiis canendi desita est. Scriptum hoc est in *Commentario* Pamphilae nono et vicesimo. 1 2 3

pit Long.; comparat I. G. Augusti apud Suet.: ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractus sum. Deinceps Guelf. et edd. ante Iunt. *redit.*

Cap. XVII. §. 1. *Alcibiades*] V. quos laudavit I. G. Fabri Agonist. 1, 4. Leopard. Emendd. 11, 13. Brod. ad Epigr. 3, 7. p. 321. et Plut. vit. Alcib. c. 2. — *Periclem*] Steph. *Periclen.* Nostrum cum Long. restitui ex Guelf. et edd. vett. v. 2, 1, 1. — *Antigenidam* etc.] Guelf. *an tangentem tybicē ius.*

§. 2. *Percrebuisset*] Edd. ante Bonon. *percrebruis.* v. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 473. Dein Guelf. pro *Athen.* dat *mensium.*

§. 3. *Est*] V. *est* om. Reg. et edd. ante Iunt. cf. c. 23. Post *vices.* v. *est* positum hab. Guelf.

CAPUT XVIII.

Quod pugna belli civilis victoriaque C. Caesaris, quam vicit in Pharsaliis campis, nuntiata praedictaque est per cuiuspiam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavii.

1 Quo C. Caesar et Cn. Pompeius die per civile bellum signis collatis in Thessalia conflixerunt, res accidit Patavii in Transpadana
2 Italia memoria digna. Cornelius quidam sa-

Cap. XVIII. *Pharsaliis*] Ita pro *Pharsalicis* scripsi cum Guelf. Lugd. ut. et edd. vett. ante Ald.; et sic edidit etiam Steph. p. 576. cum Ald. Mox *cuiuspiam* pro *cuiusdam* scribendum erat cum Guelf. Lugd. ut. Pet. Memm. Steph. p. 576. Iunt. et Ald. in ind. capp. Lamb. etiam adscripsit: *cuiuspiam remigis*. Pro hoc v., quod exstat in iisdem libris scriptis, quos modo nominavi, al. (edd. vett.) hab. *Cornelii sacerdotis*; quod sane magis non placere non potest. Vid. cap. §. 2. l. G. *Remigis* suspicatus est, ut hoc cognomen esset sacerdotis Cornelii. Praenomen (Gaius) addit Plutarch. vit. Caes. c. 47. et Dio Cass. 41, 61. Aliquid vitii in hoc v. inesse videtur. Fort. plane delendum, nec ante oculos habuerunt, qui primi Gellium ediderunt. Fort. latent in hoc v. duo vv. *Romani auguris* (augurem memorat Lucan. 7, 192 sqq.) s. *Romani magistratus*; quae vv. ex compendio scribendi depravari facile potuerunt. cf. etiam Iul. Obseq. de Prodig. 125. Sidon. Apollin. 9, 191.; ad quos provocavit Long.

§. 1. *Per*] Praepositionem om. edd. vett. ante Steph.; (unde mox nonnulli (marg. Gryph.) leg. *confecerunt* pro *confl.*) Sciopp. eam subnotavit; exstat vero in Guelf. Reg. Thuan. Linc. Lugd. ut. et aliis. — *Memoria*] Guelf. Ms. Pembroc. et edd. vett. *memoria* dederunt pro *memorari*, quod fort. ex marg. irrepsit. cf. 4, 9, 1. 14, 6, 1. 15, 19. lemm. 18, 7, 4. Vulgata tamen lectio, si eius auctoritas certa esset,

cerdos, et loco nobilis, et sacerdotii religionibus venerandus, et castitate vitae sanctus, repente mota mente conspicere se procul dixit, pugnam acerrimam pugnari, ac deinde alios cedere, alios urgere, caedem, fugam, tela volantia, instaurationem pugnae, impressionem, gemitus, vulnera, perinde ut si ipse in proelio versaretur, coram videre sese vociferatus est; ac postea subito exclamavit, Caesarem vicisse. At Cornelii sacerdotis hariolatio levis tum quidem visa est et vecors: magnae mox admirationi fuit, quo[d] non modo pugnae dies, quae in Thessalia pugnata est, neque proelii exitus, qui erat praedictus, idem fuit: sed omnes quoque pugnandi reciprocae vices, et ipsa exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu atque verbis repraesentata est. 3

etiam ferri possit. Otho coni. *memoriai*, s. *memoratu*; sed his non opus.

§. 2. *Alios cedere*] Ordinem vv. (quem restitui e Guelf. et edd. vett.) mutans Steph. edidit: *cedere alios*; *alios* non legitur in Lugd. min., unde suspectum fuit I. G., comparanti Livii 3, 37.: virgis caedi, alios securi subiici. — *Perinde ut si*] Ois. coni. *perinde ac si*. — *Ac*] Guelf. *at*; mox *Caesar vic.*

§. 3. *At*] Edd. vett. et Guelf. dederunt *at*. Vulgat. *ea* nescio qua auctoritate nitatur nisi Stephani. Deinceps Iunt. *Carneli*. V. ad 9, 12, 14. — *Levis*] Guelf. *seuis*; dein *admirationis*. V. c. 4, 2. — *Quod non modo*] Reg. *quonam modo*. Guelf. Linc. Lugd. ut. et Pet. *quo non modo*; hoc recepit Long. Ad *quo* intell. *tempore*. Fort. legend. *quando*. Mox v. *dies* om. edd. ante Iunt. — *Qui erat pr.*] Guelf. om. vv. *qui er. pr.*; mox om. *ipsa*.

CAPUT XIX.

Verba M. Varronis memoria digna, ex satira, quae inscribitur Περὶ ἐδεσμάτων.

1 Non paucissimi sunt, in quos potest con-
venire id quod M. Varro dicit in satira, quae
2 inscribitur *Περὶ ἐδεσμάτων*. Verba haec sunt: *Si, quantum operae sumsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiae dedisses, ipse bonus iampridem esses factus. Nunc illum qui norunt, volunt emere millibus centum; te qui novit, nemo centussis.*

CAPUT XX.

Notata quaedam de Euripidi poëtae genere, vita, moribus, deque eiusdem fine vitae.

1 Euripidi poëtae matrem Theopompus
agrestia olera vendentem victum quaesisse di-
2 cit. Patri autem eius, nato illo, responsum
est a Chaldaeis, eum puerum, cum adolevisset,
victorem in certaminibus fore; id ei puero fa-
3 tum esse. Pater interpretatus, athletam de-

Cap. XIX. Περὶ ἐδεσμάτων] Guelf. *periedesmatō.*

§. 2. *Tuus*] Guelf. *cum* pro *tuus.* — *Centum*] Intellig. aeris, s. sestertium. *Otis.* Pro *centussis* Steph. hab. *centussi.* v. Gron. de Pec. Vet. 1, 8. Ruddim. I. p. 27. annot. 38.

Cap. XX. *Euripidi*] Ita Steph. pro *Euripidis*; et in principio cap. idem cum Reg. Lugd. ut. Chifl. et Scheff. atque edd. ante Iunt.

§. 1. *Matrem*] Cf. Valer. Max. 3, 4, 2. Vita Eurip. in Elmsl. ed. Eurip. Bacch. p. 172. ed. Lips.

§. 2. *Fatum* etc.] Guelf. *factum esse pater* etc.

bere esse, roborato exercitatoque filii sui corpore, Olympiam certaturum eum inter athletas pueros deduxit. Ac primo quidem in certamen per ambiguam aetatem receptus non est. Post Eleusinio et Theseo certamine pugnavit, et coronatus est. Mox, a corporis cura 4
ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit physici Anaxagorae et rhetoris Prodici, in morali autem philosophia Socratis, tragoediam scribere natus annos duodeviginti adortus est. Philochorus refert in insula Sa- 5
lamine speluncam esse tetram et horridam, [quam nos vidimus,] in qua [Euripides tragoedias] scriptitavit. Mulieres fere omnis in ma- 6
iorem modum exosus fuisse dicitur: sive quod natura abhorruit a mulierum coetu, sive quod

§. 3. *Filii sui*] Guelf. *sui filii*. — *In certamen*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *in certamine*. — *Ambiguam*] Puberes ambiguae aetatis existimati, quia non amplius pueri, neque dum viri. Faber Agonist. 3, 3. Dein Guelf. *ceptus* pro *recept.* — *Eleusinio*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *Eleusino*, quam formam pluribus reprobat Oudendorp. ad Suet. Claud. c. 25. Deinceps *Thesaeo* Steph.

§. 4. *Rhetoris Prodici*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *Prod. rhetoris*; qui ordo a viro quodam docto propter antecedens *phys. Arist.* illatus videtur, ut oratio varietur.

§. 5. *Salamine*] Guelf. *Salamīa* (Salamina). — *Horridam* etc.] Reg. *horridam in quam scriptitavit*, et Lugd. mai. *horridam qm scriptitavit*; reliquis omissis, quae hinc suspecta sunt. Si legis *in qua scriptit.* ex antecedd. intelliges: tragoediam. Et si Gell. ipse vv. *quam nos vid.* apposuit, quid Philochori testimonio opus erat? v. I. G. Ea vv. (*q. nos v.*) delevit Long.; *scriptitavit* hab. etiam edd. ante Iunt. Recepi pro *scriptitarit*, s. *scriptitaret*.

§. 6. *Natura* etc.] Reg. *naturam abhorruit mu-*

simul duas uxores habuerat, cum id decreto ab Atheniensibus facto ius esset, quarum ma-
7 trimonii pertaedebat. Eius odii in mulieres Aristophanes quoque meminit *ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις*, in his versibus:

Νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ καὶ λέγω,
Τοῦτον κολάσαι, τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.
Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρᾷ κακὰ,
Ἅτ' ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.

8 Alexander autem Aetolus hos de Euripide versus composuit:

Ὁ δὲ Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου
Στρυφνὸς μὲν ἐμοί γε ἔοικε προσειπεῖν,
Καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον
Μεμαθηκώς· ἀλλ' ὅ τι καὶ γράψαι, ταῦτ' ἂν
Μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτετεύχει.

lierum; omissis vv. *a -- coetu.* Comparat I. G. Livii 4, 45.: parum abhorrens famam. Long. edidit: *sive q. naturam abh. a mul. c.* Pro *coetu Heloe* V. 3. p. 178. coni. *coitu.* — *Simul* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *duas simul ux.* — *Decreto*] Cf. Diogen. L. 2, 5, 11. Athenaei 13, 1. p. 556, A. Suid. v. λειπανδρεῖν. Mox Guelf. *pertendebat.*

§. 7. *Θεσμοφοριαζούσαις*] V. 460 sqq. cf. Eurip. Hippol. 664 sqq. — *Ἄγρια* etc.] Edd. vett. et codd. omnes Gron. *ἀγρια γάρ τινα* (s. *τινας*), *ὦ γυν.* Gryph. *ἡμᾶς* dedit; et secutus est Steph. Deinde v. *κακὰ* deest in codd. (praeter Lugd. mai.) et edd. vett. Illi hab. ΔΡaΚaλλaΤΕ, vel aPaKaΔamTE. Sciopp. etiam post v. *δρᾷ* annotavit: *κα ἅπαγ' ἐν.* Versu seq. omnes codd. et edd. vett. retinent *ἀγρίοις* (edd. vett. *ἀργίοις*) *ταῖς λαχάν.* In fine marg. Gryph. hab. *τεφείς.*

§. 8. *Παρ' οἶνον*] Edd. vett. *πάροινον.* Gryph. marg.: Fortasse *παρ' οἶνον.* Deinde illae *ἄλλοτι*; Gryph. marg.: Fortasse *ἀλλ' ὅ τι.* — *Καὶ γρ.*] Edd. vett. om. *καί.*

Is, cum in Macedonia apud Archelaum regem esset, utereturque eo rex familiariter, rediens nocte ab eius coena, canibus a quodam aemulo immissis dilaceratus est: et ex his vulneribus mors secuta est. Sepulcrum autem eius et memoriam Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriae quoque loco praedicarent; *οὗ ποτε σὸν μνῆμα, Εὐριπίδη, ὄλοιτ' ἄν που*, quod egregius poëta, morte obita, sepultus in eorum terra foret. Quamobrem cum legati ad eos ab Atheniensibus missi petissent, ut ossa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo consensu Macedones in ea re deneganda perstiterunt. 9 10

§. 9. *In*] Guelf. om. *in*. — *His*] Edd. ante Iunt. *iis*. Guelf. *ex his mulieribus*.

§. 10. *Macedones*] Scriver. bis scribend. esse *Macetae* annotavit. — *Ὄλοιτό που*] Edd. ante Ald. *ὄλετο*. Codd. *ὄλοιτο*, s. *ολογτο*, s. *οαοιτο*, Sciopp. adscripsit *ὄλοι τό που*; Bourdelot. *ὄλεν ποῦ*. I. G. comparat Homer. *οὔ ποτ' ὀλεῖται*. Cod. Franequer. apud Wesseling. ad Itinerar. Hierosolymit. p. 605. col. 2. hab. *Εὐριπίδη ἄλοιτό που*, unde *Εὐριπίδῃ* scripsi pro vulg. *Εὐριπίδης*, et *ἄλοιτό που* pro *ὤλετο ποῦ*, confirmantibus illud reliquis etiam codd. Barnes. in vita Eurip. c. 22. senarium effecit hunc: *Οὐ σόν γε μνῆμ' Εὐριπίδης ὄλοιτό που*. Iambum vero Macedonibus placuisse merito dubitari posse opposuit Wesseling. l. l. — *Athenas*] Edd. ante Iunt. om. *Athenas*. — *Perstiterunt*] Guelf. *prest*. cf. Fabric. Bibl. Gr. V. 2. p. 234 sqq. Harl. et Falster. p. 311 sq.

CAPUT XXI.

Quod a poëtis Iovis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni autem inhumanissimi et ferocissimi traduntur.

1 Praestantissimos virtute, prudentia, viribus, Iovis filios poëtae appellaverunt, ut Aeacum et Minoa et Sarpedona; ferocissimos et immanes et alienos ab omni humanitate, tanquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa et Cercyona et Scyrona et Laestrygonas.

CAPUT XXII.

Historia de Sertorio, egregio duce, deque astu eius commenticiisque simulamentis, quibus ad barbaros milites continendos conciliandosque sibi utebatur.

1 Sertorius, vir acer, egregiusque dux, et

Cap. XXI. *Inhumanissimi* etc.] Ita edd. vett. pro ordine vulg. *feroc. et inhum.* Guelf. *prud. humanissimi et feroc. trad.*, reliquis omissis.

§. 1. *Poëtae*] Guelf. om. v. *poëtae*, quod aliena manus super v. *app.* adscripsit. — *Minoa*] Reg. *Minoem*; Lugd. min. *Mino.* cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 293. Praecedentem copulam om. edd. ante Iunt. et Guelf. — *Ferocissimos*] At etiam *fortes* Neptuni dicebantur filii. v. Titii Controvers. 2, 16. — *Cyclopa* etc.] Reg. *Cyclo et Cere*; Thuan. *Cyclopas et Scironas.* I. G. *Cyclopas et Cercyona.* Pro hoc Ois. coni. *Bergiona*; laud. Mela 2, 5. Causam nullam esse opposuit I. G. Guelf. et edd. vett. hab. *et Cerc.* (Guelf. *certiona*) et om. vv. *et Scyr.* In fine Schegk. in Praemess. Epistol. 6. e cod. profert: *atque Thesea.*

Cap. XXII. *Egregio*] V. *egregio* adiunxi cum Long.

utendi regendique exercitus peritus fuit. Is 2
in temporibus difficillimis [et] mentiebatur ad
milites, si mendacium prodesset, et literas
compositas pro veris legebat, et somnium si-
mulabat, et falsas religiones conferebat, si
quid istae res eum apud militum animos
adiutabant. Illud adeo Sertorii nobile est. 3
Cerva alba eximiae pulchritudinis et vivacissimae 4
celeritatis a Lusitano ei quodam dono data est.
Hanc sibi oblatam divinitus, et instinctam 5
Dianae numine colloqui secum, monereque,
et docere, quae utilia factu essent, persuadere
omnibus institit: ac, si quid durius videbatur,
quod imperandum militibus foret, a cerva sese
monitum praedicabat. Id cum dixerat, uni-
versi, tanquam si deo, libentes parebant. Ea 6
cerva quodam die, cum incursio esset hostium

e Reg. Lugd. mai. et Torn. De re cf. Plutarch. vit. Sert. Plin. H. N. 8, 50. p. 99. et Frontin. Strateg. 1, 11, 13. Bochart. Hieroz. 3, 27. V. 2. p. 352. ed. Rosenmüll. — *Conciliandosque*] Guelf. *ordinandosque.*

§. 1. *Vir* etc.] Guelf. *vir acer vir.* — *Et utendi*] Ita codd. nonnulli Gron. et Guelf. et edd. vett.; Reg. et Sciopp. *educendi*, sine copula. Steph. dedit: *et tuendi.* Nostrum probabat I. G., comparans Homeri ὡς ὅτε κοιρανέων δίεπε στρατόν.

§. 2. *Et*] Edd. vett. et Guelf. om. *et.* — *Adiutabant*] Reg. et Guelf. *adiuvabant.*

§. 5. *Instinctam*] Steph. cum Guelf. *instructam*, quod retinuerunt edd. recentt. nonnullae. Nostrum exhib. etiam cod. Torn. Gebhard. Antiqq. LL. 1, 15. cum cod. Palat. malebat: *instrictam.* — *Institit*] Vulg. *instituit*; nostrum dederunt Reg. et Lugd. mai. Deinceps Guelf. pro *ac* hab. *At.* — *Tanquam* etc.] Salm. et Gron. pat. *tum quasi deo lib. p.* Dein Steph. *Cum incursu esset h. nuntiata festinatio, tumultu c. in f. sese prorupit*; contra libb.; *ac* omittere videtur Torn.

nuntiata, festinatione ac tumultu consternata in fugam se prorupit, atque in palude proxima delituit; et postea requisita perisse credita
7 est. Neque multis diebus post inventam esse
8 cervam Sertorio nuntiatur. Tum qui nuntiaverat iussit tacere: ac, ne cui palam diceret, interminatus est: praecepitque, ut eam postero die repente in eum locum, in quo ipse cum amicis esset, immitteret: admissis deinde amicis postridie, visum sibi esse ait in quiete, cervam, quae perisset, ad se reverti, et, ut prius consueverat, quod opus esset facto, prae-
9 dicere. Tum servo, quod imperaverat, significat, cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit; clamor factus, et orta admiratio est: eaque hominum barbarorum credulitas Sertorio
10 in magnis rebus magno usui fuit. Memoria prodita est, ex iis nationibus, quae cum Ser-

§. 6. *Quodam*] Guelf. *quadam*. v. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 347 sqq. — *Prorupit*] Gryph. marg. *proripuit*.

§. 8. *Ac*] Reg. om. *ac*; commode sic procedere sermonem putabat I. G.: *iussit tac., ne cui p. d.* (vel: *ne cui diceret, palam*) *interminatus*; *praecepitque*. *Ac* delevit Long. — *In eum l.*] Sciopp. *et in eum l.* — *In quiete*] Edd. vett. ante Bonon. et Ald. *in quietem*. Iunt. *inquietē*. Guelf. *inquietem*. Dein edd. vett. pro *peris*. hab. *perierat*. Tum eaedem et Guelf. dederunt *consuever*. pro *consuerat*. — *Praedicere*] Sic Reg. Thuan. et Lugd. mai. Vulg. *praedicare*.

§. 9. *Servo*] Iidem libb. cum Torn. dant *servo* (Lugd. mai. *sermo*) — *significat* pro vulg. *Sertorio* — *significante*. Bourdel. adscripsit: *significato*. — *Introrupit*] Guelf. *interrup*.

§. 10. *Memoria* etc.] Ita Reg. Thuan. et Lugd. mai. pro *memoriae proditum est*. — *Cum* etc.] Guelf.

torio faciebant, cum multis proeliis superatus esset, neminem unquam ab eo descivisse: quanquam id genus hominum esset mobilissimum.

CAPUT XXIII.

De aetatibus historicorum nobilium, Hellanici, Herodoti, Thucydidis.

Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in iisdem fere temporibus laude ingenti floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc est in libro undecimo Pamphilae. 1 2

CAPUT XXIV.

Quid Vulcatius Sedigitus in libro, quem *de poëtis* scripsit, de comicis Latinis iudicarit.

Sedigitus in libro, quem scripsit *De Poë-* 1

tum S. fatiebant; an *favebant?* In fine ed. Rom. *nobilissimum.*

Cap. XXIII. §. 1. *Fere* etc.] Ita (s. *ferme*) Reg. et Lugd. mai. Vulg. ordine inverso: *temporibus fere.* Deinceps Ois. coni. *laude ingenii. Beloe: in iisd. t. pari laude ingenii.*

§. 2. *Initio*] Guelf. *in init.*; mox *V. et XL.*, tum *III. et XL.* — *Est*] V. *est* addidi e Guelf. Reg. Lugd. ut. Linc. ed. Rom. et Steph. Sequens *in* adiunxi ex Guelf. edd. vett. et Steph. Primum om. ed. a. 1651. V. c. 17, 3.

Cap. XXIV. *Iudicarit*] Guelf. *iudicaverit.*

§. 1. *Sedigitus*] Cf. Voss. Institutt. Poëtic. 2, 23.

tis, quid de iis sentiat, qui comoedias fecerunt, et quem ex omnibus praestare ceteris putet, ac deinceps quo quemque in loco et honore ponat, his versibus suis demonstrat:

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poëtae comico cui deferant.
Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi:
Ut, contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Caecilio palmam Statio do comico.
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.

Burmann. ad Anthol. Lat. V. 1. p. 411. Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. P. 2. p. 156. not. — *Ex* etc.] Edd. vett. et Guelf. *et quem praest. ex omn. c. p.* Qui quidem ordo displicet, quia ambiguitatem parit. — *Demonstrat*] Post hoc v. Guelf. addit *Virgilius.* cf. 17, 10, 10. — *Incertos*] Edd. ante Iunt. *incerto.* Pro *certare Beloe* malebat: *versare.* — *Vidimus*] Codd. Gron. omnes, Guelf. Torn. et Sciopp. *videmus*; unde I. G. propter seq. *tibi* coni. *videris.* Probavit *Osann* Analect. Critt. p. 3. plures codd. laudans, ubi etiam *videmus* legitur. In codd. Plaut. Monac. et Berolin. hoc iudicium de poëtis *Nigidio* tribuitur. — *Cui*] Al. *quoi.* Mox edd. ante Iunt. *cum me iudice.* Ald. *eum me iudice*; cf. Ruddimann. II. p. 302. not. Guelf. *cum meo iuditio.* Matius *iudice me.* Oudendorp. apud Burmann. *meo eum iud.*; seu tantum *meo iud.*; Voss. de Construct. *iud. meo eum.* Vers. 4. Osann. scribit *si qui* propter usum prisci illius aevi. Pro *ut c.* edd. ante Iunt. hab. *contra, ut.* — *Nihil*] Al. *nil.* — *Statio* etc.] Guelf. et edd. vett. *statuo de com.* Iunt. *statuam do com.* Pro *comico* Reg. *minico*; Lugd. mai. *dandam minico*; Gryph. marg. *dandam comico.* I. G. *mimico* aut *metrico* malebat, quia *poëtae comico* iam antecesserit. *Do mimicam* dedit Both. Scenic. poët. Lat. V. 5. p. 81. Al. *statuo dandam Comico*; Manut. *Statio dem com.* — *Secundus*] *Secundus* Graeco usu dictum ut δεύτερος pro: τὸ δεύτερα φερομένῳ admonuit Osann. —

Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio est:
Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium.
In sexto sequitur hos loco Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

CAPUT XXV.

De verbis quibusdam novis, quae in Cn. Matii mimiambis offenderamus.

Cn. Matius, vir eruditissimus, in mimi- 1

Dein] Guelf. *deinde.* — *Qui* etc.] Edd. vett. et codd. Guelf. Torn. *qui servet, pretio in tertio* (Guelf. *in pr. in t.*) *est*; Steph. *qui servet, pretium tertiu' est*; Acidal. *si quis erit, pretio in tertio est*; Gryph. nostrum hab.; et optt. codd. Gron. *pretio in tertio est s. tertiost.* Gron. pat. dedit: *N. qui fervet, pretium tertium est. Naevio* malebat Triller. ap. Falster. I. G. malebat: *qui ferret pretio in t. est, s. qui ferret pretiom tertiom, est.* Both.: Frustra, ait, novant. Osann. *qui ferret pretium tertium*, verbo *est* auctoritate codd. quorundam Plaut. omisso. — *Si erit* etc.] Edd. vett. *si quid quarto detur.* Steph. *si erit quod quarto; dab. L.* Nostrum est in codd. Gron. Guelf. et Iunt. Al. *si erit, quoi quarto detur.* Scalig. *at si quid quarto detur.* De *Lic.* cf. 13, 22, 16. — *Licinium*] Burmann. *Licinio.* Scalig. *Atilium post Licinium facio insequi.* Pro *Attil.* Guelf. hab. *Acil.* — *Sequitur*] Reg. Torn. Guelf. et edd. vett. *consequitur* (Burmann. *consequetur*), omisso v. *loco*; ita edidit Long. Nostrum probat Osann. ex codd. Mattius: *in sexto consequitur hos loco T.* — *Luscium*] Gryph. marg. *Lucetium.* Al. *Lucretium.* v. Burmann. l. l. p. 412. col. 2. — *Causa antiq.*] Guelf. cum Torn. et edd. vett. Long. *antiq. causa*; ex correctione fort.

Cap. XXV. *Mimiambis*] Edd. Rom. Ven. 1472.

ambis suis non absurde neque absone finxit *recentatur*, pro eo, quod Graeci dicunt ἀνανεοῦται, id est, denuo nascitur, atque iterum fit recens. Versus, in quibus hoc verbum est, hi sunt:

Iam iam albicascit Phoebus, et recentatur
Commune lumen hominibus, voluptasque.

2 Idem Matius in eisdem mimiambis *edulcare* dicit, quod est dulcius reddere, in his versibus:

Quapropter edulcare convenit vitam;
Curasque acerbas sensibus gubernare.

Brix. ter hab. *Mimi iambis.* Bonon. h. l. *mimiiambis;* in sqq. *mimiambis.*

§. 1. *Eruditissimus*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *eruditus.* — *Neque*] Reg. om. *neque.* Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. P. 2. p. 267. abiecit vv. *abs. neque*; quum in illo agnoscas interpretationem. Cf. Non. sub vv. *recentari* et *edulcare.* — *Id est* etc.] Vv. *id est* -- *recens* exstant in codd. (Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. Scheff. Torn. Guelf. et Sciopp.) et in edd. ante Ald., in qua ed. omissa sunt. Aliae edd. in margg. hab. — *Albicascit*] Edd. vett. et Long. *albicassit*, i. e. albicaverit, ut edidit Burmann. l. l.; nostrum video in Guelf. Versu seq. *omnibus* legend. esse cum Scalig. ad Varr. p. 146. putabat Burmann. ad Anthol. Lat. V. 1. p. 630. Recepit Both. l. l. — *Voluptasque*] Omnes codd. Gron. et Sciopp. cum Iunt. et Guelf. *et voluptatis*; ut scripsit Long. Edd. vett. *et voluptas.* Vulgat. firmat Non. l. l.

§. 2. *Quapropter*] Guelf. *quod propter.* — *Gubernare*] Apud Non. legitur etiam *gubernasse.* Pro *sensibus*, quod explicant: *ratione*, (v. Loens. Miscell. 7, 20.) *Beloe* malebat: *suavibus.*

CAPUT XXVI.

Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum: eiusque definitionis interpretamentum verbis Latinis factum.

Aristoteles, quid *syllogismus* esset, his verbis definivit: *Λόγος, ἐν ᾧ, τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων.* Eius definitionis non videbatur habere incommode interpretatio facta hoc modo: *Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam et concessis, aliud quid, quam quae concessa sunt, per ea quae concessa sunt, necessario conficitur.* 1 2

CAPUT XXVII.

Quid sint *comitia calata*, quid *curiata*, quid *centuriata*, quid *tributa*, quid *concilium*; atque inibi quaedam eiusmodi.

In libro Laelii Felicis ad Q. Mucium primo scriptum est, Labeonem scribere, *Calata* 1

Cap. XXVI. §. 1. *Verbis definivit*] Guelf. *versibus definit.* — *Τεθέντων* etc.] Sciopp. in Ms. vidit: *τεθέντων τινῶν ἐξ ἀνάγκης ἄλλο τι συμβαίνει.* V. Aristotel. Analytic. Prior. 1, 1. p. 30.

§. 2. *Eius defin.*] Guelf. *eiusdem difin.* — *Quae*] Pronomine caret Reg. Deinceps Steph. om. cum Guelf. vv. *per ea--sunt*; restituta sunt ex edd. vett. et cod. Torn.

Cap. XXVII. *Centuriata*] Guelf. *censoria*; in fine *huiusmodi.* — *Concilium*] Edd. vett. *consilium*; sed in ind. capp. *concil.*; in ipso vero cap. §. 4. *consilium edic. del.* Gryph. marg. *concilium.*

§. 1. *Laelii Fel.*] Reg. *Laeliae*; (infra *Laelii.*)

Comitia esse, quae pro collegio pontificum habentur aut Regis aut Flaminum inauguran-
2 dorum causa. Eorum autem alia esse *curiata*, alia *centuriata*. *Curiata* per lictorem curiatum calari, id est, convocari: *centuriata* per
3 cornicinem. Iisdem comitiis, quae *calata* appellari diximus, et sacrorum detestatio et testamenta fieri solebant. Tria enim genera testamentorum fuisse accepimus; unum, quod calatis comitiis in contione populi fieret: alterum in procinctu, cum viri ad proelium faciendum in aciem vocabantur: tertium per familiae emancipationem, cui aes et libra ad-
4 hiberetur. In eodem Laelii Felicis libro haec

Guelf. h. l. *lelii fecilis.* Iunt. *Laeli felic.* Sciopp. *L. Aelii.* In Grammaticis laudatur quidam *Q. Laelius.* Apud Priscian. 8, 4. Krehl. V. 1. p. 369. laudatur *Laelius*, qui videtur idem qui *Lael. Fel.*, ut ex exemplo apparet: *Impubes libripens esse non potest, neque antestari.* Fort. legendum esse: *C. Aelii Stilonis* coniecit I. Fr. Gron. Obss. 1, 1. p. 3. In Addendis p. 269. scribendum esse *L. Aelii* monuit, ubi plura de *L. Aelio Stilone.* Cf. Conrad. Excurs. V. 1. p. 576 sq. — *Regis*] Edd. vett. *Regis sacrorum;* hoc v. delevit Steph. cum Guelf. Ms. Pembroc. Reg. Lugd. ut. Pet. et Linc. Facile intelligi potest.

§. 2. *Curiatum*] Cum edd. vett. Ois. *curiatim*, quae vox legitur nunc etiam ap. Cicer. de Rep. 2, 17. Nostrum dedit Steph. cum Reg. Lugd. ut. et Pet.; Linc. et Guelf. *curiatum percalari;* unde I. G. *per l. c. populi Romani cal.*

§. 3. *Et*] *Et* addidi ex Steph. edd. vett. Guelf. Exciderat in edd. recentt. Deinceps cod. Torn. *sacr. distestatio.* Guelf. *ditest.* — *Testamentorum*] V. Lips. ad Tac. An. 1, 3. Conrad. Exc. V. 2. p. 527 sq. — *In cont. pop.*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *in populi cont.*

§. 4. *Laelii Felicis*] Iunt. h. l. *Aeli felicis.* —

scripta sunt: *Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre ulla de re possunt: ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt: quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo iure, quod plebes statuisset, omnes Quirites tenerentur.* Item in eodem libro hoc scriptum est: *Cum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata comitia esse; cum ex censu et aetate, centuriata: cum ex regionibus et locis, tributa; centuriata autem comitia intra pomoerium fieri nefas esse; quia exercitum extra urbem imperari oporteat; intra urbem imperari ius non sit: propterea centuriata in campo Martio haberi, exercitumque imperari praesidii causa solitum: quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.*

Debet] Raevard. VV. LL. c. 16. legit *dicitur*. Deinceps Guelf. *Tributv*. — *Ulla de re*] Edd. vett. *de re ulla*, qui mihi ordo vv. h. l. ex correctione profectus videtur. Vulgat. firmat Guelf. — *Ante* etc.] Guelf. *patritii ante non t.* — *Eam*] Pronom. om. cum Reg. Long. — *Quod* etc.] Guelf. *quo plebs st.* Deinceps Iunt. *omnesque Q.* — *Ex generibus*] Guelf. *de g.* Deinceps idem cum edd. vett. *omnium* pro *hom.* cf. Liv. 40, 51. — *Intra*] Guelf. *inter.* — *Oporteat*] Idem *oportet.* — *Exercitumque*] V. Gron. Obss. 1, 1. et Ois. Guelf. hab. *exercitum* sine *que*.

CAPUT XXVIII.

Quod erravit Cornelius Nepos, cum scripsit, Ciceronem tres et viginti annos natum causam pro Sex. Roscio dixisse.

1 Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens, et M. Ciceronis, ut qui maxime, 2 amicus familiaris[que] fuit. Atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius composuit, errasse videtur, cum eum scripsit tris et viginti annos natum primam causam iudicii publici egisse, Sextumque Roscium parricidii 3 reum defendisse. Dinumeratis quippe annis a Q. Caepione et a Q. Serrano, quibus consulibus ante diem tertium Nonas Ianuarias M. Cicero natus est, ad M. Tullium et Cn. Dolabellam, quibus consulibus causam privatam pro Quintio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex et viginti anni reperiuntur. Neque dubium est, quin post annum, quam pro Quintio dixerat, Sex. Roscium reum parricidii defenderit, annos iam septem atque viginti natus, L. Sulla Felice II. Q. Metello Pio con-

Cap. XXVIII. §. 1. *Rerum*] Guelf. *rex.* — *Familiarisque*] Ita edd. vett. Vulg. tantum *familiaris* sine copula legitur; quod firmat Guelf. V. tamen 17, 10, 2.

§. 2. *Tamen*] Guelf. *cum.* — *Quos*] Mem. et Pet. *quem.* Guelf. *qui.* Mox pro *primam* Reg. *primum.*

§. 3. *A Q. S.*] Praepositionem *a* repetii cum edd. ante Iunt. — *Ianuarias*] Edd. vett. *Ianuarii*; quod malebat etiam I. G. ex Reg. *Ianuarium.* Ald. *Ianuar.*; unde nostrum *Ianuarias* ortum videtur. Guelf. Chiff. et Linc. *Ianuas*, *Ianuarias.* Al. codd. Gron. *Ianuariarum.* — *Atque*] Edd. ante Iunt. *et.* — *II.*] Numerus accessit e Torn. Reg. (ubi fere transiit in

sulibus. In qua re etiam Fenestellam errasse, 4
Pedianus Asconius animadvertit, quod eum scripserit sexto et vicesimo aetatis anno pro Sex. Roscio dixisse. Longior autem Nepotis, 5
quam Fenestellae error est; nisi quis vult in animum inducere, Nepotem studio amoris et amicitiae adductum, amplificandae admirationis gratia, quadriennium suppressisse; ut M. Cicero orationem florentissimam dixisse pro Roscio admodum adolescens videretur. Illud 6
adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero pari aetate illustrissimas orationes in causis dixerint, alter *κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους* septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio, septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio. Vixerunt quoque 7
non nimis numerum annorum diversum; alter tris et sexaginta annos; Demosthenes sexaginta.

literam *n.*) et Lugd. mai. (ubi satis distincti tractus sunt). Sciopp. apposuit signum aliquod, quod numerum indicare videtur. v. I. G. *Sul. F. et Q. Met.* edidit cum edd. vett. et Guelf. Long. — *Pio consulibus*] Guelf. *pro consulib.*

§. 4. *Et*] Ex edd. vett. ante Iunt. addidi *et.*

§. 5. *Nepotem*] Nomen h. l. addidi e Reg. Lugd. mai. et Torn.; cum aliis, ut etiam Guelf., et edd. vett. om. Steph.; post *quadriennium* autem illud positum hab. edd. vett. De re cf. Perizon. Animadvv. histt. p. 210 sq. — *Suppressisse*] Guelf. *sumpsisse.* — *Florentissimam*] Ita Reg. et Lugd. mai. pro vulg. *florentem.*

§. 6. *Dixerint* etc.] Guelf. *dixerunt aliter G.* — *Septimoque* etc.] Edd. vett. et Guelf. *septimo et v.*, omissa particula *que.*

§. 7. *Tris et s.*] Steph. *sex et s.* Guelf. *sex et XL.* (ut supra c. 23. erravit).

CAPUT XXIX.

Quali figura orationis et quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

1 Duae istae in loquendo figurae notae satis usitataeque sunt: *Mihi nomen est Iulius*, et:
2 *mihi nomen est Iulio.* Tertiam figuram novam hercle repperi apud Pisonem in secundo *Annalium.* Verba Pisonis haec sunt: *L. Tarquinium, collegam suum, quia Tarquinium nomen esset, metuere; eumque orat, uti sua voluntate Romam contendat. Quia Tarquinium*, inquit, *nomen esset*, hoc perinde est, tanquam si ego dicam: *mihi nomen est Iulium.*

Cap. XXIX. §. 1. *Iulius -- Iulio*] *Iulius -- Iulio* dederunt Reg. Lugd. mai. Edd. vett. hab. *Iulius -- Iulii.* Inde a Iunt. edebatur: *Iulio -- Iulii.* Ois. *Iuli -- Iulii.* Nonnulli codd. (ut etiam Guelf.) tantum hab. *mihi nomen est Iulio*, reliquis omissis, oculo scil. scribae nimis celeriter ad nomen *Iulio* aberrante. Praeterea Gell. 2, 16.: cui nomen - Postumo; et 17, 21.: cui cognomentum Superbus; quae attulit I. G. cf. Ruddimann. II. p. 125 sq. et not. 43.

§. 2. *Hercle repperi*] Guelf. *hercl'e repiri* (hercule reperiri). — *Tarquinium*] Guelf. Reg. Thuan. Mem. Lugd. ut. Pet. Torn. Sciopp. et edd. vett. ante Ald. *Tarquinio*, h. l. et mox; ubi tamen Reg. Thuan. Lugd. et Torn. pro (Guelf.) *nomen* dant *nomine*, quod hic etiam restituendum esse putabat I. G. Codd. secutus est Long. In fine tamen retinetur: *Iulium.* Guelf. *Iulium est*, pro *est I.*; quidni Gell. dixerit: *sum nomine Iulio?* De re cf. Liv. 4, 15. Lachmann. de Font. Liv. Comment. I. p. 56. — *Contendat*] Edd. Bad. (Vascos.) et Colon. (Cervic.) cum edd. ante Iunt. et Gryph. marg.: *Roma concedat*; quod etiam in Salm. exempl. et a Gron. pat. adscriptum est. Codd.: *Roma incontendat*; unde I. G., quasi

CAPUT XXX.

Vehiculum, quod *petorritum* appellatur, cuiatis linguae vocabulum sit, Graecae an Gallicae.

Qui ab alio genere vitae detriti iam et retorridi ad literarum disciplinas serius adeunt, si forte iidem sunt garruli natura et subarguti, oppido quam fiunt in literarum ostentatione inepti et frivoli, quod genus profecto ille homo est, qui de *petorritis* nuper argutissimas nugas dixit. Nam cum quaereretur, *petorritum* quali forma vehiculum, cuiatisque linguae vocabulum esset; et faciem vehiculi ementitus est longe alienam falsamque, et vocabulum Graecum esse dixit, atque adsignificare volucres rotas interpretatus est: commutataque una litera *petorritum* esse dictum volebat, quasi *petorrotum*. Scriptum etiam hoc

haec nimium concreverint: *in continenti exeat.* cf. Liv. 2, 2. At *in* ortum ex *m.*

CAP. XXX. §. 1. *Retorridi*] Guelf. *rehorridi.* V. Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. p. 236. I. G. De v. *petor.* cf. Scheffer. de Re Vehic. 2, 26. et I. G. annot. 4. — *Sunt gar.* etc.] Edd. vett. *si f. iid. g. n. et sub. sunt.* Iunt. bis ponit v. *sunt*: *si f. iid. sunt g. n. et sub. sunt.* Nostrum ordinem firmat Guelf. Deinceps edd. vett. dant: *quam oppido fiunt*; cuius generis exemplum aliquod desideraverim. Similiter vero dicitur: *quam multi, quam familiariter* pro *perquam.* Guelf. *opp. quam finuit.*

§. 2. *Petorritis*] Guelf. *pectoritis, pectoricum, petoritum.*

§. 3. *Adsignificare*] *Adsignif.* recepi e Lugd. mai. cf. 10, 1. Vulg. (Guelf.) *id signif.* Reg. tantum: *signif.* Linc. *cum id signif.* — *Petorrotum*] Ita codd. Guelf. et edd. inde a Iunt. vel *pectorrot.* Vulg. *pe-*

5 esse a Valerio Probo contendit. Ego cum Probi multos admodum *Commentationum* libros acquisierim, neque scriptum in his inveni, nec usquam alioqui Probum scripsisse
6 credo; *petorritum* enim est non ex Graecia dimidiatum, sed totum transalpibus [factum].
7 Nam est vox Gallica. Id scriptum est in libro M. Varronis quarto decimo *Rerum Divinarum;* quo in loco Varro, cum de *petorrito* dixisset, esse id verbum Gallicum, *lanceam* quoque dixit, non Latinum, sed Hispanicum verbum esse.

torotum. Edd. Rom. et Ven. 1472. paulo ante etiam *petoritum* hab., sed supra atque infra *petorrit.*

§. 4. *Valerio* etc.] Edd. ante Iunt. *a Val. contendit probo.*

§. 5. *Commentationum*] Sciopp. *commentariorum.* Deinceps codd. Gron. Palat. Guelf. et edd. vett. *acq.* vel. *adq.* Ald. *inquis.* Steph. *anquis.*, quod probabat Gebhard. Antiqq. LL. 1, 15. — *Nec*] Guelf. *neque.*

§. 6. *Petorritum* etc.] Guelf. *pectoritum id enim.* — *Graecia*] Vulg. (Guelf.) *Graeca*; Mem. et Pet. *Graeco*; nostrum est in Reg. Lugd. ut. et Scheff. quibus accedit ed. Iunt. Dein *transalp.* est in Guelf. Reg. Mem. Lugd. ut. et Linc. Edd. vett. *transalpibus factum*; al. *transalpinum;* Bad. *tota Transalpibus factum;* I. G.: quasi vellet ansam dare coniectando: *totum a Trans. factum.* Ipse autem I. G. coni. *totum de* vel *in trans Alpibus*; ut soleant istae praepositiones duplicari. Deinceps pro *nam* Guelf. hab. *non.*

§. 7. *Id scriptum*] Guelf. hab. *Inscript.* — *Lanceam*] Urbem huius nominis Hispanicam memorat e Flor. 4, 12. I. G., quae doceat in ea regione fuisse sedem eius vocis. cf. Voss. Etymol. sub h. v.

CAPUT XXXI.

Quae verba legaverint Rhodii ad hostium ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super illa inclita Ialysi imagine.

Rhodum insulam celebritatis antiquissi- 1
mae, oppidumque in ea pulcherrimum ornatissimumque, obsidebat oppugnabatque Demetrius, dux aetatis suae inclitus, cui a peritia disciplinaque faciendi obsidii, machinarumque sollertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum *Πολιορκητὴς* fuit. Tum 2
ibi in obsidione illa aedes quasdam publice factas, quae extra urbis muros cum parvo praesidio erant, aggredi et vastare atque absumere igni parabat. In his aedibus erat memo- 3
ratissima illa imago Ialysi, Protogenis manu facta, illustris pictoris; cuius operis pulchritudinem praestantiamque ira percitus Rhodiis invidebat. Mittunt Rhodii legatos ad Deme- 4
trium, cum his verbis: Quae, malum, inquiunt, ratio est, ut tu imaginem istam velis incendio aedium facto disperdere? Nam si nos omnis superaveris, et oppidum hoc totum ceperis,

Cap. XXXI. §. 2. *Illa*] Pronom. om. Reg. — *Extra* etc.] Edd. ante Iunt. *extra mur. urb.* Guelf. *quae urbis extra mur.* Fort. v. *urbis* plane delendum. Etiam ap. Plin.: interrogatusque qua fiducia extra muros ageret. Dein edd. ante Iunt. et Guelf. *atque vast.* (Guelf. *vastari*) *et abs.*

§. 3. *Ialysi*] Eaedem edd. *Hialysi*, s. *Hyalisi.*

§. 4. *Legatos* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro: *ad Demetr. legat.* — *Ratio*] Guelf. *ideo.* — *Et oppidum*] Edd. ante Iunt. *ac opp.* Mox *quoque* om. Guelf. —

imagine quoque illa integra et incolumi per victoriam potieris. Sin vero nos vincere obsidendo nequiveris, petimus, consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audivit, oppugnatione desita, et imagini et civitati pepercit.

Bello] Steph. om. v. *bello*; quod exstat in edd. vett. Torn. et Guelf. — *Mortuo*] Fuit qui emendaret *emortuo*. I. G. coni. *et mortuo* (videlic. Ialyso); Protogenem enim ipsum adhuc vixisse. cf. Plin. H. N. 35, 36, 20. p. 302 sq. Bip. Add. Plut. vit. Demetr. c. 22. Vitruv. 10. extr.

§. 5. *Pepercit*] Post hoc v. Guelf. addit: *quod nota*; quae pietatis nota ex margine illata est.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER SEXTUS DECIMUS.

CAPUT I.

Verba Musonii philosophi Graeca, digna atque utilia audiri observarique; eiusdemque utilitatis sententia a M. Catone multis ante annis Numantiae ad equites dicta.

Adolescentuli cum etiam tum in scholis essemus, *ἐνθυμημάτιον* hoc Graecum, quod apposui, dictum esse a Musonio philosopho audiebamus, et quoniam vere atque luculente dictum, verbisque est brevibus et rotundis vinctum, perquam libenter memineramus: *Ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.* Postea istam ipsam sententiam in Catonis oratione, 1 2 3

LIB. XVI. CAP. I. §. 1. *A*] Guelf. om. *a*; quod abesse possit. — *Vinctum*] Edd. ante Bonon. *iunctum*. §. 3. *In*] Guelf. om. *in*. —

quam dixit Numantiae apud equites, positam legimus: quae etsi laxioribus paulo longioribusque verbis comprehensa est, praequam illud Graecum, quod diximus; quoniam tamen priore tempore, antiquiorque est, venerabilior
4 videri debet. Verba ex oratione haec sunt: *Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem recte feceritis; labor ille a vobis cito recedet: bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis; voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos semper manebit.*

CAPUT II.

Cuimodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique, et quae sit eius legis reprehensio.

1 Legem esse aiunt disciplinae dialecticae, si de quapiam re quaeratur disputeturque, atque ibi quid rogere, ut respondeas, tum, ne amplius quid dicas, quam id solum, quod es rogatus, aut aias, aut neges; eamque legem

Praequam] Guelf. *praeterquam.* — *Priore*] Ois. *prior* cum edd. vett. Ablativ. est in Reg. Lugd. ut. Bad. et Steph. atque marg. Gryph. Guelf. *q. tantum prior t.*

§. 4. *Vivitis*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *vivetis.* Mox Guelf. *si quid*; ut ante: *si quid vos.* Variavit orationem Cato.

Cap. II. *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi.* v. 12, 2, 2. Mox Guelf. *diss.* sine *que*; tum: *et q. eius sit leg. r.*

§. 1. *Rogere*] Ita edd. vett. et Steph. pro *rogare*, quod miror non iam a Long. correctum esse, quum operarum vitio in edd. recentt. (Ois. Gron. Bip.) aperte illatum sit. Guelf. *ibi quod rogem*; mox *illud solum quod est rog.* —

qui non servent, et aut plus, aut aliter, quam sunt rogati, respondeant, existimantur [rudes] indocti[que] esse, disputandique morem atque rationem non tenere. Hoc quidem, quod di- 2
cunt, in plerisque disputationibus procul dubio fieri oportet. Indefinitus namque inexplicabi- 3
lisque sermo fiet, nisi interrogationibus responsionibusque simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse quaedam videntur, in 4
quibus si breviter, et ad id, quod rogatus fueris, respondeas, capiare. Nam si quis his 5
verbis interroget: Postulo uti respondeas, *desierisne facere adulterium, an non?* utrumcunque dialectica lege responderis, sive aias, sive neges, haerebis in captione, tanquam si te dicas adulterum, quam si neges. Sed quod 6
minus est in interrogatione, id est addendum. Nam qui facere aliquid non desivit, non id necessario etiam fecit; falsa igitur est species 7
istius captionis: et nequaquam procedere ad id potest, ut colligi concludique possit, eum facere adulterium, qui se negaverit facere de-

Servent] Edd. ante Iunt. et Guelf. *servant.* — *Rudes*] V. *rudes* deest in Guelf. Reg. Thuan. Mem. Pet. Lugd. ut. Linc. et Steph.; copula *que* erasa est in Reg. et non exstat in Guelf. Mem. et Pet.; retinuit eam tamen cum Steph. Long., eiecto v. *rudes.*

§. 5. *Uti*] Edd. vett. *ut.* Mox eaedem hab. *utcunque*; Iunt. *utrunque.* Guelf. *utrumque.* cf. §. 9. cf. Diogen. L. 2, 135. — *Tanquam si*] Edd. vett. praeter Iunt. *tam si.* Dein cum Long. ex edd. vett. adiunxi vv. *quam si neges*, quae inde a Steph. vulg. omissa erant. Guelf. hab. *adulterium negent*, omissis vv. sequentibus usque ad *Nam qui.*

§. 6. *Aliquid*] Ex edd. vett. addidi v. *aliquid.* Deinceps *desivit* scripsi pro *desinit* cum Iunt. Ald. et Steph.

quam dixit Numantiae apud equites, positam legimus: quae etsi laxioribus paulo longioribusque verbis comprehensa est, praequam illud Graecum, quod diximus; quoniam tamen priore tempore, antiquiorque est, venerabilior
4 videri debet. Verba ex oratione haec sunt: *Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem recte feceritis; labor ille a vobis cito recedet: bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis; voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos semper manebit.*

CAPUT II.

Cuimodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique, et quae sit eius legis reprehensio.

1 Legem esse aiunt disciplinae dialecticae, si de quapiam re quaeratur disputeturque, atque ibi quid rogere, ut respondeas, tum, ne amplius quid dicas, quam id solum, quod es rogatus, aut aias, aut neges; eamque legem

Praequam] Guelf. *praeterquam.* — *Priore*] Ois. *prior* cum edd. vett. Ablativ. est in Reg. Lugd. ut. Bad. et Steph. atque marg. Gryph. Guelf. *q. tantum prior t.*

§. 4. *Vivitis*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *vivetis.* Mox Guelf. *si quid*; ut ante: *si quid vos.* Variavit orationem Cato.

Cap. II. *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi.* v. 12, 2, 2. Mox Guelf. *diss.* sine *que*; tum: *et q. eius sit leg. r.*

§. 1. *Rogere*] Ita edd. vett. et Steph. pro *rogare*, quod miror non iam a Long. correctum esse, quum operarum vitio in edd. recentt. (Ois. Gron. Bip.) aperte illatum sit. Guelf. *ibi quod rogem*; mox *illud solum quod est rog.* —

qui non servent, et aut plus, aut aliter, quam sunt rogati, respondeant, existimantur [rudes] indocti[que] esse, disputandique morem atque rationem non tenere. Hoc quidem, quod di- 2
cunt, in plerisque disputationibus procul dubio fieri oportet. Indefinitus namque inexplicabi- 3
lisque sermo fiet, nisi interrogationibus responsionibusque simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse quaedam videntur, in 4
quibus si breviter, et ad id, quod rogatus fueris, respondeas, capiare. Nam si quis his 5
verbis interroget: Postulo uti respondeas, *desierisne facere adulterium, an non?* utrumcunque dialectica lege responderis, sive aias, sive neges, haerebis in captione, tanquam si te dicas adulterum, quam si neges. Sed quod 6
minus est in interrogatione, id est addendum. Nam qui facere aliquid non desivit, non id necessario etiam fecit; falsa igitur est species 7
istius captionis: et nequaquam procedere ad id potest, ut colligi concludique possit, eum facere adulterium, qui se negaverit facere de-

Servent] Edd. ante Iunt. et Guelf. *servant.* — *Rudes*] V. *rudes* deest in Guelf. Reg. Thuan. Mem. Pet. Lugd. ut. Linc. et Steph.; copula *que* erasa est in Reg. et non exstat in Guelf. Mem. et Pet.; retinuit eam tamen cum Steph. Long., eiecto v. *rudes.*

§. 5. *Uti*] Edd. vett. *ut.* Mox eaedem hab. *utcunque*; Iunt. *utrunque.* Guelf. *utrumque.* cf. §. 9. cf. Diogen. L. 2, 135. — *Tanquam si*] Edd. vett. praeter Iunt. *tam si.* Dein cum Long. ex edd. vett. adiunxi vv. *quam si neges*, quae inde a Steph. vulg. omissa erant. Guelf. hab. *adulterium negent*, omissis vv. sequentibus usque ad *Nam qui.*

§. 6. *Aliquid*] Ex edd. vett. addidi v. *aliquid.* Deinceps *desivit* scripsi pro *desinit* cum Iunt. Ald. et Steph.

8 sisse. Quid autem legis istius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua haerere eos necessum est, si nihil amplius, quam quod 9 interrogati erunt, responderint? Nam, si ita ego istorum aliquem rogem: *Quidquid non perdidisti, habeasne, an non habeas?* postulo ut aias, aut neges: utrumcunque breviter re- 10 sponderit, capietur. Nam si non habere se negaverit, quod non perdidit, colligetur, oculos eum non habere, quos non perdidit. Sin vero habere se dixerit, colligetur, habere eum 11 cornua, quae non perdidit. Rectius igitur cautiusque ita respondebitur: quidquid habui, 12 id habeo, si id non perdidi. Sed huiuscemodi responsio non fit ex ea lege, quam dixi- mus. Plus enim, quam quod rogatus est, re- 13 spondet. Et propterea id quoque ad eam legem addi solet, non esse captiosis interrogationibus respondendum.

§. 7. *Desisse*] Guelf. *delegisse.*

§. 8. *Amplius*] Edd. ante Iunt. pro *ampl.* dant *aliud.* — *Interrogati*] Reg. et Lugd. mai. *interrogaverunt;* ita ut ex duarum literarum ductibus coaleseceret una. Deinceps Guelf. *responderent.* De re cf. 18, 2. Senec. Epist. 49. Diogen. L. 6, 38. 7, 187.

§. 9. *Utrumcunque*] Edd. vett. *utcunque*; Iunt. *utrunque.* Guelf. *verumcumque.* — *Responderit, capietur*] Guelf. *responderint capientur.*

§. 10. *Habere* etc.] Cum Guelf. ed. Rom. sola: *habere eum cornua,* a quo vv. ordine nescio quare desciverint reliquae edd., ita ut vulg. legeretur: *eum hab. corn.*

§. 12. *Fit*] Guelf. *sit.*

CAPUT III.

Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia possit, et tolerari fames: verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta.

Cum Favorino Romae dies plerumque to- 1
tos eramus: tenebatque animos nostros homo ille fandi dulcissimus; atque eum, quoquo iret, quasi ex lingua prorsum eius capti prosequebamur: ita sermonibus usquequaque amoenissimis demulcebat. Tum ad quendam aegrum 2
cum isset visere, nosque cum eo una introissemus, multaque ad medicos, qui tum forte istic erant, valetudinis eius gratia, oratione Graeca dixisset: Ac ne hoc quidem, inquit, mirum videri debet, quod, cum antehac semper edundi fuerit appetens, nunc, post imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio pristina elanguerit. Nam quod Erasistratus 3
scriptum, inquit, reliquit, propemodum verum est: esuritionem faciunt inanes patentesque intestinorum fibrae, et cava intus ventris ac stomachi vacua et hiantia: quae ubi aut cibo

Cap. III. §. 1. *Ille*] Edd. nonnullae recentt. pronom. om.; restituit I. G. Deinceps Guelf. *fundi*. — *Ex lingua* etc.] Steph. Specim. Emendd. p. 158. coni. *ex l. eius prorsum apti*, i. e. iuncti, vincti. V. 1, 15, 1.

§. 2. *Inquit* etc.] Guelf. *mirum inquit vid. d.*, qui ordo magnopere placet. — *Elanguerit*] Ed. Rom. *elegaverit*.

§. 3. *Inquit, reliquit*] Edd. vett. dederunt *reliquit, inquit*. Vulgat. firmat Guelf. — *Ac*] Edd. vett. et Guelf. *et stom. vac. hiantia*, omissa copula *et*. — *Cibo*] Guelf. *cibos* (cibis?). —

complentur, aut inanitate diutina contrahuntur et connivent; tunc loco, in quem cibus capitur, vel stipato vel adducto, voluntas ca-
4 piendi eius desiderandique restinguitur. Scythas quoque, ait eundem Erasistratum dicere, cum sit usus, ut famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissime circumligare. Ea ventris compressione esuritionem posse depelli,
5 creditum est. Haec tum Favorinus multaque
6 istiusmodi alia affabilissime dicebat. Nos autem postea, cum librum forte Erasistrati legeremus *Διαιρέσεων* primum, id ipsum in eo libro, quod Favorinum audiebamus dicere,
7 scriptum offendimus. Verba Erasistrati ad eam rem pertinentia haec sunt: *Ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν· καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσι κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ πεῖνα παρακολουθεῖ·*
8 *ὕστερον δὲ οὐκέτι.* Deinde paulum infra: *Εἰθισμένοι δέ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι, ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζονται ἄσιτοι εἶναι, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν, ὡς τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης· σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης ἡ κοιλία ᾖ, διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν· ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ᾖ, κένωμα*
9 *οὐκ ἔχει.* In eodem libro Erasistratus vim quandam famis non tolerabilem, quam Graeci *βούλιμον καὶ βούπεινναν* appellant, in diebus frigi-

Adducto] Guelf. *obducto.*

§. 4. *Ut*] Guelf. *cum*; mox *fasceis.* — *Ea*] Reg. *in.*

§. 5. *Istiusmodi*] Edd. ante Iunt. *huiusmodi.* Guelf. *huiuscemodi.* V. 2, 6, 9.

§. 8. Ἄσιτοι εἶναι] Pro ἄσιτοι εἶναι edd. vett. dant ἀσιτεῖν.

§. 9. Καὶ βούπ.] Vv. καὶ βούπ. addidi ex edd.

dissimis multo facilius accidere ait, quam cum serenum atque placidum est: atque eius rei causas, cur is morbus in eo plerumque tempore oriatur, nondum sibi esse compertas dicit. Verba, quibus id dicit, haec sunt: *Ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως, καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων, διὰ τί ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις.* 10

CAPUT IV.

Quo ritu quibusque verbis fetialis populi Romani bellum indicere solitus sit iis, quibus populus Romanus bellum fieri iusserat. Et item, in quae verba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus sanciendis, et uti milites scripti intra praedictum diem in loco certo frequentarent, causis quibusdam exceptis, propter quas id iusiurandum remitti aequum esset.

Cincius in libro tertio *De Re Militari*, fetialem populi Romani bellum indicentem 1

vett.; reddunt utrumque *βούλ. καὶ β.* esuritionem et anxiam edendi sitim. Guelf. hab. *quam Graeci app. G.* — *Placidum*] Mem. et Pet. *placidissimum*. De re cf. Magii Miscell. 2, 1. et quem laudat Aristotel. Problem. S. 8. Probl. 4. Add. ad Xenoph. Anab. 4, 5, 7. — *Nondum*] Steph. *non*.

Cap. IV. *Fetialis*] Ita pro *fecialis* ubique scripsi, suadente Schneid. Gramm. lat. 1, 1. p. 251. — *Romanus*] Hanc vocem video notari a Mestis ignoratam. *I. G.* Ignorant etiam Torn. et Guelf. — *Sanciendis*] Guelf. *faciendis*. — *Id*] Edd. ante Iunt. om. pronom. *id*.

§. 1. *Cincius*] Ita V. C. Sed correctum in eodem *Curtius*. *Salmas*. Cincium quendam pluribb. ll. laudat Macrob. in Sat. 1.

hostibus, telumque in agrum eorum iacientem, hisce verbis uti scripsit: QUOD. POPULUS. HERMUNDULUS. HOMINES. QUE. POPULI. HERMUNDULI. ADVERSUS. POPULUM. ROMANUM. BELLUM. FECERE. DELIQUERUNT. QUE. QUOD. QUE. POPULUS. ROMANUS. CUM. POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS. QUE. HERMUNDULIS. BELLUM. IUSSIT. OB. EAM. REM. EGÓ. POPULUS. QUE. ROMANUS. POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS. QUE. HERMUNDULIS. BELLUM.
2 [IN]DICO. FACIO. QUE. Item in libro eiusdem Cincii *De Re Militari* quinto ita scriptum est: *Cum dilectus antiquitus fieret, et milites scriberentur, iusiurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba haec:* [IN.] MAGISTRATU. C. LAELII. C. FILII. CONSU-

Hisce] Ed. a. 1664. *his.* cf. Liv. 1, 32. — ***POPULI***] Fort. *popoli* scribend., ut supra editum 1, 12, 14. V. *populi* suspectum habuisse videtur Gron. De populo *Herm.* v. Lachmann. de Fontib. Liv. Comment. 1. p. 30. ubi etiam de *Cincio* agitur. — ***FECERE*** etc.] Sciopp. annotavit: *facere deliquere*; ut editum in edd. ante Iunt.; probante I. G., modo ex Mss. legas *deliquerunt.* Atque clare Guelf. *facere deliquerunt.* Sequens *que* deest in Guelf. et Scheff. — ***HOMINIBUS*** etc.] Vv. *hom.que Herm.* om. Guelf., ubi in margine minutissimis literis adscripta sunt. — ***HOMINIBUS*** etc.] Vv. *hom.que Herm.* om. Steph. Exstant in edd. vett. et codd. Torn. Guelf. — ***INDICO***] Mssti omnes Gron. et Guelf. *dico.* manifesta negligentia repetendi tres *lineolas. I. G.* Recepit Long. secutus Steph., qui etiam edidit *dico.*

§. 2. *Dilectus antiquitus*] Guelf. *delectus antiquus.* — *Iusiurandum*] Cf. Lips. de Milit. Rom. 1, 6. 5, 15. Schelius p. 183. ad castra Polybii et Hygini. *I. G.* — *IN*] Praeposit. om. Reg. Thuan. Lugd. mai. Mem. Pet. et Sciopp. Deinceps iidem et Linc. Guelf. atque Iunt. dant: *Mag. verba C. L.*; Lugd.

LIS. L. CORNELII. P. FILII. CONSULIS. IN. EXERCITU. DECEM. QUE. MILIA. PASSUUM. PROPE. FURTUM. NON. FACIES. DOLO. MALO. SOLUS. NEQUE. CUM. PLURIBUS. PLURIS. NUMMI. ARGENTEI. IN. DIES. SINGULOS. EXTRA. QUE. HASTAM. HASTILE. LIGNA. POMA. PABULUM. UTREM. FOLLEM. FACULAM. SI. QUID. IBI. INVENERIS. SUSTULERIS. VE. QUOD. TUUM. NON ERIT. QUOD. PLURIS. NUMMI. ARGENTEI. ERIT. UTI. TU. AD. C. LAELIUM. C. FILIUM. CONSULEM. L. VE. CORNELIUM. P. FILIUM. CONSULEM. SIVE. QUEM. AD. UTRUM. EORUM. IUS. ERIT. PROFERES. AUT. PROFI-

min. *Mag. verba ac L.*; unde I. G. *Mag., verbi gratia, C. L.* — *SOLUS*] Formula ab Atheniensibus mutuata: καὶ μόνος καὶ μετὰ πολλῶν. *Lambec.* coll. Polluce Onom. 8, 30. — *NUMMI*] Edd. Rom. et Ven. 1477. *numinis.* Long. *numi* scripsit. Nostram scripturam video esse in Guelf. edd. vett. et Steph., et supr. 1, 8, 5. ubi scrib. *nummi.* cf. 1, 16, 12. 13. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 420. Deinceps edd. ante Bonon. *argenti.* v. mox. — *LIGNA*] Reg. et alii Mss. Gron. om. v. *ligna*, atque delevit Long. Guelf. *lingua.* Ed. Rom. hab. *lingna.* Deinceps iidem libb. Gron. et edd. vett. ante Bonon. *popabulum, pompabulum* (Guelf. Torn.) s. *pombabulum* (edd. vett.); unde Steph. *napum, pab.*; (ita ut syllaba *na* propter praecedentem omissa sit. Sed v. *ligna* in plurimis deesse iam vidimus.) Lips. l. l. *pomum, pab.*; I. G. *potus, pab.*; equidem maiore mihi iure videor dedisse: *poma, pab.* Iunt. Ald. tantum hab. *ligna pabul.* — *IBI*] Edd. ante Iunt. *ubi.* — *NUMMI*] Ed. Rom. iterum *numini*; deincepsque edd. ante Bonon. *argenti.* — *SIVE* etc.] Edd. vett. *sive ad quem uter eor. iusserit*; Scriver. *sive ad quem alteruter eor. iusserit.* Vulg. inde a Iunt. *sive ad quem eor. iusserit.* Nostrum hab. Guelf., dedit iam Steph.; *ius erit* Gryph. marg.; *iusserit* Guelf. —

TEBERE. IN. TRIDUO. PROXIMO. QUIDQUID. INVENERIS. SUSTULERIS. VE. SINE. DOLO. MALO. AUT. DOMINO. SUO. CUIUM. ID. CENSEBIS. ESSE. REDDES. UTI. QUOD. RECTUM. FACTUM. ESSE. VOLES. Militibus autem scriptis dies praefiniebatur, quo die adessent, et [ut] citanti consuli responderent; deinde ita concipiebatur iusiurandum, ut adessent, his additis exceptionibus: *nisi harumce quae causa erit, funus familiare, feriaeve denicales, quae non eius rei causa in eum diem collatae sint, quo is eo die minus ibi esset; morbus sonticus, auspiciumve, quod sine piaculo praeterire non liceat, sacrificiumve anniversarium, quod recte fieri non posset, nisi ipsus eo die ibi sit; vis hostisve, status*

QUIDQUID] Sciopp. adscripsit: *quidquid de.* Scheff. *quod quidem.* Pro *sine* codd. omnes (in his Guelf. Reg. et Thuan. et Torn. atque edd. ante Ald.) hab. *in*; *sine* dedit Steph.; Scriver. *vi.* Edd. inde ab Ald. neque *sine* neque *in* hab. — *FACTUM*] V. hoc male excidit in ed. Bip.

§. 3. *Citanti*] Edd. vett. *citati*; correxit Steph. confirmantibus codd. omnibus Gron. et Guelf. Iidem vero et Sciopp. *ut* om. Uncis seiunxi.

§. 4. *Quae causa*] Guelf. et edd. ante Iunt. et Gryph. *aliqua c.* Nostrum in marg. hab. Gryph. — *Feriaeve* etc.] Edd. vett. *Feriae vindemiales Kalendaeque.* Cod. Torn. *F. deinicales*; Ald. cum Iunt. *Feriae denicales Kalendaeque.* Guelf. *ferie vindem. quae* etc. Steph. et ed. a. 1644. *Feriaeve devicales.* Scriver. *Feriaeve denique aliae — in eum d. coniectae sunt.* De Feriis denicalibus v. Kirchmann. de Fun. Roman. 4, 1. p. 550. et Brisson. de Spectacul. et Fer. — *Morbus*] Quem illustrare conatur Menagius in iuris Amoenitatt. *I. G.* — *Ipsus*] Steph. om. *ipsus*; restituit iam Torn. ex cod. suo. Gryph. marg. hab. *ipsum.* Guelf. *ipso.* Idem *ubi* pro *ibi.* Mox pro

condictusve dies cum hoste: si cui eorum harumce quae causa erit, tum se postridie quam per eas causas licebit, eo die venturum, adiuturumque eum, qui eum pagum, vicum, oppidumve delegerit. Item in eodem libro verba haec sunt: *Miles cum die, qui praedictus est, aberat, neque excusatus erat, infrequens dabatur.* Item in libro sexto hoc scriptum est: *Alae dictae exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alae in avium corporibus, locabantur. In legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.*

CAPUT V.

Vestibulum quid significet; deque eius vocabuli rationibus.

Pleraque sunt vocabula, quibus vulgo utimur, neque tamen liquido scimus, quid ea

vis edd. vett. et Guelf. hab. *ius*. Tum edd. Rom. Ven. 1472. Brix. et Guelf. *hostesve*. — *Quae*] Guelf. *aliqua*. — *Tum*] Edd. ante Iunt. *eum* pro *tum*. Guelf. *cum*. — *Die*] Sciopp. om. *die*. — *Adiuturumque*] Guelf. *aditur*.

§. 5. *Praedictus*] Sciopp.: v. c. *productus* f. *prodictus*. — *Dabatur*] Sciopp. cum Lips. LL. Ant. 5, 4. *dicebatur*. Gron. pat. *notabatur*. v. Fest. v. *infrequens*. Plaut. Trinum.: Ubi nihil det, pro infrequentia eum mittas militia domum. Falster. *damnabatur*; coll. Frontin. 4, 1. extr.

§. 6. *Sexto*] Hic numerus deest in Reg. — *Alae*] Cf. Serv. ad Aen. 4, 121. 9, 604. — *Quod*] Guelf. *qui*.

Cap. V. §. 1. *Sunt*] Edd. vett. om. *sunt*. — *Scimus* etc.] Macr. Sat. 6, 8. p. 615. *animadvertimus, quid ea ex vera proprietate sign. Sicuti* etc. —

proprie atque vere significent: sed incompertam et vulgariam traditionem rei non exploratae secuti, videmur magis dicere, quod volumus, quam dicimus; sicuti est *vestibulum*, verbum in sermonibus celebre atque obvium: non omnibus tamen, qui illo facile utuntur,
2 satis spectatum. Animadverti enim quosdam haudquaquam indoctos viros opinari, *vestibulum* esse partem domus primorem, quam vul-
3 gus *atrium* vocat. C. Aelius Gallus in libro *De significatione verborum, quae ad ius civile pertinent* secundo: *Vestibulum esse* dicit, *non in ipsis aedibus, neque partem aedium, sed locum ante ianuam domus vacuum; per quem a via aditus accessusque ad aedis est, cum dextra sinistraque ianuarum tecta sunt*

Videmur] Pet. *videmus*; Reg. *audemus*; ubi tamen *s* a sec. manu videtur factum; recepit Long.; comparat I. G.: Aude hospes contemnere opus. — *Celebre*] Reg. *tam celeb.*; unde I. G. *tamen c.*; conferens Plaut. Stich. 5, 4.: At nos nostro Samiolo poterio Tamen vivimus: nos tamen efficimus etc., ubi similiter *tamen* repetitum. Quidni vero *tam* legamus, quod aptissime quadrat? Lineola in cod. Reg. sic supervacanea fuerit. — *Satis spect.*] Codd. Macr. *liquido* (s. *ad liquidum*) *exspectatum*; *spectat.* edd. vett.; Gellii edd. ante Iunt. *sat. perspectum.*

§. 2. *Quam* etc.] Guelf. *q. v. atr. vocant.* V. Zumpt. Gramm. lat. p. 280 sq. Supr. 3, 7, 20. Macr. *quam atr. vocant.*

§. 3. *C. Ael. Gallus*] Reg. *Caelius G.*, unde nostrum dedit I. G. Codd. aliquot (Gryph.) Gell. in marg. hab. *Aquilius G.* v. Pontan. ad Macr. Vulg. *Caecilius G.* Macrob. *sed Caec. G. vir doctissimus.* Augustin. Emendatt. 1, 4. et Menag. l. l. Dein Macr. *dicit esse.* — *A via* etc.] Macr. *de -- ad fores aedium sit.* — *Cum* etc.] Ita cum Gron. edidi, cum vulgatam scripturam, nullo pacto auctoritate codd. nisam,

viae iuncta, atque ipsa ianua procul a via est, area vacanti intersita. Quae porro huic vocabulo ratio sit, quaeri multum solet; sed quae scripta legi, ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Quod Sulpicium autem Apollinarem meminí dicere, virum eleganti scientia ornatum, huiuscemodi est: *Ve*

in contextis ferre non possem. cf. Salm. de Mod. Us. 15. p. 660. Legebatur: *quum dextr. s.que inter ianuam tectaque, quae sunt viae iuncta, spatium relinquitur; atque ipsa* etc. At v. *inter* deest in Reg. Mem. Pet. Lugd. ut. Linc. Scheff. Torn. et Guelf.; (hic cod. om. quoque *cum*) etiam *que* et vv. *spatium relinquitur.* Steph. *cum d. s.que ianuam tecta sunt v. i.*; *atque* etc. et mox *procul via.* Sciopp. inter vv. *tecta* et *sunt* adscripsit *que quae.* Long. edidit: *c. d. sinistraque ianuam tecta, quae s. v. i., spat. relinquitur*; *atque.* Nostrae tamen lectioni haec opposuit I. G.: Si ianuam intelligimus ianuam domus, ut paulo ante dixit. et mox rursus innuit; non percipio, quemadmodum dextra sinistraque ianuarum sint viae iuncta. Immo tecta viae iuncta si qua fuerunt, nequiverunt illa esse dextra et sinistra ianuarum, sed tantummodo forium externarum vel ianuae, per quam patebat introitus ex via in vestibulum. Quid autem est, cur Macrobius haec vv. omisit? An iam ipsius tempore sic fuerunt corrupta, ut desperaverit de bono sensu aut vera Gellii manu? Gellius omnino tale quid voluit: *quum d. s.que arceant* v. *cingant* v. *ambiant tecta quae s. v. i.* In ista enim voce *ianuam* absorptum est verbum, quo dicebat, dextra sinistraque ductam esse maceriam, quae dissepiret viam publicam ab vestibulo et vestiret. Haec I. G. — *Atque* etc.] Macr. *ipsa enim ian. pr. a via fiebat, area intersita quae vacaret.* Postea: *scripta apud idoneos auctores legi, proferre in medium non pigebit. Ve partic.* etc. — *Area*] Hinc *aream Palatinam* vocat 20, 1., quam *vestibulum Palatii* sive aedium Palatinarum dixerat 4, 1. et 19, 13. *Falster.*

§. 4. *Visa sunt*] Reg. habere videtur: *insunt*, omisso v. *visa*; unde I. G. *abs. nimis sunt.*

particula, sicuti quaedam alia, tum intentio-
6 nem significat, tum minutionem. Nam *vetus* et *vehemens*, alterum ab aetatis magnitudine compositum elisumque est, alterum a mentis vi atque impetu dicitur. *Vescum* autem, quod ex *ve* particula et *esca* copulatum est, utrius-
7 que diversae significationis vim capit. Aliter enim Lucretius *vescum salem* dicit ex edendi intentione: aliter Lucilius *vescum* appellat
8 cum edendi fastidio. Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam [vacuum] relinquebant, qui inter fores domus et
9 viam medius esset. In eo loco, qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant: et neque in via sta-
10 bant, neque intra aedes erant. Ab illa ergo grandis loci constitione, et quasi quadam stabulatione, vestibula appellata sunt; spatia, sic-

§. 6. *Et*] Copulam om. Steph. invitis libb. — *Elisumque*] Marg. Gryph. *elicitumque*. — *A mentis* etc.] Macr. *a nimio impetu et vi mentis instructum*. cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 611. not. **. — *Ex*] Guelf. *est ex*; et mox tamen *copul. est*.

§. 7. *Lucretius*] 1, 326. cf. etiam Non. sub v. *Vesc.* — *Dicit*] Ed. Rom. et Guelf. *dixit*. Pro seq. *ex* Guelf. hab. *et*.

§. 8. *Vacuum*] Edd. vett. et Guelf. om. *vacuum*.

§. 10. *Grandis*] Edd. ante Iunt. *grandi*. — *Constitione*] Ita Gryph. a. 1539. et edd. recentt. cum edd. vett.; Brix. et Bonon. *constitutione*; Iunt. Ald. Steph. al. et Macr. *consistione*, ut exhib. etiam Guelf. Reg. Mem. Pet. Lugd. ut. et Linc.; Scheff. *gradus loci consistitione*; certissimam aberrationem scribentium demonstrans; quod vidit I. G. Similia nostro vocabulo comparat idem: *naustibulum*, *prostibulum*, unde necessitas huius etymologiae possit aspici. cf. Non. sub v. *Vestibula*. — *Sunt* etc.] Macr. *sunt spatia, in quibus multum staretur ab advenientibus,*

uti diximus, grandia ante fores aedium relicta, in quibus starent, qui venissent, priusquam in domum intromitterentur. Meminisse 11
autem debemus, id vocabulum non semper a veteribus scriptoribus proprie, sed per quasdam translationes esse dictum; quae tamen ita sunt factae, ut ab ista, de qua diximus, proprietate non longe desciverint. Sicut illud in sexto Virgilii:

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus orci,
Luctus et ultrices posuere cubilia curae.

Non enim vestibulum priorem partem domus 12
infernae esse dicit; quod obrepere potest, tanquam si ita dicatur; sed loca duo demonstrat extra orci fores, vestibulum et fauces: ex quibus et vestibulum appellat ante ipsam [quasi] domum, et ante ipsa orci penetralia; fauces autem vocat iter angustum, per quod ad vestibulum adiretur.

priusq. introm. in domum. — *Sicuti*] Guelf. *sicuti* pro *sicut.* — *Venissent*] Guelf. *venirent.* — *In domum*] Edd. ante Iunt. om. vv. *in domum.*

§. 11. *Debemus*] Edd. vett. Torn. aliique: *debebimus;* praesens dedit Steph. accedentibus Guelf. Reg. Scheff. aliis. — *Scriptoribus*] V. *script.* adiunxi e Reg. et Torn. — *Sexto*] Vers. 273 sq. — *Primisque*] Guelf. *primumque.*

§. 12. *Priorem*] Guelf. *primorem.* — *Quasi*] V. *quasi* om. Guelf. Torn. et edd. vett. — *Per*] Huic explicationi contradicit Behot. Apophoret. 2, 20.; quippe fauces ibi notare limen ipsum atque adeo aditum, qui vestibulum excipit, unde vestibulum nominatur prius. Huc sane pertinet altera citatio ex Virg.: Vestibulum ante ipsum primoque in limine, supr. 2, 3. *I. G.* Macr. *Fauces iter ang. est, per quod ad vest. de via flectitur.*

CAPUT VI.

Hostiae, quae dicuntur *bidentes*, quid sint, et quam ob causam ita appellatae sint: superque ea re P. Nigidii et Iulii Higini sententiae.

1 Redeuntes Graecia, Brundusium navem advertimus. Ibi quispiam linguae Latinae literator, Roma a Brundusinis accersitus, exper-
2 riundum sese vulgo dabat: imus ad eum nos quoque oblectamenti gratia. Erat enim fessus
3 atque languens animus de aestu maris. Legebat barbare insciteque Virgilii septimum, in quo libro hic versus est:

Centum lanigeras mactabat rite bidentis:

4 et iubebat rogare se, si quis quid omnium re-
5 rum vellet dicere. Tum ego indocti hominis confidentiam demiratus: Docesne, inquam, nos,

Cap. VI. *Ap. sint*] Guelf. *appellatae sunt.* Edd vett. etiam hab. *sunt;* nec non Steph. p. 578.; h. l. *appellatae: sunt superque.* Indicativum non spernerem, nisi praecederet *sint.* cf. 14, 2. lemma.

§. 1. *Brundusium*] Ita Guelf Reg. Lugd. mai. et edd. ante Iunt. praeter Rom., quae cum Iunt. aliisque dat *Brundis.* Al. codd. Gron. *Brundusi* aut *Brundisi*; ut edidit Long. *Brundusinis* mox est in Guelf. et edd. ante Iunt. cf. 19, 1, 1.

§. 2. *Atque*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *et.*

§. 3. *Bidentis*] Eaedem et Guelf. *bidentes.* V. Virg. Aen. 7, 93. cf. Bochart. Hieroz. 2, 43. V. 1. p. 469 sq. ed. Rosenmüll.

§. 4. *Si* etc.] Reg. et Lugd. mai. *si quid*, omisso *quis*; et mox *discere;* Gron. pat. malebat *doceri.* I. G. *si qui id omn. r. v. discere;* conferens 5, 18.: omnium rer. hoc interfuit. Pro *vellet* Guelf. hab. *vellem.*

§. 5. *Docesne*] Guelf. *doce ne.*

magister, cur *bidentes* dicantur? *Bidentes,* 6
inquit, oves appellatae, idcircoque *lanigeras*
dixit, ut oves planius demonstraret. Posthac, 7
inquam, videbimus, an oves solae, ut tu ais,
bidentes dicantur, et an Pomponius Atellana-
rum poëta in *Gallis Transalpinis* erraverit,
cum hoc scripsit:

Mars, tibi voveo facturum, si unquam re-
dierit,
Bidenti verre.

Sed nunc ego a te rogavi, ecquam scias esse 8
huiusce vocabuli rationem. Atque ille nihil 9
contatus, sed nimium quantum audacter: Oves,
inquit, bidentes dictae, quod duos tantum
dentes habeant. Ubi terrarum, quaeso te, in- 10
quam, duos solos per naturam dentes habere
ovem vidisti? Ostentum enim est, et piaculis
factis procurandum. Tum ille permotus mihi 11
et irritatus: Quaere, inquit, ea potius, quae
ex grammatico quaerenda sunt; nam de ovium
dentibus opiliones percontantur. Facetias ne- 12

§. 7. *Tu*] Pronom. om. Steph. contra libb. — *Gallis*] Guelf. *Galliis.* — *Redierit*] Macrob. Sat. 6, 9.: *redierb et bidente.* Nostrum hab. Nonius Marc. sub v. *Bidentes. Rediero* praetulit Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 123.

§. 8. *Ecquam*] Guelf. et Steph. *et quam.* — *Huiusce*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *huiuscemodi.*

§. 9. *Dictae*] Macr. *dict. sunt.*

§. 10. *Ovem* etc.] Macrob. *oves habere aliquando vidisti;* tum: *ost. en. hoc est, et fact. p. proc.*

§. 11. *Ex*] Vulg. (etiam ap. Macr.) *a*; Lugd. min. *ex*; Guelf. Reg. Mem. Pet. Lugd. mai. aliique praeposit. om. Et forsan voluit in eo ambiguus esse, prout crebro facit et Tacitus. I. G. Delevit Long. — *Percontantur*] Macrob. *percunctator*; Sciopp. *per-*

bulonis hominis nisi et reliqui. Publius autem Nigidius in libro, quem *De Extis* composuit, bidentes appellari, ait, non oves solas, sed omnis bimas hostias. Neque tamen dixit aper-
13 tius, cur *bidentes:* sed, quod ultro existimabamus, id scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad ius pontificium pertinentibus, *bidennes* primo dictas, *[d]* litera immissa, quasi *biennes:* tum longo usu loquendi corruptam esse vocem, et ex *bidennibus bidentes* factum: quoniam id videbatur esse dictu faci-
14 lius [leniusque]. Higinus tamen Iulius, qui ius pontificium non videtur ignorasse, in quarto librorum, quos *De Virgilio* fecit, *bidentes* appellari scripsit hostias, quae per aetatem
15 duos dentes altiores haberent. Verba illius

contator Vulg. enim inde a Steph. legebatur: *nam nemo de ov. d. nisi op. percunctatur.* Sed *nemo* et *nisi* om. Guelf. Reg. Torn. et edd. vett.

§. 12. *Facetias n.*] Macr. *facetias ego n.* — *Non*] Reg. *nec.* Macr. *non ov. s., sed omnes bestias bimas. Neq. t. d., cur ita appellentur.*

§. 13. *Pontificium*] Cod. Torn. hic et infra cum edd. vett. et Guelf. hab. *pontificum.* — *Litera*] Macr.: lit. ex superfluo, ut saepe assolet, interiecta. cf. Serv. ad Virg. Aen. 4, 57. Schneid. Gramm. Lat. V. 1. P. 1. p. 260. Literam *d* om. edd. vett. Hinc uncis seiunxi, quum facile intelligatur. In Guelf. aliena ut videtur manus suprascripsit, cum in contextis deest. — *Esse vocem*] Ita edd. vett. pro (Guelf.) *vovem esse.* Iunt. *corr. esse, et vocem ex b.* etc. Mox eaedem edd. cum Iunt. et Guelf. om. v. *leniusque.* Steph. hab. *leviusque.*

§. 14. *Higinus*] Steph. in hoc cap. et in lemmate cum Guelf. *Higinius;* alias ubique *Higinus.* V. ad 1, 14, 1. Dein Macr. om. *Iul.* — *Vid. ignorasse*] Macrob. *ignoravit*; et mox *quinto.* — *Bidentes* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *app. bid. scr.* — *Altiores*] Macr. Zeun. *alteriores.*

ipsa posui: *Quae bidens est*, inquit, *hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores, per quos appareat, ex minore aetate in maiorem transcendisse.* Haec Higini opinio an vera sit, non argumentis, sed oculis iudicari potest.

CAPUT VII.

Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit: et quod multis item verbis utitur, de quibus, an sint Latina, quaeri solet.

Laberius in *Mimis*, quos scriptitavit, oppido quam verba finxit praelicenter. Nam et *mendicimonium* dicit, et *moechimonium;* et *adulterionem, adulteritatemque* pro *adulterio;* et *depudicavit* pro *stupravit;* et *abluvium* pro *diluvio;* et, quod in mimo ponit, quem *Cophinum* scripsit, *manuatus est* pro *furatus* 1 2

§. 15. *Duo*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *duos.* Guelf. deinceps *exteris* pro *ceteris.* — *Haec*] Reg. om. *haec* et pro *iud.* dat *videri.*

Cap. VII. *Et*] Copula operarum vitio h. l. excidisse videtur in edd. 1651. Gron. et Bip.; hab. edd. vett. Steph. et Guelf.

§. 2. *Adulterionem*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *adulteriorem.* — *Adulteritatemque*] Reg. *et adulteque*; quasi innueret excidisse aliquid adnexum ab eadem origine. *I. G.* Cf. Non. sub v. Adulterio. — *Cophinum*] Cf. Non. sub *Mendicimonium*, ubi *Cropium*, s. *Coprium* legitur. *Cophinus* legitur ap. Non. sub v. Levis. In vet. cod. in marg. cod. Pet. ab aliquo laudato scriptum est *Caprino*, intellecto *proelio.* Edd. ante Iunt. hab. *quem Theophinum inscripsit.* Gryph. retin. etiam *inscripsit*, et in marg. hab. *Theophinum.* Guelf. *thophinum scr.* V. ad 3, 16, 7. — *Fur. est*] Edd. ante Iunt. om. *est.*

3 *est;* et item in *Fullone furem manuarium* appellat:

Manuari, inquit, *pudorem perdidisti;*

4 multaque alia huiuscemodi novat; neque non obsoleta quoque, et maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit: quale est in *Staminariis:*

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium.

5 Et *elutriare lintea*, et *lavandria* dicit, quae ad lavandum sint data, et: *Coicior*, inquit, *in fullonicam.* Et: *Quid properas? [ec]quid*
6 *praecurris Caldonia?* Item in *Restione calabarriunculos* dicit, quos vulgus *calabarriones.*

§. 3. *Manuari*] Cf. Ruddimann. I. p. 55. annot. 58. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 64.

§. 4. *Huiuscemodi*] Edd. vett. *huiusmodi.* Eaedem ante Iunt. cum Guelf. pro *obs.* hab. *absoleta.* — *Catonium*] Iunt. Ald. Gryph. Long. *Catomium.* Gryph. marg. *Catonium.* An fort. legend. *Charonium?* quod video pluribus docte sustinere Loëns. Miscellan. 3, 5. p. 345 sqq. Gruter. Thes. V. 5. Sed v. Cael. Rhodig. LL. Antiqq. 12, 17. qui laudat Cic. ad Div. 7, 25.: vereor ne in Catonium Catoninos scil. deiiciat, praecipitet Caesar. Turneb. Adv. 1, 28. leg. *Catomum*, qua voce vinculum et catenam significari ex Schol. Iuven. testatur.

§. 5. *Elutriare*] I. e. diffundere, de vase in vas fundere. Onomastic. vet.: *Elutrio*, διαχέω. — *Lavandria*] Reg. *lavandaria*; Torn. *labandaria;* edd. vett. *labandria.* — *Coicior*] Edd. vett. *coltior*; Iunt. *colicior;* Ald. Gryph. *collicior.* Gryph. marg. *Coitior.* — *Et:* etc.] Reg. *et, quid prop.? quid pr. C.?* Vulg. *Ecquid prop. ecq. pr.* Iunt. Ald. *Et quid pr. et quid praec.*, ut est etiam in Guelf. *Et* Gellii esse mihi videtur, non Labeonii. Both. p. 218. coni. *praec. in caldoniam*, i. e. caldariam.

§. 6. *In*] Guelf. om. *in.* — *Calabarriunculos*] Edd. vett. et Guelf. *calabirr.* et mox *calabur.* Guelf.

Item in *Compitalibus: Malas malaxavi.* 7
Item in *Cacomnemone:* 8

Hic est, inquit,
Ille gurdus, quem ego me abhinc duos menses ex Africa
Venientem excepisse tibi narravi.

Item in mimo, qui inscribitur *Natal, cippum* 9 dicit et *obbam*, et *camellam*, et *pictacium*, et *capitium.*

Induis, inquit, *capitium tunicae pictacium.*

Praeterea in *Anna Perenna gubernium* pro 10

calabarr. Iunt. *talabarriunc.* et *talabarr.* Ald. *Calabarriunc.* et *Calaburr.* Steph. *calab.* et *talab.* Falst. p. 317. coni. *tabellariunculos* et *tabelliones.*

§. 7. *Malaxavi*] I. e. mollivi, labefactavi pugnis.

§. 8. *Cacomnemone*] Vulg. *Cacomemmone*; edd. vett. ante Iunt. *Cacomemnone;* nostrum dederunt Reg. et Torn.; Guelf. *cacomemone* (cacommemone). — *Abhinc*] Guelf. *ad-hinc*; mox *accepisse.* Both. p. 209. *menses duos.*

§. 9. *Natal, cip.*] Edd. vett. *Nata, L. cip.* Iunt. Ald. *Nacca, L. Cipp.* Guelf. *nata. L. cip.* Torrent. ad Horat. Sat. 1, 6. 124. *Nata s. Natta, Alcippum dicit et Obbam. Natta* Pinariorum cognomen. Both. l. l. *Natalis.* Mox Guelf. *olibam.* Tum edd. vett. *camelliam.* — *Capitium*] Reg. *capitatium.* Vv. *et capit.* -- *capit.* om. Guelf. — *Pictacium*] I. e. pictum, figuris exornatum. *Ois.* Cod. Torn. bis hab. *pittac.* (πιττάκιον) (posteriori l. etiam Iunt. Ald.), praeterea pro *capit. tun.* dat *captinum tun.*

§. 10. *In A. P.*] Cf. Non. sub *Collabella.* Supr. 13, 22. Guelf. *manua ana.* Edd. vett. ante Iunt. et Gryph. marg. *manua pro annua.* Hinc quidam in marg. cod. vet. ap. Ois.: *manua pro annuas*; ut Gell. hoc velit: *manuare* noviter factum pro *annuere.* *Peranna* pro *Perenna* hab. Torn. et edd. vett. inde a Iunt. Deinceps Reg. *guberinum.* Falst. p. 318. coni. *gubernionem pro gub.*, s. *gubernium pro guberna-*

gubernatore, et *planum* pro *sycophanta*, et *nanum* pro *pumilione* dicit; quanquam *planum* pro *sycophanta* M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam *pro Cluentio* 11 dixit. Atque item in mimo, qui *Saturnalia* inscriptus est, *botulum* pro *farcimine* appellat, 12 et *hominem levennam* pro *levi*. Item in *Necromantia cocionem* pervulgate dicit, quem veteres *arulatorem* dixerunt. Verba Laberii haec sunt:

Duas uxores? hoc hercle plus negotii est,
inquit cocio:
Sed aedilis viderit.

tione. — *Planum*] Guelf. *palnum.* — *Pro Cluent.*] Cap. 26.

§. 11. *Botulum*] Edd. ante Iunt. *borulum.* — *Levennam*] Ita Carr. Ant. LL. 1, 6. Guelf. *lauenn.* Long. *levenam.* Olim erat (Edd. ante Iunt.): *leucunam* s. (Iunt. Ald.) *leenam.* Both. l. l. p. 215. coni. *levennem* a *levennis*, ut *biennis*, *perennis* etc. h. e. levium annorum.

§. 12. *Necromantia*] Vulg. *Necyom.* Nostrum dedit Long. cum edd. vett. et Guelf. cf. 20, 6, 8. De *coc.* (ed. Rom. *contionem*, edd. vett. *cotion.* Iunt. Ald. *coction.* Guelf. *cotitionem*, sed postea *cotio*) v. Gron. ad Plaut. Asin. 1, 3. Dein Torn. et Reg. *arillatorem.* Guelf. *aryllat.* Sciopp. *arylatorem.* Lips. et Festus: *Arilator.* ubi Scalig. malebat: *Arrilator.* — *Hoc hercle*] Both. *hercle hoc.* Mox Reg. *esset quid cocios excles viderat;* Both. *sed exlex victitat.* Guelf. edd. vett. cum codd. quibusdam *cocio* s. *cotio sex aediles viderat*; Lips.: *Duas uxores? hoc h. p. n. est, inq. C. sed aediles viderint.* (Excurs. ad Tac. An. 2, 85) I. G. e Reg. legendum putabat: *plus neg. est. Ecquid, cocio? Seniles viderat.* Steph. sic edidit: *hoc h. pl. negotii Est inq. cocio, sed* etc. Otho coni. *hoc h. pl. negotii esset, quam cocio si aediles viderit*, scil. haberet negotii. Duos Laberium intelligere aediles cereales, ut numero respondeant dua-

Sed enim in mimo, quem inscripsit *Alexandream*, eodem quidem modo, quo vulgus, sed probe Latineque usus est Graeco vocabulo; *emplastrum* enim dixit οὐδετέρως, non genere feminino, ut isti novicii semidocti. Verba ex eo mimo apposui: 13 14

Quid est iusiurandum? Emplastrum aeris alieni.

CAPUT VIII.

Quid significet, et quid a nostris appellatum sit, quod ἀξίωμα dialectici dicunt: et quaedam alia, quae prima in disciplina dialectica traduntur.

Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici εἰσαγωγάς; tum quia in primo περὶ ἀξιωμάτων discendum, 1 2

bus uxoribus. Atque eorum aedilium erat, fraudes arulatorum coërcere.

§. 13. *Quem inscripsit*] Edd. vett. *quem scr.*; Iunt. Ald. *in quem scripsit.* — *Emplastrum*] Mssti Gron. omnes bis hab. *implaustrum* s. *implastrum*; Torn. *in plaustrum*; Reg. hic *emplaustrum*, post *inplastrum.* Guelf. *Implastr.* et *in plaustrum.* Linc. *implastrium* et *implaustrum.* *Implastr.* edidit Long. V. Schneid. Lex. Graec. sub ἔμπλαστρον.

Cap. VIII. *Quod* etc.] Edd. vett. h. l. ἀξ., *quod dial.*, sed in ind. capp. nostrum ordinem exhib. Guelf. *quod axioma dial.* Idem mox om. v. *dialectica.*

§. 1. *Imbui*] I. e. tingi. *Falster.* coll. Cic. apud Non. 12, 13. — *Necessus*] Ita Reg. Mem. Pet. Lugd. ut. pro *necessum.* v. I. G. et Donat. ad Terent. Eun. 5, 5, 28. — *Quas* etc.] Guelf. *quos voc. dial. et G. tanquam in pr.* v. mox.

§. 2. *Tum* etc.] Edd. ante Iunt. *tanquam in*

quae M. Varro alias *profata*, alias *proloquia* appellat, commentarium *De Proloquiis* L. Aelii, docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiose quaesivimus: eumque in Pacis biblio-
3 theca repertum legimus. Sed in eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanate scriptum est: fecisseque videtur eum librum Aelius sui magis admonendi, quam aliorum do-
4 cendi gratia. Redimus igitur necessario ad Graecos libros: ex quibus accepimus ἀξίωμα esse his verbis: *Λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον*
5 *ἐφ' ἑαυτῷ*. Hoc ego supersedi vertere, quia novis et inconditis vocibus utendum fuit, quas
6 pati aures per insolentiam vix possent. Sed M. Varro in libro *De linguâ Latina ad Cice-*

pr.; eaedem cum Iunt. om. v. *discend.* Gryph. marg.: Quidam non hab. v. *disc.* Ald.: *tum in pr. π. α. discendum. Axiomata* Falst. interpretatur *propositiones, enuntiationes.* Idem plures laudat, qui de *axiom.* scripserunt. Diogen. L. 2, 120. 4, 33. 7, 190. — *L. Aelii*] Ante Carr. (Antiq. 1, 8.) erat (Guelf.) *Laelii*, et mox *Laelius*. Iunt. *Aeli* et mox *Aelius*. cf. 10, 21. et saep. Idem Carr. mox scribit *L. Aelius*. — *Pacis*] Cf. 5, 21. V. *bibl.* om. Carr. l. l.

§. 3. *Instituendum*] Carr. *institutionem*. — *Aliorum*] Ois. *alios* praeferebat. V. 4, 15, 1. Mercer. ad Tac. An. 3, 25.

§. 4. *Redimus* etc.] Ante Iunt. legebatur: *Redivimus ig. n. ad libr. Graec.* — *Esse*] Edd. vett. *definitum esse*; illud v. delevit Steph. cum Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Linc. De re I. G. confert Menag. ad Diog. Laërt. Zenon. et Bursium Dialect. Cic. 5, 1. 3.

§. 5. *Inconditis*] Reg. *conditis*, i. e. excogitatis, factis. Dein pro *fuit* Guelf. et edd. vett. hab. *sit.* Mox Reg. pro *possent* dat *solent* s. *solerent*; id verb. enim ambigue scriptum.

§. 6. *In libro*] Reg. ignorat vv. *in libro.* — *Lingua Lat.*] Guelf. *Lat. ling.* —

ronem quarto et vicesimo expeditissime ita finit: *Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur.* Erit autem planius, quid istud 7
sit, si exemplum eius dixerimus. Ἀξίωμα igitur, sive id *proloquium* dicere placet, huiuscemodi est: *Hannibal Poenus fuit: Scipio Numantiam delevit: Milo caedis damnatus est: neque bonum est voluptas neque malum:* et omnino quidquid ita dicitur plena atque 8
perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a dialecticis ἀξίωμα appellatum est, a M. Varrone, sicuti dixi, *proloquium;* a M. autem Cicerone *pronuntiatum;* quo ille tamen vocabulo tantisper uti se attestatus est, *quoad melius*, inquit, *invenero.* Sed quod Graeci συνημμένον ἀξίωμα 9
dicunt, [id] alii nostrorum *adiunctum*, alii *connexum* dixerunt. Id *connexum* tale est: *si Plato ambulat, Plato movetur: si dies est, sol super terras est.* Item quod illi συμπε- 10
πλεγμένον, nos vel *coniunctum*, vel *copulatum* dicimus, quod est eiuscemodi: *P. Scipio, Pauli*

Et] Ex edd. vett. accessit *et.*

§. 7. *Huiuscemodi*] Vulg. *huiusmodi*; nostrum dedit Reg.

§. 8. *Plena*] Reg. *plana.* Deinceps edd. vett. et Guelf. *et perf.* — Ἀξίωμα] Guelf. latine *anxioma.* — *Cicerone*] Tusc. Quaestt. 1, 7.

§. 9. *Graeci*] Guelf. om. v. *Graeci.* — *Id*] Pronom. om. Reg. et mox in simili exemplo non legitur. Fort. ex versu proximo intrusum hic est. — *Dixerunt*] Edd. ante Iunt. *dixere.* Guelf. om. hoc v. cum sqq. duobus *id c.* — *Terras*] Eaedem edd. et Guelf. *terram.*

§. 10. *Eiuscemodi*] Cum edd. vett. et Guelf. Steph. *eiusdem modi*; quod correctum video in ed. 1651.

filius, et bis consul fuit, et triumphavit, et censura functus est, et collega in censura
11 *L. Mummii fuit.* In omni autem *coniuncto* si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt, totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia, quae de Scipione illo vera dixi, addidero: *et Hannibalem in Africa superavit*, quod est falsum, universa quoque illa, quae coniuncte dicta sunt, propter hoc unum, quod falsum accesserit, quia simul di-
12 centur, vera non erunt. Est item aliud, quod Graeci διεζευγμένον ἀξίωμα, nos *disiunctum [proloquium]* dicimus. Id huiuscemodi est: *Aut malum est voluptas, aut bonum: aut neque*
13 *bonum, neque malum est.* Omnia autem, quae disiunguntur, pugnantia esse inter sese oportet: eorumque opposita, (quae ἀντικείμενα Graeci dicunt,) ea quoque ipsa inter sese adversa esse: ex omnibus, quae disiunguntur,
14 unum esse verum debet, falsa cetera; quod si

§. 11. *Si*] Guelf. *et si*; mox *addideram.* — *Quia*] Guelf. *quae.*

§. 12. *Disiunctum*] Cf. 2, 7. fin. ubi vocat *disiunctionem.* Sciopp. etiam infr. bis adscripsit *diiun*; et utroque l. *diiunguntur* atque *diiunctum* in codd. legit I. G. atque ita legitur in Iunt. V. *proloq.* est in edd. vett.; om. Guelf. Steph. et edd. recentt. Edd. ante Iunt. hab. ἀξ. *id est nos disi. prol. d.* Mox *est* non exstat in Reg. post *huiuscem.* et post vv. *neque malum*; quo loco omissum probo.

§. 13. *Pugnantia*] Gron. pat. ex Excerpt. Lugd. adscripsit: *propugnantia.* Dein *quae* ante ἀντικ. adiunxi cum Steph. e Reg. et Lugd. mai. Pro ἀντ. edd. vett. hab. ἀντικείμενον. — *Ipsa*] Guelf. om. *ipsa*; mox idem *diiung.*; sed antea et postea hab. *disi.* — *Falsa cetera*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *cetera falsa.*

aut nihil omnium verum, aut omnia plurave, quam unum, vera erunt, aut quae disiuncta sunt, non pugnabunt, aut quae opposita eorum sunt, contraria inter sese non erunt; tunc id disiunctum mendacium est; et appellatur παραδιεζευγμένον. Sicuti hoc est, in quo [, quae] opposita[,] non sunt contraria: *Aut curris, aut ambulas, aut stas.* Nam ipsa quidem inter sese adversa sunt: sed opposita eorum non repugnant; *non ambulare* enim et *non stare*, et *non currere* contraria inter sese non sunt: quoniam contraria ea dicuntur, quae simul vera esse non queunt; possis enim simul eodemque tempore neque ambulare, neque stare, neque currere. Sed hoc iam breve ex 15
dialectica libamentum dedisse nunc satis erit: atque id solum addendum admonendumque 16
est, quod huius disciplinae studium atque cognitio in principiis quidem tetra et aspernabilis insuavisque esse et inutilis videri solet: sed, ubi aliquantum processeris, tum denique et emolumentum eius in animo tuo dilucebit, et sequetur quaedam discendi voluptas insatiabilis; cui sane si modum non feceris, peri- 17

§. 14. *Sese*] Edd. eaedem *se*; vulgat. firmat Guelf. — *Quae*] Pronom. *quae* om. Reg. et Guelf. — *Sese*] Guelf. *se*. — *Repugnant*] Composit. pro simpl. *pugn.* dederunt edd. vett.

§. 15. *Iam*] Vocula *iam* exstat in Guelf. Reg. Lugd. mai. Torn. et edd. vett.; deleverat Steph. propter seq. *nunc*. Restitui; saepe utrumque coniungitur. v. Scheller. sub *iam*. Possit etiam fortasse legi *tam*.

§. 16. *Et inutilis*] Sic Steph. cum Thuan. Lugd. min. Pet. et Linc. quibus accedit Iunt. cum Guelf.; *ac inut.* dant Reg. et Lugd. mai. cf. ad 4, 18, 2. Olim erat *et incivilis*.

culum non mediocre erit, ne, ut pleriqne alii, tu quoque in illis dialecticae gyris atque maeandris, tanquam apud Sirenios scopulos, consenescas.

CAPUT IX.

Quid significet verbum in libris veterum creberrime positum: *susque deque.*

1 *Susque deque fero*, aut *susque deque habeo*, (his enim omnibus modis dicitur;) verbum est ex hominum doctorum sermonibus: in poëmatis quoque et in epistolis veterum scri-
2 ptum [est] plurifariam: sed facilius reperias, qui id verbum ostentent, quam qui intelligant. Ita plerique nostrûm, quae remotiora verba invenimus, dicere ea properamus, non discere.

§. 17. *Si* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro: *nisi mod. fec.*; *non* om. Guelf. cf. Zumpt. Gramm. lat. p. 265. — *Gyris*] Guelf. *giris*. Reg. *ciris*, nec tamen opinor illum (librum) destinare ad *siros* vel subterraneos recessus. *I. G.* Dein Falst. malebat *Sirenaeos* a Gr. σειρηναῖος. Sed v. Ammian. 39, 2. (14). Gr. σειρήνιος.

Cap. IX. *Creberrime*] Guelf. *celeberrime.*

§. 1. *Omnibus*] Scriver. e vet. cod. et Gryph. in marg. *duobus*; *omnis* de *duobus* dici posse ostendunt alia exempla. v. Ruddimann. II. p. 89. not. 33. I. G.: Prout hodieque exstant loca Plauti ex Amphitr. et Ciceronis ad Attic., illius quidem addentis v. *habituram*, huius plane omittentis, quomodo forsan et Gellius potuit scripsisse omisso verbo, sed quod intercidit; aut addidisse verb. *esse*, quod et ipsum periit: unde illud *omnibus modis* non potuit multis placere. — *Poëmatis*] Guelf. *poëmatibus.* V. 1, 2, 6. — *Est*] Edd. vett. praeter Iunt. om. *est*; et sane abesse possit; hinc uncis seclusi.

Significat autem *susque deque ferre*, animo aequo esse, et quod accidit non magni pendere, atque interdum negligere et contemnere: et propemodum id valet, quod dicitur Graece ἀδιαφορεῖν. Laberius in *Compitalibus:*

Nunc tu lentus es: nunc tu susque deque fers.
Mater familias tua in lecto adverso sedet.
Servos sextantis verbis nefariis utitur.

M. Varro in *Sisenna, vel de historia: Quod si non horum omnium similia essent prin-*

§. 3. *Animo aeq.*] *Aeq. animo* edd. vett. Vulgat. ordinem firmat Guelf. — *Graece*] Edd. vett. om. *Graece*; hab. Guelf.

§. 4. *Nunc* etc.] Both. l. l. p. 210. *Nunc tu lentescis*; *nunc* etc. Lips. Elect. 1, 17. *lentus es tu.* — *Mater* etc.] Reg. *Sanatur f. t.*; unde I. G. *Caia cur f. -- sedet?* Neque esse nobis ignotum de Caia saepius illustrata, quod illis temporibus, quum concinnarentur vulgares Gellii codd., fuerit paulo magis absconditum. De *lecto adverso* laudat Scaliger. ad Fest. v. *Putus.* Ceterum edd. vett. et Guelf. hab. *adverso: sed et Servos* etc. sensu profecto non inepto. Bonon. et Iunt.: *adverso: sedet Servos* etc. Nostrum dedit Ald., quae deinceps omisso v. *Servos* hab.: *sext. verb. nefariis. Utitur M. Varro* etc. — *Servos*] I. e. servus. Cf. Schneid. Gramm. Lat. 2, 1. p. 58. Servus sextantis, i. e. servus nequissimus, nihili, coram uxore verbis nefariis, obscoenis utitur; ut plurimi intpp. explicant. Scalig. legebat: *Servis sex tantis* (ut Steph. hab.), *vernulis nefariis;* Scriver. *Servus sex ante vernulas nefarios Fututor* — — —. Al. *Servus exhaustis nervis nefarius utitur.* Sciopp. adscripsit: forte: *verpis nef.* Lips. *servos sexcentis.* Both. *Servos sext. utit. nef. Verbis.*

§. 5. *In*] Sciopp. om. *in.* — *Omnium*] Carr. (Antiqq. 2, 15.) ex Busl. *omnino;* et ex eodem lib. restituit vv. *ac postpr.*, confirmantibus pluribus aliis libris Gron. et Guelf.; vulg. deerant. cf. c. 18, 6.

cipia, ac postprincipia, susque deque esset.
6 Lucilius in tertio:

Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt:
Susque et deque fuere, inquam, omnia ludus iocusque:
Illud opus durum, ut Setinum accessimus finem:
Αἰγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

CAPUT X.

Quid sint *proletarii*, quid *capitecensi*, quid item sit in duodecim tabulis *assiduus*, et quae eius vocabuli ratio sit.

1 Otium erat quodam die Romae in foro a negotiis, et laeta quaedam celebritas feriarum,

§. 6. *Haec* etc.] Al. *hic lud. ubi.* Long. cum edd. inde a Bon. *hic lud.*, *ibi* etc. Brix. *haec ludis ibi* etc. Mox edd. ante Iunt. *fuere.* — *Susque* etc.] Douza ad Lucil. fragmm. *susque haec deque f.* — *Finem*] Ois. coni. *fines.* — *Αἰγίλιποι*] Thuan. αιΓιαιΒοι, Mem. Αιπιλιπον, Lugd. min. Αιπιλιποι, mai. αιπιαποι, Linc. *αἰπιλιποῦ*, Guelf. *αιπιλιποὺ ait montes*, reliquis omissis. Steph. *Αἰγιλόποι.* Sciopp. vet. cod. *αιπύλιπον.* Salm. V. C. hab. *Gr.* quod indicat Graecum v. desiderari. Nostram lectionem restituit Canter. VV. LL. 2, 8. Long. *Αἰγίλοιποι.* Edd. vett. *ἐπὶ τὸ λοιπὸν Ut aiunt montes Aetnae omnes asperi* (edd. ante Iunt. *aspri*) *Ath.* Sciopp. *omnes* abesse annotavit; et alii libb. om., sed aliud hab.; ut Lugd. min.: *Αἰπ. ait montes aetenea periathones.* Torn. hab. etiam: *αἰπίλιποι ait montes* etc. Scriver. coni. *Cyclopum montes. Oetae* fort. pro *Aetnae* scribend. esse suspicatus est I. G., ut in Graecis maneat. De forma nominis *Athones* cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 77. not.

legebaturque in consessu forte complurium Ennii liber ex *Annalibus* III. In eo libro versus hi fuere:

Proletarius publicitus scutisque, feroque
Ornatur ferro: muros, urbemque, forumque
Excubiis curant.

Tum ibi quaeri coeptum est, quid esset *proletarius*. Atque ego, aspiciens quempiam in eo circulo, ius civile callentem, familiarem meum, rogabam, ut id verbum nobis enarraret. Et, cum ille se iuris, non rei grammaticae, peritum esse respondisset: Eo maxime, inquam, te dicere hoc oportet, quando, ut praedicas, iuris peritus es. Namque Ennius verbum hoc

CAP. X. §. 1. *Annalibus III.*] Edd. vett. *Annalib. tertius;* Steph. cum codd. Gron. Guelf. et Non. sub v. *Proletar.* om. numerum, quem propter seq. *in* excidisse putabat I. G. Restitui. Deinceps Guelf. et edd. ante Iunt. dant: *in eodem l.;* tum edd. vett. *fuere* pro *fuerunt.* — *Publicitus* etc.] Reg. aliique codd. *publ. iam si uti isque feroque*; alii: *iam sicuti isque*, aut sine vocula *iam* (ut etiam Torn. et Guelf.), aut *sicutusque* aut *sicutris.* Edd. ante Iunt. *excubiis.* I. G. *lanceisque,* aut *siculisque.* Dein edd. vett. *ferroque Ornatur. Ferro* etc. Non.: *Proletarii, ut publicitus scutaque, ferrique ornatus.* — *Curant*] Gryph. 1542. 1591. *curat*; I. G.: nisi fuerit *curans.*

§. 2. *Quaeri* etc.] Reg. *quaesitum est.* Guelf. *q. c. esse.*

§. 3. *Nobis*] Edd. ante Iunt. et Guelf. om. *nobis.* Dein Iunt. hab. *enarret.*

§. 4. *Iuris* etc.] Ita edd. vett. et Guelf.; Iunt. et Ald. *es iuris perit.* Edd. recentt. inde a Steph. *peritus iur. es*; quem vv. ordinem propterea fortasse haud improbaveris, quod v. *peritus* εἰρωνικῶς primo loco pronunciaverit Gellius. Sed auctoritatem edd. vett. et Guelf. secutus nostrum ordinem vv. praeferre malui; qui etiam probus est.

§. 5. *Namque Enn.*] Ita edd. vett. et Guelf. pro

ex duodecim tabulis vestris accepit, in quibus, si recte commemini, ita scriptum est: ASSIDUO. VINDEX. ASSIDUUS. ESTO. PROLETARIO. CIVI. QUOI. QUIS. VOLET. VINDEX. 6 ESTO. Petimus igitur, ne annalem nunc Q. Ennii, sed duodecim tabulas legi arbitrere; et quid sit in ea lege *proletarius*, si vis, inter- 7 pretere. Ego vero, inquit [ille], dicere atque interpretari hoc deberem, si ius Faunorum et 8 Aboriginum didicissem. Sed enim cum *proletarii*, et *assidui*, et *sanates*, et *vades*, et *subvades*, et *viginti quinque asses*, et *taliones*, *furtorumque quaestiones cum lance et licio* evanuerint, omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum, lege Aebutia lata, consopita

Nam Q. Enn. Antea etiam *Q.* non addidit Gell., quamquam postea addidit. — *CIVI.* etc.] Reg. *assiduus est prol. iam civi cui quivis volet.* Lugd. mai. *assiduus est oleatorio iam civi cui quis volet.* Sciopp. adscripsit: *cui quivis*; reliqui codd. Gron. *cui quis*; Chifl. *cuius quis.* Marcil. edidit: *cui cui volet* i. e. quiqui, s. quicunque. Edd. vett. *prolet. civi, quivis volet, v. esto.* Turneb. Adv. 28, 15. *civi, cuivis v. Quoiquis* pro *quisquis* s. *quivis* dictum est. v. Oia. Salmas. de Foenere Trapezit. malebat: *Proletario civi, qui solvet, vind. esto.* V. Gothofr. ad Legg. XII. Tabb. V. *civi* ex codd. fere omnibus restitui. Vulgat. servat Torn. Vv. *assiduus--vindex* om. Guelf.

§. 6. *Nunc*] Iunt. Ald. *hunc.* Mox Steph. *arbitrare*, semicolo post *igitur* posito. Dein *interpretare.* Tum Guelf. pro *si vis* hab. *cuus.*

§. 7. *Ille*] Pronom. *ille* om. edd. vett. et Guelf.

§. 8. *Cum*] Reg. Pet. et Sciopp. *quam.* Guelf. *que* (quae). An *quia?* — *Sanates*] Cf. Ruddimann. I. p. 121. — *Viginti quinque*] Guelf. *XXXV.* — *Quaestiones*] Vulg. *quaestio.* Nostrum restitui cum Long. ex edd. vett. et Guelf.

sit: studium scientiamque ego praestare debeo iuris et legum, vocumque earum, quibus utimur. Tum forte quadam Iulium Paulum, 9
poëtam memoriae nostrae doctissimum, praetereuntem conspeximus. Is a nobis salutatus, 10
rogatusque, uti de sententia, deque ratione istius vocabuli nos doceret: Qui in plebe, inquit, Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, *proletarii* appellati sunt; qui vero nullo, aut perquam parvo aere censebantur, *capitecensi* vocabantur; extremus autem census capitecensorum aeris fuit trecenti septuaginta quinque. Sed quoniam res 11
pecuniaque familiaris obsidis vicem pignorisque esse apud rempublicam videbatur, amorisque in patriam fides quaedam in ea, firmamentumque erat; neque proletarii, neque capitecensi milites, nisi in tumultu maximo, scribebantur; quia familia pecuniaque his, aut

§. 9. *Quadam*] Guelf. *quedam* (i. e. quaedam). An *quendam*? idem cod. om. nomen *Paul.*

§. 10. *Qui* etc.] Non. l. l.: Qui in plebe tenuissima erant, et non amplius quam mille et quingentos aeris in cens. defer. — *Proletarii*] Cf. Cic. de Rep. 2, 22. — *Trecenti* etc.] Steph. CCCLXXX., invitis libb.; *trecentis* malebat Salmas. in marg. ed. Steph.; et Sciopp. inter C et L superposuit *tia.* Torn. etiam et Guelf. *trecentis s. quinque* exhib.

§. 11. *Sed*] Guelf. *et.* — *Pecuniaque* etc.] Ois. cum Salmas. apud Scriver. *pecunia atque familia*; coll. 18, 1, 5. Dein pro *vicem* edd. vett. et Guelf. hab. *vice.* v. 2, 6, 9. — *Tumultu*] Guelf. *tumulto.* V. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 471. — *Quia* etc.] Guelf. *quia f. quae bis aut t.* sine v. *pecunia.* Edd. vett. *quia f. quaevis: aut ten. aut nulla iis erat.* Iunt. *quia f. quae his, aut ten. aut nulla is esset.* Ald. *quia f. his aut ten. aut nulla esset.*

12 tenuis, aut nulla esset. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto, et re, et nomine,
18 quam capitecensorum fuit: nam et asperis reipublicae temporibus, cum iuventutis inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur, armaque iis sumtu publico praebebantur: et non capitis censione, sed prosperiore vocabulo a munere officioque prolis edendae appellati sunt: quod, cum re familiari parva minus possent rempublicam iuvare, subolis tamen
14 gignendae copia civitatem frequentarent. Capitecensos autem primus C. Marius, ut quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis reipublicae temporibus, vel potius, ut Sallustius ait, bello Iugurthino, milites scripsisse traditur; cum id
15 factum ante in nulla memoria exstaret. ASSIDUUS in duodecim tabulis [et] pro locuplete et facile munus faciente dictus, aut ab assibus, id est, aere dando, cum id tempora reipublicae postularent; aut a muneris pro familiari copia
16 faciendi assiduitate. Verba autem Sallustii in

§. 13. *Familiari*] Ois. *familiaque.*

§. 15. *ASSIDUUS*] Fest. *adsiduus* scribit; improbabat Charis. 1. Ita tamen legitur ap. Cicer. de Rep. 2, 22. p. 174. ed. Tubing. cf. Cic. Topic. c. 22. Dein vulg. (Steph.) legebatur: *aut pro locupl.*, particula *aut* ante v. *ab assib.* omissa. Cum Guelf. et edd. vett. Long. adiunxit *et*, quod om. Iunt. Ald. Seclusi. V. *munus* cum Long. restitui ex edd. vett.; omiserat Steph. qui deinceps etiam dederat *facienti.* Guelf. tamen *facile facienti* hab. — *Aut ab* etc.] Guelf. *autem ab assiduis i. e.*; mox om. *id.* Reg. hab. vel: *dictus ab assiduis ab ere d.* (quae recepit Long.); vel (secundum Lambec.): *dictus assiduus quasi ab aere.* Salm. adscripsit: *dict. aut ab assib.*, ut e Reg. enotavit frater I. G. cf. Salm. de Mod. Usur. p. 236.

Historia Iugurthina de C. Mario consule, et de capitecensis haec sunt: *Ipse interea milites scribere, non more maiorum, nec ex classibus, sed ut lubido cuiusque erat, capitecensos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat: et homini potentiam quaerenti egentissimus quisque oportunissimus.*

CAPUT XI.

Historia, ex Herodoti libris sumta, de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

Gens in Italia Marsorum orta fertur esse 1
a Circes filio Marso: propterea Marsis homi- 2
nibus, quorum dumtaxat familiae cum externis cognationibus nondum etiam permixtae corruptaeque sunt, vi quadam genitali datum [est], ut et serpentium virulentorum domitores sint,

§. 16. *Iugurthina*] Cap. 86, 2. — *Celebratus*] Ed. Gryph. 1539. et Steph. *celebratusque*; contra codd. Gron. et Guelf.; *celebratus auctus* omisso *que* hab. Iunt. Codd. nonnulli Sall. *actus*; inde Falst. coni. *altusque*; sed nihil mutandum ipse censebat. — *Quisque*] Guelf. *qbzque* (*quibusque*).

Cap. XI. *Qui* etc.] Guelf. *qui ĩ* (in) *esse in syrt.*

§. 1. *Fertur esse*] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. *esse fertur*. Deinceps cum edd. vett., praeeunte Long., scripsi *a C. fil. M.* in locum vulg. *a Circae* (Guelf. *circe*) *filio;* omisso nomine *Marso.*

§. 2. *Est*] V. *est* om. Reg. Lugd. mai. aliique codd. et Iunt. Ald. Gryph. uterque; hab. cum Linc. Guelf. aliisque et edd. vett. Steph. Sequens *et* post *ut* adiunxi e Reg. et Lugd. mai. De Marsis cf. Reines. VV. LL. 1, 8. et quos laudavit Ois. —

et incentionibus, herbarumque succis faciant
3 medelarum miracula. Hac eadem vi praeditos
esse quosdam videmus, qui *Psylli* vocantur:
quorum nomine super et genere cum in ve-
teribus literis quaesissem, in quarto denique
Herodoti libro fabulam hanc de Psyllis inve-
4 nimus. Psyllos quondam fuisse in terra Africa
conterminos Nasamonibus: Austrumque in fini-
bus eorum quodam in tempore perquam vali-
5 dum ac diutinum flavisse: eo flatu aquam
omnem in locis, in quibus colebant, exaruisse:
6 Psyllos re aquaria defectos, eam iniuriam gra-
viter Austro succensuisse, decretumque fecisse,
uti armis sumtis ad Austrum, proinde quasi
ad hostem, iure belli, res [re]petitum profi-
7 ciscerentur: atque ita profectis ventum Au-
strum magno spiritus agmine venisse obviam;
eosque universos, cum omnibus copiis armis-
que, cumulis montibusque harenarum super-

Incentionibus] Edd. ante Iunt. et Gryph. *incantationibus*. Idem hab. Guelf. omissa copula *et*, quae praecedit. Gryph. marg. *incent.*

§. 3. *Psylli*] V. 5, 12. — *Quorum* etc.] Hunc ordinem restitui ex edd. vett. inde a Iunt. pro vulg. *quor. super nom.* etc. cf. Ruddimann. II. p. 335. Alium etiam ordinem, neque illum quidem spernendum, et vulgato certe praeferendum exhib. Guelf. et edd. ante Iunt.: *super nom. quorum et g.* Dein Guelf. om. *in.* — *Herodoti*] Reg. *Herodicus.* V. Herod. 4, 173. — *Hanc* etc.] Rursus ordinem vulgat. *fab. de Ps. hanc inv.* cum edd. vett. et Guelf. mutandum esse censui.

§. 6. *Defectos*] Ed. Rom. *defectus.* Deincepe Iunt. *etiam* pro *eam.* — *Repetitum*] Simplex v. hab. omnes codd. Gron. Guelf. et Sciopp.

§. 7. *Eosque*] Guelf. et edd. ante Iunt. et Gryph. *eoque.* Gryph. marg. *eosque.* Mox Gryph. marg. *tumulis* pro *cumulis.* Post vulg. legebatur *supervectis*;

iectis, operuisse: eo facto Psyllos ad unum omnis interisse: itaque eorum fines a Nasamonibus occupatos. 8

CAPUT XII.

De iis vocabulis, quae Cloatius Verus aut satis commode, aut nimis absurde et illepide ad origines linguae Graecae redigit.

Cloatius Verus in libris, quos inscripsit *Verborum a Graecis tractorum*, non pauca hercle dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quaedam futilia et frivola. 1

Errare, inquit, *dictum est, ἀπὸ τοῦ ἔῤῥειν*, versumque infert Homeri, in quo id verbum est: 2

Ἔῤῥ' ἐκ νήσου θάσσον ἐλέγχιστε ζωόντων.

Item *alucinari* factum scripsit ex eo, quod dicitur Graece *ἀλύειν*, unde *elucum* quoque esse 3

nostrum dederunt edd. vett.; Iunt. *superactis*. Vulgat. tamen etiam hab. Guelf.

§. 8. *Eo facto*] Reg. *et f.*; dein pronom. *eorum* om.

Cap. XII. *Redigit*] Edd. ante Iunt. *redegit*, quod restituit Ald. Gryph.; atque id ipsum video in ind. capp. edd. Gron. et Bip.; Iunt. tamen sequi malui et Steph. et Guelf.

§. 1. *In* etc.] Macr. Sat. 2, 14. p. 400. *Zeun. in libro a Graecis tractorum. — Non t.*] Guelf. om. *non*.

§. 2. *Ἐῤῥειν*] Edd. vett. et Steph. *ἐῤῥεῖν*. — *Est*] Guelf. om. v. *est*. Ante Steph. erat: *est: ἔῤῥε κακὴ γλήνη* (i. e. pereas mala pupilla oculi) *et illud ἔῤῥ' ἐκ v.*; ista eiecit Steph. V. Hom. Od. 10, 72. De v. *aluc.* v. 4, 20, 8.

§. 3. *Unde* etc.] Edd. vett. et Guelf. *unde lucum* (Iunt. *locum*) *q. e. d. p., g lit. in* c *conversa*;

dictum putat, *a* litera in *e* conversa, tarditatem quandam animi et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit. Item *fascinum* appellat, quasi *βάσκανον*, et *fascinare* esse quasi *βασκαίνειν*. Commode haec sane omnia, et conducenter. Sed in libro quarto: *Faenerator*, inquit, *appellatus est, quasi φαινεράτωρ, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis, et commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus:* idque dixisse ait Hypsicratem quempiam grammaticum; cuius libri sane nobiles sunt super iis, quae a Graecis accepta sunt. Sive hoc autem ipse Cloatius, sive nescio quis alius nebulo effutivit, nihil potest dici insulsius. *Faenerator enim*, sicuti M. Varro in libro tertio *De Sermone Latino* scripsit, *a faenore est nominatus;*

unde tantum *conversa* pro vulg. *versa* reponendum esse arbitrabar. *Elucum* et *a lit. in e conv.* restituendum esse vidit iam Cael. Rhodig. Antiqq. LL. 11, 4.

§. 4. *Βάσκανον*] Guelf. Latine *bascanum*. Idem statim om. v. *esse*. — *Βασκαίνειν*] Mss. Gron. *bascinare*. Guelf. *fascinare*.

§. 5. *Conducenter*] Iunt. Ald. *condecenter*; nostrum hab. edd. vett. Steph. Reg. Lugd. ut. Memm. Pet. Guelf. *conducentur*. — *Φαινεράτωρ*] Edd. vett. *φαινεράων*, Iunt. *φαινεράτων*, Ald. Gryph. *φανερότερον*. — *Ostentent*] Gryph. 1542. in marg. *ostendant*.

§. 6. *Hypsicratem*] Iunt. Ald. *Hypsicraten*. Reg. *Hypsicreantem*. v. Scalig. ad Fest. sub v. *aurum*. — *Quis*] Reg. et Ald. dederunt *quis* pro (Guelf.) *qui*. Dein *nihil* pro *nil* est e Guelf. Reg. et edd. ante Iunt.

§. 7. *Sicuti*] Hoc pro *uti* recepi e Guelf. Reg. Lugd. mai. Pet. et Torn. *sicut* exhib. edd. vett.; *uti* cum Lugd. min. edidit Steph. Mox *ait* (pro quo

faenus autem dictum ait *a fetu, et quasi a fetura quadam pecuniae parientis, atque increscentis.* Et idcirco et M. Catonem et ceteros aetatis eius *feneratorem*, sine *a* litera pronuntiasse tradit, sicuti *fetus* ipse et *fecunditas* appellata. 8

CAPUT XIII.

Quid sit *municipium*, et quid a *colonia* differat, et quid sint *municipes;* quaeque sit eius vocabuli ratio ac proprietas: atque inibi, quod divus Hadrianus in senatu de iure atque vocabulo *municipum* verba fecit.

Municipes et *municipia* verba sunt dictu facilia et usu obvia; et neutiquam reperias, qui haec dicat, quin scire se plane putet, quid dicat: sed profecto aliud est, atque aliter dicitur: quotus enim fere nostrûm est, qui, cum ex colonia populi Romani sit, non et se *municipem* esse, et populares suos *municipes* 1 2

Guelf. hab. *est.*) accessit e Reg. et Torn. — *A fetura*] Steph. om. *a.*

§. 8. *Et Idc.*] *Et* accessit ex edd. vett.; Guelf. *Idcirco M.* omissa utraque copula. — *Feneratorem*] Cf. Schneid. Gramm. Lat. 1, 1. p. 79. not. Guelf. pro *eius* hab. *suae.*

Cap. XIII. *Ac*] Guelf. *atque.*

§. 1. *Municipes*] Guelf. *Municeps.* — *Dicat*] Coniunct. pro indic. *dicit* est ex edd. vett. De re cf. Conrad. Exc. ad Gell. V. 2. p. 532. — *Atque* etc.] Ita Reg. Lugd. mai. Torn. et edd. vett. Vulg. *aliud dic.*, sine v. *atque.* Guelf. *prof. aliud dic.*, reliquis omissis.

§. 2. *Populi Romani*] Steph. ediderat: *ex populo Romano*; contra codd. Gron. Guelf. et edd. vett.

sibi esse dicat? Quod est a ratione et a veri-
3 tate longe aversum. Sic adeo et *municipia* quid, et quo iure sint, quantumque a *colonia* differant, ignoramus: existimamusque meliore
4 conditione esse *colonias*, quam *municipia*. De cuius opinionis tam promiscae erroribus Divus Hadrianus, in oratione, quam *De Italicensibus*, unde ipse ortus fuit, in senatu habuit, peritissime disseruit: mirarique se ostendit, quod et ipsi Italicenses, et quaedam item alia municipia antiqua, in quibus Uticenses nominat, cum suis moribus legibusque uti possent,
5 in ius coloniarum mutari gestiverint. Praenestinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur: idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse: quod in eorum finibus, sub ipso oppido, ex capitali
6 morbo revaluisset. *Municipes* ergo sunt cives Romani ex municipiis, legibus suis et suo iure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, a quo *munere capessen-*

Mox *sibi* adiunxi e cod. Torn. — *Aversum*] Guelf. *adversum*.

§. 4. *Promiscae*] Edd. vett. *promixtae*. Ald. *promistae*. Nostrum hab. Guelf. — *Italicensibus*] Italica urbs Hispaniae fuit. cf. Spartian. vit. Hadriani. — *Mutari*] Ita cum Guelf. Torn. et edd. vett. scripsit Long. pro vulg. inde a Steph. *mutare*.

§. 5. *Maximo opere*] Edd. ante Venet. 1509. *maximopere*. Dein *uti* dant edd. ante Iunt. — *Referenda*] Reg. et Lugd. ut. *ferenda*. V. ad 4, 18, 12.

§. 6. *Legibus* etc.] Edd. vett. *suo iure et legib. suis uti*. Vulgatum ordinem firmat Guelf. — *Honorarii*] Ut scil. honoris causa in civitatem Romanam acciperentur, et in legione tanquam cives Romani militarent. v. Ois. Dein Guelf. *cāpescendo* (compesc.)

do appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi Romani lege astricti, nisi, inquam, populus eorum fundus factus est. Primos autem municipes sine suffragii iure 7
Caerites esse factos accepimus: concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc *tabulae Caerites* appellatae, versa vice, in quas censores referri iubebant, quos notae causa suffragiis privabant. Sed 8
Coloniarum alia necessitudo est; non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur; sed ex civitate quasi propagatae sunt, et iura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii habent. Quae tamen 9
conditio, cum sit magis obnoxia et minus libera, potior tamen et praestabilior existima-

— *Aliis nec.*] Reg. *ab his nec.* — *Nisi*, etc.] Edd. vett. *nunquam -- f. esset.* Ald. *cum nunq. -- f. esset. cum nunq.* apposuit etiam Sciopp. Codd. Gron. *ni inquam* vel (Guelf.) *nunquam;* Steph. *ni, inquam, -- f. est.* Reg. et Lugd. mai. *nisi inquam.* Long. hanc lectionem recepit et pro *est* scripsit *esset.* Equidem maluerim, codd. et edd. vett. vestigia secutus: *ni unquam -- esset.* Everard. Otto de Aedilib. Coloniar. p. 3. et Otho ad h. l. legunt: *nisi in quam pop. -- est*, i. e. nisi ea lege, quam ut acciperent, populus sibi suus factus est auctor. *Inquam* ineptum est, cum in prioribus idem nondum dixit. Cum populus quidam se dedidisset populo Rom., eius populi ager fiebat populi Rom., et populi Rom. is fundus fiebat, i. e. autor seu βεβαιωτὴς, deditionem ratam ac perpetuam fore. v. Fest. sub v. fundus. I. G. Addend. p. 903. cf. Turn. Adv. 4, 12. Rigalt. Obss. de Populis fundis in Vales. Emendatt. p. 197. ed. Burm.

§. 7. *Esse fact.*] Guelf. *fact. esse.* — *Caerites*] Idem *Ceritesque;* mox *referre videbant.*

tur, propter amplitudinem maiestatemque populi Romani, cuius istae coloniae quasi effigies parvae simulacraque esse quaedam videntur: et simul quia obscura obliterataque sunt municipiorum iura, quibus uti iam per innotitiam non queunt.

CAPUT XIV.

Quod M. Cato differre dixit *properare* et *festinare*, et quam incommode Verrius Flaccus ἔτυμον verbi, quod est *festinat*, interpretatus sit.

1 *Festinare* et *properare* idem significare,
2 atque in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat: eaque hoc modo divisa. Verba sunt ipsius ex oratione, quam *De suis virtutibus* habuit: *Aliud est prope-*

§. 9. *Parvae*] Sciopp. *pasuae*. Guelf. et edd. ante Iunt. *parva*. — *Uti*] Reg. om. *uti*. — *Innotitiam*] Steph. cum edd. vett. inde a Iunt. *ignorantiam*; nostrum est in Reg. et edd. ante Iunt. *ignotitiam* hab. Mem. Chifl. Pet. et Lugd. min.; ut legitur quoque ap. Vitruv. 3. praef. *Falst.* v. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 489. et ita legi iam volebant Gifan. Obss. L. L. Pareus Lex. crit. et Sciopp. quos laudavit I. G. Guelf. hab. *notitiam*.

Cap. XIV. *Properare* etc.] Hic vv. ordo est in codd. Gron. Guelf. edd. vett. et ap. Steph. p. 579., qui h. l. dedit: *fest. et prop.* Deinde vulg. legebatur *vim verbi*; Reg. om. *vim*, et tamen retinet *verbi*. Guelf. et edd. vett., omisso v. *vim*., hab.: *verbum quod est*. Lugd. mai.: *verbi quod est festinate* TOIMON *interp.*; unde I. G. excidisse putabat aliquid Graecum, quod appareat fuisse Ἕτοιμον, ut scripserint pro ἔτυμον; hoc recepi, deleta v. *vim*. Long., nescio unde, edidit: *verbi, quod est F.*, ἔτυμον (i. e. veram) *vocabuli originem int. sit.*

rare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Verrius 3
Flaccus rationem dicere volens differentiae huius: *Festinat*, inquit, *a fando dicitur: quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operae habent:* sed id nimis coactum atque absurdum videtur. Neque tanti momenti esse potest prima in 4
utroque verbo litera, ut propter eam unam tam diversa verba *festinare* et *fari*, eadem videri debeant. Commodius autem propius- 5
que visum est, *festinare* esse quasi *fessum esse;* nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, sed festinat.

§. 2. *Habuit*] Non. sub v. *festinare: scripsit.* Serv. ad Virg. G. 1, 261.: Cato properare dicit eos, qui prima quaeque ordine suo maturare transigunt, festinare autem illos, qui multa incipiunt, eaque adnectendo nec terminando praepediant. — *Simul inc.*] Reg. et Lugd. mai. *sibi inc.*

§. 3. *Dicere vol.*] Guelf. *vol. dicere*; mox: *eius huius* pro: *huius.* — *Ignaviores*] Lips. Elect. 2, 3.: *ignaviones*, a v. *ignavire.* Heumann. Poecil. T. 2. p. 27. coni. *gnaviores.* — *Operae*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *operis.* *Operis et factis* dixit Plaut. Capt. 2, 3, 69.

§. 5. *Esse*] Edd. vett. et Guelf. om. v. *esse.* — *Is* etc.] Guelf. *is nam prop.*

CAPUT XV.

Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit, et quid Theopompus de leporibus.

1 Theophrastus, philosophorum peritissimus, omnes in Paphlagonia perdices bina corda habere dicit; Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora.

CAPUT XVI.

Agrippas a partus aegri et improsperi vitio appellatos; deque iis deabus, quae vocantur *Prosa* et *Postverta.*

1 Quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exstiterant, (qui partus difficillimus aegerrimusque habetur;) *Agrippae* appellati, vocabulo ab aegritudine et pedibus conficto.
2 Esse autem pueros in utero Varro dicit capite

Cap. XV. *Quid*] Ed. a. 1644.: *Quod — reliquit*; restituit nostrum I. G. De re cf. Athenaei 9, 10. Aelian. De Nat. An. 10, 35. 11, cap. ult. et 5, 27. Plin. H. N. 11, 36. 70. p. 291. Bip. Bochart. Hieroz. 3, 32. V. 2. p. 404 sq. ed. Rosenm.

§. 1. *Dicit*] Guelf. om. hoc v.

Cap. XVI. §. 1. *Exstiterant*] Triller. apud Falster. malebat: *exierant;* coll. Graec. ἐξέρχεσθαι, ap. Hippocr. — *Aegerrimusque*] Scriver. *acerrimusque.* Guelf. *egerimus* sine *que.* — *Et* etc.] Salmas. ad Solin. malebat: *ab aegr. partus c.* cf. Plin. 7, 86. p. 15. V. quae opposuit I. G. Triller. *ex pedib.* Non. sub v. Agrippae: Qui cum labore matris eduntur, hoc est, per pedes contra naturam, non per caput, quasi ab aegro partu. Edd. vett.: *et pedibus. Confixos esse aut.* etc. Guelf. *et pedibus confixos esse aut. puer. non in ut.*

infimo nixos, sursum pedibus elatis; non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pe- 3
des cruraque arboris appellat ramos; caput, stirpem atque caudicem: *Quando igitur*, in- 4
quit, *contra naturam forte conversi in pedes; brachiis plerumque diductis retineri solent: aegriusque tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus Carmentibus: quarum altera Postverta cognominata est, Prosa altera: a recti perversique partus et potestate et nomine.*

CAPUT XVII.

Quae ratio vocabuli sit *agri Vaticani.*

Et agrum Vaticanum, et eiusdem agri 1
deum praesidem, appellatum acceperamus a vaticiniis, quae vi atque instinctu eius dei in

§. 2. *Capite*] Edd. ante Iunt. *a capite.* Scriver. *capite iusum nixos.*

§. 4. *In*] Praeposit. Sciopp. notavit delendam. — *Aegriusque*] Guelf. *egregiusque.* — *Altera*] Guelf. om. *altera*, Steph. hab. *una*, contra libb. Deinceps Sciopp. *Posuesta.* Sequens *cognom.* pro *nomin.* dedi e Reg. Mox al. hab. *Prorsa.* v. Voss. Etymol. et Pigium in scripto *Themis dea;* quem laudat I. G. *Prorsa* scribendum esse censuit etiam Muret. Schol. in Terent. V. 2. p. 656. ed. Ruhnken. *Prorsam* etiam *orationem* non *prosam* dicendam esse, quod essent in ea voces *recto* fere ordine, et, ut naturae ferret impetus, collocatae; contraque *versum* dixisse, in quo esset orationis genus *versum* atque mutatum. cf. Ovid. Fast. 1, 631 sqq. V. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 471.

Cap. XVII. §. 1. *Deum*] Ed. Rom. *dominum.* Guelf. *dm.* — *Atque inst.*] Guelf. *ac instructu.*

2 eo agro fieri solita essent. Sed praeter hanc causam M. Varro in libris *Divinarum* aliam esse tradit istius nominis rationem: *Nam sicut Aius*, inquit, *deus appellatus, araque ei statuta est, quae est infima Nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia; quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllaba est: idcircoque vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis.*

CAPUT XVIII.

Lepidą quaedam memoratu et cognitu de parte Geometriae, quae ὀπτικὴ appellatur, et item alia, quae κανονικὴ, et tertia itidem, quae dicitur μετρική.

1 Pars quaedam Geometriae Ὀπτικὴ appellatur, quae ad oculos pertinet: pars altera, quae ad auris, Κανονικὴ vocatur, qua musici, ut

§. 2. *Aius*] Edd. ante Bonon. *Arius*. Guelf. *avus*. Nostrum restituit iam Beroald. Gruter. Thes. Crit. 1. p. 226. V. Liv. 5, 50. 52. Cic. de Div. 2, 32. Augustin. de Civ. D. 4, 8. 11. — *Eo in loco*] Ita edd. vett. pro *in eo loco*. — *Vaticanus*] Fuit qui mallet *Vagitanus*. Frustra. v. Falster. infr. 19, 7. — *Nominatus*] Guelf. *nominatur*. — *Sonum*] Reg. *sono*. An voluit *sonos*? *I. G.*

Cap. XVIII. *Cognitu*] Guelf. *cognitu digna*. — *Quae καν.*] Guelf. om. *quae*. Edd. vett. (Steph. in capp. ind.) hunc ordinem, propter orationis in ipso cap. progressum minus commodum exhibent: *quae μετρικὴ, et tert. itid. quae dic. κανονικὴ.*

§. 1. *Qua*] Ed. Bip., operarum credo vitio, hab. *quia* pro *qua*.

fundamento artis suae utuntur. Utraque ha- 2
rum spatiis et intervallis linearum, et ratione
numerorum constat. Ὀπτικὴ facit multa de- 3
miranda id genus, ut in speculo uno imagi-
nes unius rei plures appareant: item, ut spe-
culum in loco certo positum, nihil imaginet;
aliorsum translatum, faciat imagines: item, si
rectus speculum spectes, imago fiat tua eius-
modi, ut caput deorsum videatur, pedes sur-
sum. Reddit etiam causas ea disciplina, cur
istae quoque visiones fallant; ut, quae in aqua
conspiciuntur, maiora ad oculos fiant; quae
procul ab oculis sunt, minora. Κανονικὴ au- 4
tem longitudines et altitudines vocis emetitur.
Longior mensura vocis ῥυθμὸς dicitur, altior
μέλος. Est et alia species [Κανονικῆς], quae ap- 5
pellatur μετρική: per quam syllabarum longa-
rum et brevium et mediocrium iunctura, et
modus congruens cum principiis Geometriae,
aurium mensura examinatur. *Sed haec*, in- 6
quit M. Varro, *aut omnino non discimus:
aut prius desistimus, quam intelligamus, cur
discenda sint. Voluptas autem*, inquit, *vel
utilitas talium disciplinarum in postprincipiis
exsistit, cum perfectae absolutaeque sunt:
in principiis vero ipsis, ineptae et insuaves
videntur.*

§. 3. *Certo*] Reg. tcio; Lugd. mai. *tertio*; quod recepit Long. — *Nihil im.*] I. e. nullam reddat imaginem. *Ois.*— *Rectus*] Cum Guelf. et edd. vett. Long. edidit *rectius*; mihi vulgat. magis placet. Dein cum edd. vett. et Guelf. dedi *eiusm.* pro *huiusmodi.* v. 2, 6, 9. — *Ad*] Reg. *in.* cf. Senec. Qu. Nat. 1, 6.

§. 5. Κανονικῆς] Steph. *spec. geometriae;* edd. vett. κανονικῆς hab.; cod. Torn. κανονική. Utrumque om. Reg., probante I. G.

§. 6. *Haec*] Guelf. *hoc*; mox *dicimus.*

CAPUT XIX.

Sumta historia ex Herodoti libro primo super fidicine Arione.

1 Celeri admodum et cohibili oratione, vo-
cumque filo tereti et candido fabulam scripsit
2 Herodotus super fidicine illo Arione. Vetus,
inquit, et nobilis Ario cantator fidibus fuit.
3 Is loco et oppido Methymnaeus, terra atque
4 insula omni Lesbius fuit. Eum Arionem rex
Corinthi Periander amicum amatumque habuit
5 artis gratia. Is inde a rege proficiscitur terras
6 inclitas Siciliam atque Italiam visere. Ubi eo
venit, auresque omnium mentesque in utrius-
que terrae urbibus demulsit, in quaestibus
istic et voluptatibus amoribusque hominum

Cap. XIX. *Sumta* etc.] Guelf. *S. ex hist. Her. libro super fiditie Ar.* Edd. vett. *Sumpta ex hist. Her. libro primo super f. Ar.*; unde numerum libri (*primo*) adsumsi. Ex transpositione ista praepositionis *ex* coniicere liceat vv. nonnulla fort. excidisse; ut fort. fuerit: *narratio sumta ex hist. Her., lib. I.* etc. Simile lemma cf. cap. 11.

§. 1. *Celeri*] Reg. *celari*^{9}; Lugd. mai. *celari*, unde I. G. opinabatur Gellium aliquid dedisse derivatum ab *caelando*. Pro *cohibili* Christ. Crusius in Probabill. Critt. p. 53. rescribendum censet *volubili*, quod et literas et sensum si spectas, non probare non poteris. Nostrum Falst. interpretatur: *pressa*. Al. *coïbili*. — *Herodotus*] 1, 23 sq. cf. Higin. Fab. 194. Serv. ad Virg. Ecl. 8, 55. et Solin. 12. quos laudavit Long. Add. Aelian. De Nat. An. 2, 16. 6, 15. 12, 45.

§. 3. *Methymnaeus*] Guelf. *meticineus*. — *Omni*] Crusius l. l. pro *omni* malebat *homo*. Et hoc probabile admodum mihi quidem videtur.

§. 6. *Auresque*] Edd. ante Iunt. *aures*, omissa partic. *que*.

fuit. Is tum postea, grandi pecunia et re 7
bona multa copiosus, Corinthum instituit re-
dire. Navem igitur et navitas, ut notiores 8
amicitioresque sibi, Corinthios delegit. Sed 9
eo Corinthios homine accepto, navique in al-
tum provecta, praedae pecuniaeque cupidos,
cepisse consilium de necando Arione. Tum 10
illum ibi, pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua, ut haberent, dedisse: vitam modo sibi ut parcerent, oravisse. Navitas precum 11
eius harum commiseritum esse illactenus, ut ei necem afferre per vim suis manibus temperarent; sed imperavisse, ut iam statim coram desiliret praeceps in mare. Homo, in- 12
quit, ibi territus, spe omni vitae perdita, id unum postea oravit, ut, prius quam mortem oppeteret, induere permitterent sua sibi omnia indumenta, et fides capere, et canere carmen casus illius sui consolabile. Feros et immanes 13
navitas prolubium tamen audiendi subit. Quod oraverat, impetrat. Atque ibi mox de more 14
cinctus, amictus, ornatus, stansque in summae puppis foro, carmen, quod *Orthium* dicitur,

§. 7. *Is tum p.*] Lugd. mai. *istinc p.*; Guelf. Thuan. et Linc. *iste p.* Fort. legend. *is tamen post.* Dein pro *bona* Crus. coni. *bene.*

§. 8. *Navitas*] Edd. vett. semper *nautas.* Iunt. et Ald. bis (§. 13. 19.) hab. *navit.* Guelf. semper *navit.* — *Amicitioresque*] Ita Reg. Mem. Chifl.; vulg. (Guelf.) *amicioresq. s. amitior.* Appul. Apolog. p. 286. ed. Elmenh. virum -- amicitiorem.

§. 11. *Illactenus*] Edd. vett. *illatenus.* — *Praeceps*] Guelf. *et praeceps.*

§. 12. *Omnia*] Edd. vett. om. v. *omnia.*

§. 14. *Ibi*] Guelf. om. *ibi;* mox pro *cinct.* hab. *emtus.* — *Foro*] Cf. de hoc vocab. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 413 sq. — *Orthium*] Plutarch. in sept.

15 voce sublatissima cantavit. Ad postrema cantus cum fidibus ornatuque omni, sicut stabat canebatque, iecit sese procul in profundum. Navitae, haudquaquam dubitantes, quin perisset, cursum, quem facere coeperant, tenue-
16 runt. Sed novum et mirum et pium facinus contigit. Delphinum repente inter undas adnavisse, fluitantique sese homini subdidisse, et dorso super fluctus edito vectavisse; incolumique eum corpore et ornatu Taenarum in ter-
17 ram Laconicam devexisse. Tum Arionem prorsus ex eo loco Corinthum petivisse: talemque Periandro regi, qualis delphino vectus fuerat, inopinanti sese obtulisse: eique rem, sicuti
18 acciderat, narravisse. Regem isthaec parum credidisse: Arionem, quasi falleret, custodiri

Sap. Conv. Arionem adortum nomon Pythicon concinere. v. Cael. Rhodigin. Antiqq. LL. 9, 8. *Carmen orth.* Falst. interpretatur *lugubre*; a Diana orthia, cuius numen in Taurica regione humano sanguine placabatur. v. Schneid. Lexic. Graec. sub v. ὀρθιος.

§. 15. *Iecit* etc.] Crus. l. l. coni. *iecit se pronus in prof.* — *Quin*] Ed. Rom. *cum.* Guelf. *qm* (quoniam).

§. 16. *Sed* etc.] I. G. in Addend. p. 903. ita locum distinguit: *Sed (nov. et mir. et p. facinus!) contigit Delph.* etc. — *Fluitantique* etc.] Edd. vett. et Guelf. om. vv. *fluit.--subdid.*

§. 17. *Inopinanti*] V. *inopin.* om. edd. vett. et Guelf.; hic cod. om. etiam vv. *eique--narrav.*

§. 18. *Isthaec parum*] Lugd. mai. *istaegrarum*; Reg. *iste grarum*; unde I. G. *ista haec iratum cred.* Gellium videri ita narrare, quasi certe quidem crediderit, sed acriter succensuerit (rex), et quum hic modus detegendi venisset illi in mentem, eum arripuisse. Guelf. hab. *istic parum.*

iussisse: navitas inquisitos, ablegato Arione, 19
dissimulanter interrogasse, ecquid audissent
in iis locis, unde venissent, super Arione? Eos 20
dixisse, hominem, cum inde irent, in terra
Italia fuisse: eumque illic bene agitare, et
studiis delectationibusque urbium florere; at-
que in gratia pecuniaque magna opulentum
fortunatumque esse. Tum inter haec eorum 21
verba Arionem cum fidibus et indumentis,
cum quibus se in salum eiaculaverat, exstitis-
se: navitas stupefactos convictosque ire infitias 22
non quisse. Eam fabulam dicere Lesbios et 23
Corinthios: atque esse fabulae argumentum,
quod simulacra duo aenea ad Taenarum vise-
rentur, delphinus vehens, et homo insidens.

§. 19. *Inquisitos*] Vulg. *requis.*; *inq.* Reg. et Lugd. mai. Mox Guelf. et Steph. *et quid aud.*

§. 20. *Eumque*] Pricaeus ad Evang. Luc. 1, 51. malebat: *aevumque.* — *Opulentum*] Edd. vett. et Guelf. om. v. *opulentum* et *que* post *fortun.*; hanc tamen particulam (*que*) video servatam a Guelf. et Iunt.; quod etiam ferri possit, ita ut *opul.* tantum a viro quodam docto additum s. ex margine illatum videri possit.

§. 21. *Salum*] Guelf. *saltum.*

§. 23. *Simulacra*] Solin. c. 7. Pausan. 3. et Aelian. l. l. Sequens *ad* om. Guelf.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER SEPTIMUS DECIMUS.

CAPUT I.

Quod Gallus Asinius et Largius Licinius sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Coelio; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere digneque dici possit.

1 Ut quidam fuerunt monstra hominum, quod de diis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt: ita nonnulli tam prodigiosi tamque vecordes exstiterunt (in quibus sunt Gallus Asinius et Largius Licinius, cuius liber

LIB. XVII. Cap. I. *M. Cic.*] Guelf. Torn. et edd. vett. praefigunt praenom. *M.* Addidi. Hab. etiam Steph. in ind. capp. — *Stolidissimos*] Guelf. *studiosissimos.*

§. 1. *Quod*] Vulg. *qui;* Guelf. *que* omisso *de.* Reg. Lugd. ut. Pet. Linc. *quod,* tanquam Gellius excusaret se in appellatione convitii et monstrorum. *I. G.* — *Largius*] Edd. ante Iunt. *Lartius,* ut hab.

etiam fertur infando titulo: *Ciceromastix*), ut scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integre atque improprie atque inconsiderate locutum. Atque alia quidem, quae reprehen- 2
derunt, neque dictu, neque auditu digna sunt. Sed enim in hoc, in quo sibimetipsis praeter 3
cetera esse visi sunt verborum pensitatores subtilissimi, cedo, quale id sit, consideremus. M. Cicero pro M. Coelio ita scribit: *Nam* 4
quod obiectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbe feret M. Coelius, ut eum poeniteat, non deformem esse natum. Non existimant 5
verbo proprio esse usum, quod ait *poeniteat;* atque id prope ineptum etiam esse dicunt. Nam *poenitere,* inquiunt, tum dicere solemus, 6
cum, quae ipsi fecimus, aut quae de nostra voluntate, nostroque consilio facta sunt; ea nobis post incipiunt displicere, sententiamque

etiam in lemmate eaedem cum Iunt.; correxit utroque loco Ald. Guelf. *Larcius* in lemm.; sed h. l. *Largius.*

§. 2. *Neque dictu*] Guelf. om. vv. *neq. dictu.*

§. 3. *Sed* etc.] Ita Steph. cum Lugd. mai.; reliqui codd. *sed enim in hoc quo;* Reg. *sed enim in hi in hoc quo*; ex eodem Lambec. *sed enim nilim hoc quo;* unde i. G. *sed enim mihi in hoc, quo*; ut dativ. adsit verbo *cedo*; s. habeat gratiam pleonasmi. Edd. vett. *sed etenim* (Bad. *enim*) *in hoc quo.* Ald. *sed eten. hi in hoc quo.* Guelf. om. vv. *sed -- sunt.* Mihi tantum placent: *sed enim, in quo* etc.; in reliquis aliud quid latere videtur. Deinceps *sibimetipsis* est ex edd. vett. pro *sibimetipsi.*

§. 4. *Scribit*] Reg. Lugd. mai. et Torn. *scribit* pro *scripsit* dederunt. cf. Cic. pro Coel. c. 3. — *Obiectum*] Reg. et Lugd. mai. *subiect.*, quod recepit Long.

7 in iis nostram demutamus; neminem autem recte ita loqui: *poenitere sese, quod natus sit*, aut: *poenitere, quod mortalis sit*, aut: *quod ex offenso forte vulneratoque corpore dolorem sentiat:* quando istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum, nec arbitrium; sed ea ingratiis nostris vi ac necessitate naturae
8 nobis accidant: sicut hercle, inquiunt, non voluntarium fuit M. Coelio, quali forma nasceretur, cuius eum dixit non poenitere: tanquam in ea causa res esset, ut rationem capere
9 poenitendi. Est haec quidem, quam dicunt, verbi huiusce sententia; et *poenitere*, nisi in voluntariis rebus, non probe dicitur; tametsi antiquiores verbo ipso alio quoque modo usitati sunt; et *paenitet* ab eo, quod est *paene*, et [a] *paenuria* dixerunt: sed id aliorsum pertinet, atque alio in loco dicetur.
10 Nunc autem sub hac eadem significatione, quae vulgo nota est, non modo ineptum hoc non est, quod M. Cicero dixit; sed festivissimum
11 adeo et facetissimum est. Nam cum adversarii, et obtrectatores M. Coelii, quoniam erat pulchro corpore, formam eius et faciem in

§. 7. *Forte*] Edd. ante Iunt. om. *forte.* — *Ingratiis* etc.] Edd. vett. *ingratis in corporibus nostris*; codd. Gron. et Guelf. *ingratis* (Guelf. *in gratis*) vel *ingratiis in nostr.*; *nostris* supervacaneum esse existimavit I. G. propter seq. *nobis*; ferri tamen posse; similem fort. *ingratiis* vocem latere sub vv. *in nostris*. An fort. *invito?* — *Necessitate*] Cf. Obss. Gron. 2, 2. *I. G.*

§. 8. *Sicut*] *Sicut* recepi e codd. omnibus Gron. Guelf. Torn. et edd. vett.; *sic* dederat Steph.

§. 9. *A*] Cum Reg. et Lugd. min. Long. om. *a*, quo omisso *penuria* pertinet ad v. *est*. — *Pertinet*] Edd. vett. ante Ald. et Guelf. *penitet* s. *poenitet*.

§. 10. *Nota*] Reg. *nata*; recepit Long.

suspiciones impudicitiae accerserent, illudens Cicero tam absurdam criminationem, quod formam, quam natura fecerat, vitio darent, eodem ipso errore, quem illudebat, sciens usus est: et: *Non poenitet*, inquit, *M. Coelium non deformem esse natum:* ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat, opprobraret adversariis, ac per facetias ostentaret, facere eos deridiculum, quod perinde Coelio formam crimini darent, quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur.

CAPUT II.

Verba quaedam ex Q. Claudii annalium primo, cursim in legendo notata.

Cum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae vegetandae gratia indipisci animo ac recensere, quae in eo libro scripta essent in utrasque existimationes, laudis aut culpae, annotamentis digna: eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum sententiarumque elegantium recordationes. Velut haec verba ex Q. Claudii primo annali, quae meminisse potui, notavi; quem librum legimus biduo proximo superiore. *Arma*, inquit, *plerique abiiciunt: atque inermi illatebrant sese.* 1 2 3

§. 11. *Quod ita*] Guelf. om. *quod.*

Cap. II. §. 1. *Existimationes*] Edd. vett. *estim.* s. *aestimationes.* Nostrum firmat Guelf. — *Eratque*] Guelf. *erat*, sine *que.*

§. 2. *Notavi*] Goldast. ad Petron. c. 6. ex v. c. scribit legend. esse: *mihi not.* v. I. G.

§. 3. *Abiiciunt*] Guelf. *abiciunt.* — *Inermi*] Gryph. 1539. in marg. *inermes.* cf. Non. sub v. *in-*

Ibi *illatebrant* verbum poëticum visum est,
4 sed non absurdum, neque asperum. — *Ea*, inquit, *dum fiunt, Latini, subnixo animo. Subnixo:* quasi sublimi et supra nixo, verbum bene significans, et non fortuitum: demonstratque animi fortitudinem fiduciamque; quoniam, quibus innitimur, iis quasi erigimur,
5 attollimurque. — *Domus*, inquit, *suas quemque ire iubet, et sua omnia frunisci. Frunisci* rarius quidem fuit in aetate M. Tullii, ac deinceps infra rarissimum: dubitatumque est ab imperitis antiquitatis, an Latinum fo-
6 ret: non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam verbum est *fruniscor*, quam *fruor:* et ut *fatiscor* a *fateor*, ita *fruniscor*
7 factum est a *fruor*. Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistola, quam exsul ad Domitios misit, ita scripsit: *Illi vero omni iure, atque honestate interdicti: ego neque aqua neque igni*
8 *careo, et summa gloria fruniscor.* Novius in Atellana, quae *Parcus* inscripta est, hoc verbo ita utitur:

ermi. Dein Guelf. et Linc. bis: *lateb.* cf. Non. sub vv. *inlat.*, et *frunisci.* Sequens *ibi* om. Steph.

§. 4. *Subnixo*] Guelf. om. v. *subnixo.* Cf. Non. sub v. *subnixum*, ubi plenius hoc fragmentum extare videtur. — *Fortitudinem*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *altitudinem.*

§. 5. *Frunisci*] Edd. vett. et Guelf. om. v. *frunisci.* Eaedem edd. ante et in sqq. semper hab. *fruisci*, et *fruitus est.* Sequens *et* ante *ut* om. Guelf. — *An* etc.] Guelf. *latin. an for.*

§. 6. *Verbum* etc.] Edd. vett. *verb. fruisc. fact. est.* Vulgatum firmat Guelf. Confer sqq. — *Fatiscor*] Torn. *fatisco.*

§. 8. *Novius*] Edd. vett. *Nev.* s. *Naevius.* — *Parcus*] Ita cum Lugd. min. et Pet. Steph. et Mer-

Quod magno opere quaesiverunt, id frunisci non queunt.

Qui non parsit apud se, frunitus est. —

Et Romani, inquit, *multis armis, et magno* 9
commeatu, praedaque ingenti copiantur. Copiari verbum castrense est; nec facile id reperias apud civilium causarum oratores: ex eademque figura est, qua *lignantur*, et *pabulantur*, et *aquantur*. — *Sole*, inquit, *occaso*. 10
Sole occaso, non insuavi venustate est, si quis aurem habeat non sordidam, nec proculcatam. In duodecim autem tabulis verbum hoc ita scriptum est: ANTE. MERIDIEM. CAUSAM. CONIICIUNT. QUOM. PERORANT. AMBO.

cer. ad Non. sub v. *Fru.*; al. cum edd. vett. et Guelf. *Partus*; Reg. *Parens*. Nostrum firmat etiam Iunt. — *Magno opere*] Vulg. *magnopere;* nostrum dant Guelf. Reg. Lugd. min. Linc. et Mercer. cf. 16, 13, 5. Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. P. 2. p. 51. Deinceps Non. *quaesierunt*, et *fruisci*. — *Parsit*] Torn. *sparsit*. cf. Ruddimann. I. p. 228. not. 45. et de v. *fruniscor* p. 262 sq. not. 23. II. p. 196. not. 60.

§. 9. *Copiantur*] V. Non. sub v. *copiantur*. V. *copiari* om. Guelf. et edd. vett. — *Id*] Guelf. om. *id*. — *Ex eademque*] Edd. vett. *exque eadem*. Vulgat. firmat Guelf. cf. 13, 19, 14.

§. 10. *CONIICIUNT*] Reg. Mem. Chif. Lugd. ut. Pet. Linc. exhibent: *coniiciut, coniciunt*, (ut exstat in Iunt.), *conitiunt, comciunt*. Guelf. *conitiunt*. Edd. ante Iunt. *coniicito*, probante Turn. Adv. 13, 27.; Ald. *conscito*, sequentibus Gryph. et Hier. de Marn.; Sciopp. adscripsit: *conicintur*. leg. *conicito*. *Afran. ap. Nonium in Coniic*. Steph. edidit: *coniciunto*, omissis vv. *quom per. ambo praes.*, quae in marg. restituit Sciopp. (exstant etiam in Torn. et Guelf.). *Causam conscito* Ois. interpretatur: *caus. cognoscito*, sc. Praetor, s. iudex. Hinc fuerunt, qui legerent: *consciscito*. cf. Auct. ad Heeren. 2., ubi eadem lex ex

PRAESENTES. POST. MERIDIEM. PRAESENTI. LITEM. ADDICITO. SI. AMBO. PRAESENTES. SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEM-
11 PESTAS. ESTO. — *Nos*, inquit, *in medium relinquemus.* Vulgus *in medio* dicit. Nam vitium [esse] isthuc putant: et, si dicas *in medium ponere*, id quoque esse soloecismum putant; sed probabilius significantiusque sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriose introspiciat. Graece quoque *θεῖναι εἰς μέσον*,
12 vitium id non est. — *Postquam nuntiatum est*, inquit, *ut pugnatum esset in Gallos, id civitas graviter tulit. In Gallos* mundius subtiliusque est, quam *cum Gallis*, aut *contra Gallos.* Nam pinguiora haec, obsoletioraque

XII. tabb. legitur plenior. Raevard. volebat: *gnoscito.* Ex codd. restituendum esse putavi: *coniiciunt.* Ascon.: Cum ad ius ventum esset, antequam causa ageretur litigatores quasi per indicem rem exponebant, idque dicebatur: *causae coniectio*, quasi causae in breve coactio. — *SI.* etc.] Cum Long., secutus Torn. et edd. vett., restitui vv. *si ambo praesentes.* Vv. *post — praesentes* om. Guelf. — *SUPREMA*] V. Ois. Censorin. de D. N. c. 24.

§. 11. *In*] Cf. 6, 14, 9. — *Esse*] V. *esse* om. Guelf. et edd. vett. Deinceps Guelf. hab. *putat.* — *Quoque*] Hoc v. accessit ex edd. vett. Steph. et Guelf. Deinceps *soloecismum* cum Long. scripsi pro *soloecum* (Steph. *soloecom*), auctoritate nisus codd. Reg. Pet. et Lugd. mai. Edd. vett. exhibent: *σόλοικον i. e. soloecismi vitium.* Guelf. *soloe computant.* Pro sequenti *sed* Long. dedit *et*, ut est in omnibus quos dixi libb. (Reg. Pet. Lugd. mai. Guelf. edd. vett.). Edd. vett. hab. *Et tamen.* Fort. legend. *At.*

§. 12. *Obsoletioraque*] Reg. Torn. Sciopp. aliique codd. cum edd. vett. *obsolet.* dederunt pro (Guelf.) *absolutior.* Lugd. min. *obsolutior.* De re cf. Ruddimann. II, p. 149. not. 12.

sunt. — *Simul*, inquit, *forma, factis, elo-* 13
quentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecellebat: ut facile intelligeretur magnum viaticum ex se, atque in se ad rempublicam evertendam habere. Magnum viaticum pro magna facultate et paratu magno neve positum est: videturque Graecos secutus, qui *ἐφόδιον* a sumtu viae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt: ac saepe *ἐφοδίασον* pro eo dicunt, quod est *institue* et *instrue*. — *Nam M.*, inquit, *Manlius, quem Capitolium* 14
servasse a Gallis supra ostendi, cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exsuperabilem respublica sensit, is et genere, et vi, et virtute bellica nemini concedebat. Apprime crebrius

§. 13. *Factis*] Guelf. om. *factis*. — *Praecellebat*] Reg. *praecoleb.*; Lugd. mai. *praecolleb.*, unde facile fuerit emendare *praepolleb.*, quod v. minus usitatum a librariis obliteratum videtur. — *Ex se*, etc.] Vv. *ex se atque in se -- habere* ex Busl. restituit Carr. (Antiq. 2, 15.) firmante Lugd. mai. Om. etiam Guelf., et mox vv. *magn. viat.* V. Steph. Specim. Emendd. p. 163. — *A sumtu viae*] Edd. vett. *sumptum viae*, quae lectio interpretationem ipsius Gellii voci Graecae adiunctam innuere videtur. Guelf. sine *a* hab. *sumptu v.* — Ἐφοδίασον] Steph. edidit *ἐφωδιάζον*, sed *ἐφοδίασον*, s. *ἐφοδιάζον* malebat. (v. eum l. l. p. 164.) Sciopp. et Iunt. *ἐφόδισον*; quod Salmas. etiam adscripsit supposita litera P. Long. cum edd. vett. *ἐφόδιον*.

§. 14. *Quem*] Reg. et Lugd. mai. om. *quem*; unde I. G. *Manlius* (Guelf. *Mallius*) *Capitol. serv. -- resp. sensit is* etc. Quid si legamus: *Nam M., inq., Manlium Cap.* etc.; ita ut *cuiusque* referatur ad sequens *is*? Vv. *is et g. -- concedebat* om. Steph.; exstant in Guelf. Torn. et edd. vett. De re cf. Lachmann. de Liv. Fontt. Comment. I. p. 62. — *Cum*] Guelf. om. *cum*; mox hab. *sentit*. —

est: *cumprime* rarius, traductumque ex eo est, quod *cumprimis* dicebant pro eo, quod
15 est *in primis.* — *Nihil sibi*, inquit, *divitias opus esse.* Nos *divitiis* dicimus; sed vitium hoc orationis nullum est, ac ne id quidem est, quod figura dici solet; recta enim ista haec oratio est: et veteres complusculi ita dixere; nec ratio dici potest, cur rectius sit *divitiis opus esse*, quam *divitias:* nisi [si] qui grammaticorum nova instituta, ut τεμένων ἱερὰ,
16 observant. — *Nam haec*, inquit, *maxime versatur deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolumiores: neque optimum quenquam inter nos sinunt diurnare.* Inusitate dixit *diurnare* pro *diu vivere;* sed ex ea figuratione
17 est, qua dicimus *perennare.* — *Cum iis*, inquit, *consermonabatur. Sermonari* rusticius videtur, sed rectius; *sermocinari* crebrius est,
18 sed corruptius. — *Sese*, inquit, *ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse. Ne id quoque*, dixit, pro *ne id quidem;* infre-

Rarius] Guelf. *purius.* — *Pro eo*] Edd. ante Iunt. *pro quo est;* Iunt. Ald. *pro quod est;* Guelf. *per quod est.*

§. 15. *Nihil* etc.] Guelf. *Nihil inquit fili divit.*, mox *et* pro *sed.* — *Ista haec*] Edd. vett. *isthaec* s. *istaec.* 11, 15, 6. — *Veteres*] Cf. Ruddimann. II. p. 68. not. 65. Guelf. *ut vet.* Pro vulg. *compluscule* edd. vett. praeter Iunt. et Guelf. hab. *complusculi.* cf. 7, 11, 6. 18, 2, 2. Dein edd. vett. et Guelf. dederunt *dixere* pro *dixerunt.* — *Si*] Steph. addidit *si*, contra codd. Gron. Guelf. et edd. vett. Dein Steph. Θεμενῶν.

§. 16. *Quenquam*] Non. sub v. *Diurnare* hab. *quenque.* — *Diurnare*] Guelf. om. hoc v. — *Figuratione*] Ita Steph. cum Busl. (Carr. Antiq. 3, 3.) Reg. et Lugd. ut. pro *figura.* cf. Marcil. ad Suet. Vespas. 5.

quens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum. — *Tanta*, inquit, *sanctitudo fani est, ut nunquam quisquam violare sit ausus. Sanctitas* quoque et *sanctimonia* non minus Latine dicuntur; sed nescio quid maioris dignitatis est verbum *sanctitudo*, sicuti M. Cato in L. Veturium *duritudinem*, quam *duriciem* dicere gravius putavit. *Qui illius*, inquit, *impudentiam norat et durit-udinem.* — *Cum tantus*, inquit, *arrabo penes Samnites populi Romani esset. Arrabonem* dixit sexcentos obsides: et id maluit, quam pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea sententia gravior acriorque est; sed nunc *arrabo* in sordidis verbis haberi coeptus: ac multo rectius videtur *arra;* quanquam *arra* quoque veteres saepe dixerint, et compluriens

19 20 21

§. 18. *Creberrimum*] Steph. *celeberr.*

§. 19. *Quisquam*] Guelf. *quis.*

§. 20. *Duriciem*] Guelf. et edd. vett. *duriciem;* quod recepit Long. pro *duriciam.* Deinceps Guelf. *grav. put. dic.; putavit* hab. Guelf. Torn. et edd. vett. pro vulg. *putabat.*

§. 21. *Arrabonem*] Cf. Plaut. Mil. Glor. 4, 1, 11. — *Rectius*] Guelf. om. v. *rect.* Steph. *sordidius.* Ordinem vv. vulgatum: *videtur rect.* inverti cum edd. vett. Mox eaedem hab. *arram quoq.* Dein *dixerint* edidit Steph. cum edd. vett. et confirmant codd., quos statim nominabo; quare nescio cur editt. recentt. *dixerunt* scripserint; quod tamen video exstare in Guelf. Nostrum restitui, ut deinceps quoque restitui lectionem, quam dedit Steph accedentibus Guelf. Reg. Mem. Lugd. ut. Linc. Torn. et Chifl., nisi quod hic liber hab. *compl. inquit Laber.* et Torn. *minus* pro *mimus.* Guelf. *et hic mutus.* Vulg. (Lambec. auctore) legebatur: *Et complures*, inquit, *in laboribus miserrimas vitas exeg.: at hic nimiis in otiis cons. est.* Edd. vett. *Et com-*

22 Laberius. — *Miserrimas*, inquit, *vias exe-*
23 *gerunt*: et: *Hic mimus in otiis*, inquit, *con-*
sumtus est. Elegantia utrubique ex multitu-
24 dine numeri quaesita est. — *Cominius*, inquit, *qua adscenderat, descendit, atque verba Gallis dedit. Verba Cominium dedisse Gallis* dicit, qui nihil quidquam cuiquam dixerat: neque enim eum Galli, qui Capitolium obsidebant, adscendentem aut descendentem viderant. Sed *verba dedit* haud secus posuit, quam
25 si tu dicas: *latuit atque obrepsit*. — *Convalles*, inquit, *et arboreta magna erant*. *Ar-*

pluriens (s. *compluries*), inq., *in* (vv. *inq. in* om. Iunt.) *lab. mis. vit. exeg.: et hic motus in ot.*, inquit, *cons.* (omisso v. *est*). (Iunt. *Et hic nimiis in ot.*, inq. *consumptus est.*) Sciopp. annotat: *compluriens inq. in lab. mis. vit. exeg. et hic minus in.* I. G.: Quum dicit *utrobique*, hinc colligere licet, esse duo loca, seorsum a Claudio posita, quae citantur, non connexa, quasi unus sit locus, in quo vv. ista continenter se sequantur; quod etiam videtur affirmari ex mutatione numeri. Neque ego interventum Laberii laudare et servare volo, quod nomen extra oleas prorsus est. Quapropter censeo sic ex Claudio posuisse Gellium: Et, *Compluriens*, inq., *in tabernis mis. vit. exeg.* Et, *Hic nimiis in ot.*, inq., *cons. est.* Hactenus I. G. *Laberii* mentio nescio quare tantopere offendat. Numerus multitudinis utrubique est in *vitas* et *otiis*. Long. edidit: *Et compluries*, inquit, *in lab. mis. vit. exeg.* Et *hic nimis*, inquit, *cons. est.*

§. 23. *Ex* etc.] Edd. ante Iunt. *ex multitudinis numero.*

§. 24. *Adscenderat*] Long. hic et postea edidit *adscend.* edd. vett. et Guelf. secutus. Vulg. *extend.* V. tamen 10, 15, 29. — *Dicit*] Cod. Torn. *dicat.* Guelf. *dicas.* Mox *enim* accessit ex edd. vett., ut ex iisdem vv. *aut desc.*

§. 25. *Magna* etc.] Vv. *magn. er. arbor.* om. Guelf.

boreta ignobilius verbum est, *arbusta* celebratius. — *Putabant*, inquit, *eos, qui foris* 26
atque qui in arce erant, inter se commutationes et consilia facere. Commutationes, id est, collationes communicationesque, non usitate dixit; sed non hercle inscite, nec ineleganter. Haec ego [non] pauca interim super 27
eo libro, quorum memoria post lectionem suppetierat, mihi notavi.

CAPUT III.

Verba M. Varronis ex libro quinto et vicesimo Humanarum, quibus contra opinionem vulgariam interpretatus est Homeri versum.

In sermonibus forte, quos de temporibus 1
rerum, ad usus hominum repertarum, agitabamus, adolescens quispiam non indoctus, *spar-*

§. 26. *Qui*] Guelf. om. *qui*. — *Collationes*] Reg. *consolationes*, i. e. consultationes. *I. G.* Deinde *non usit.* est e Guelf. Pet. Lugd. min. Linc. et Steph.; et aut ita exstat in cod. etiam Reg. aut *non inusitate*; neque enim praerupte dixerim. Ita I. G. Vulg. *inusitate*, ut est in edd. vett.

§. 27. *Non*] Hanc negandi particulam ante *pauca* ignorant edd. vett. Guelf. et Torn. Hinc uncis seiunxi. Eiici etiam poterat. In fine vulg. distinguebatur: *suppetierat mihi, notavi*; correxerant iam ed. Brix. et Sciopp. Nullam distinctionem video in Bonon. Iunt. aliis. Praeterea edd. vett. vv. capitis seq. usque ad *agitabamus* huic capiti adiunxerant; ut etiam est in Guelf.; correxit cum Lips. Ant. LL. 1, 10. Steph.

Cap. III. *Ex libro*] Guelf. om. vv. *ex libro;* et hab. *V. et XX.*

§. 1. *Rerum*] Guelf. *forte rerum;* mox Steph. *quipiam.* — *Sparti*] V. Salmas. ad Solin. p. 261 sqq.

ti quoque usum in terra Graecia diu incognitum fuisse dixit: multisque post Ilium captum
2 tempestatibus ex terra Hispania advectum. Riserunt hoc ad illudendum ex iis, qui ibi aderant, unus atque alter, male homines literati; quod genus Graeci ἀγοραίους appellant: atque eum, qui id dixerat, librum legisse Homeri aiebant, cui versus hic forte deesset:

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται,

3 Tum ille prorsum irritatus: Non, inquit, meo libro versus ipse, vobis plane magister defuit, si creditis in eo versu *σπάρτα* id significare,
4 quod nos *spartum* dicimus. Maiorem [enimvero] illi risum subiiciunt: neque id destiterunt, nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis vicesimus quintus *Humanarum*, in quo de isto Homeri verbo a Varrone ita scriptum est: *Ego σπάρτα apud Homerum non plus*

Ois. Scheller. sub v. Spartum. *σπάρτα* in Homeri versu explicant *vincula navis.*

§. 2. *Graeci ἀγορ.*] Edd. vett. et Guelf. hunc ordinem dederunt pro: *ἀγορ. Graeci.* Mox Guelf. *dixerat id.* — *Homeri*] Il. 2, 135.

§. 3. *Prorsum*] Ita edd. vett. Steph. et Guelf. pro *prorsus.* V. ad Gell. Praefat. 9. — *Meo libro*] Edd. vett. Steph. et Guelf. *in eo libro*, quod correxit V. D. ap. Torn. Ferri tamen posse *in eo l.* crediderim. — *Versus* etc.] Ita Reg.; vulg. *versus, sed v.*, Lugd. mai. *vers. se nobis; sed* intelligend. est. Guelf. *sed nobis.* Maluerim tamen vers. *iste* s. *ille.* — *Σπάρτα*] Graece hic et infra in vv. Varr. scriptam fuisse vocem innuit Reg., ubi *Gr.* legitur, omisso v. Vulg. (Guelf.) *sparta.*

§. 4. *Enimvero*] Particulam *enimv.* in textum intuli, quum vulg. omitteretur; uncis tamen seiunxi, quippe quam om. ex vett. edd. Iunt., unde suspecta videri possit. Guelf. hab. tantum *enim*; mox *subic.* — *Verbo*] Edd. vett. *versu.* —

spartum significare puto, quam σπάρτους, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Graecia sparti copia modo coepit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi Liburni; sed hi plerasque naves loris suebant: Graeci magis cannabo et stuppa ceterisque sativis rebus, a quibus σπάρτα appellabant. Quod cum ita Varro dicat, dubito hercle, an posterior syllaba in eo verbo, quod apud Homerum est, acuenda sit; nisi quia voces huiuscemodi, cum ex communi significatione in rei certae proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur. 5

CAPUT IV.

Quid Menander poëta Philemoni poëtae dixerit, a quo saepe indigne in certaminibus comoediarum superatus est: et quod saepissime Euripides in tragoedia ab ignobilibus poëtis victus est.

Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et factionibus saepenumero vincebatur. Eum cum forte habuisset obviam: Quaeso, inquit, Philemon, bona venia, dic 1 2

Σπάρτους] De quibus erudita exstat epistola Iohnsii a Gudio edita. *I. G.* — *Hi*] Edd. vett. ante Iunt. *ii*; deinceps Scalig. cum Ant. Gryph. et H. de Marn.: *plerumque*; invitis codd. — *Stuppa*] Steph. *stupa*. v. Lobeck. ad Phrynich. p. 261. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 427.

§. 5. *Huiuscemodi*] Ita edd. vett. et Guelf. Vulg. *huiusmodi*.

Cap. IV. §. 2. *Philemon*] Edd. vett. et Guelf. *Philemon* pro *Philemo*. v. ad 11, 18, 5.

3 mihi; cum me vincis, non erubescis? Euripidem quoque M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis vicisse, cum eum [saepe] vincerent aliquot
4 poëtae ignavissimi. Menandrum autem alii centum octo, partim centum novem comoedias
5 reliquisse ferunt. Sed Apollodori, scriptoris celebratissimi, hos de Menandro versus legimus in libro, qui *Chronica* inscriptus est:

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους πατρὸς,
Πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
Ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν.

6 Ex istis tamen centum et quinque omnibus, solis eum octo vicisse, idem Apollodorus eodem in libro scripsit.

§. 3. *Quinque*] Casaub. ex aliis scriptoribus: *quindecim*. Sed v. Suid. Guelf. *in V. Scolis*. Mox *saepe* om. edd. vett. et Guelf. Et abesse posse credo. — *Aliquot*] Steph. contra libb. *aliqui*.

§. 4. *Alii*] *Alii* om. Thuan. — *Octo*] Edd. vett. et Long. *cent. et octo;* et *cent. et nov.* Iunt. om. *et*; h. l. etiam Guelf. v. §. 6.

§. 5. *Qui* etc.] Linc. *Chron. qui inscribitur.* — Ἐκ etc.] Casaub. ap. Torn. et ed. a. 1644. ἔκ τε Δ.; I. G. ἐὼν ἐκ Δ.; s. secundam syllabam v. Διοπ. producendam esse. Heyn. ad Apollod. 1. p. 417. edidit Διαπείθεος. Valcken. Diatr. de Eurip. fragm. p. 10. C. (p. 13. ed. Lips.) ἔκ γε Δ. π. Meineke Praefat. ad Menandri Reliquias p. XXIV. malit: Διοπ. τοῦ πατρός. Dein edd. vett. et Steph. pro τοῖσιν hab. τοῖς. Tum olim (etiam ap. Steph.) ita legebatur: Πρ. τοῖς ἑκ. π. γρ. δράματ' ἐξ (s. ἐξ. Iunt. ἐξ=ἑλιπε, ita ut ἐξ versum finiat.) Ἑλ.; correxit Casaub. cum Salmas. — Δυοῖν] Valcken. l. l. ex Ms. Franeq. dedit δυεῖν.

§. 6. *Et* etc.] Guelf. *et omnib. quinq.*

CAPUT V.

Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in libro, quem *De Amicitia* scripsit, vitioso argumento usum, *ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου* posuisse: totumque id consideratius tractatum exploratumque.

M. Cicero in dialogo, cui titulus est *Laelius*, vel *De Amicitia*, docere volens, amicitiam non spe exspectationeque utilitatis, neque pretii mercedisque causa colendam, sed, quo ipsa per sese plena virtutis honestatisque sit, expetendam diligendamque esse, etiamsi nihil opis, nihilque emolumenti ex ea percipi queat: hac sententia, atque his verbis usus est; eaque dicere facit C. Laelium, sapientem virum, qui P. Africani fuerat amicissimus: *Quid enim Africanus indigens mei? ne ego quidem illius. Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit; auxit* 1 2

CAP. V. *Ἀμφισβητούμενον*] Guelf. om. Graeca et v. *posuisse*.

§. 1. *M.*] Praenom. om. edd. vett. De re v. Schilteri Exercitationem ad h. l. Lips. 1655. — *Virtutis* etc.] Guelf. *virtutisque sic sed ex ea participari q.*, reliquis omissis. — *Expetendam*] Linc. (quod innuit etiam Guelf.) *sed expet.*, quod, sublata distinctione inter *sed quo*, haud improbare videtur I. G. — *Percipi*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *participari*. — *Verbis*] Reg. *versibus;* sed statim *eaque;* Guelf. *eamque*.

§. 2. *Ne*] Steph. *nec*. Sciopp. adscripsit: *Minime hercle. At nec ego*. Apud Cic. de Amic. c. 9, 30. est: *Minime hercle: ac ne ego q.* —

benevolentiam consuetudo. Sed quanquam utilitates multae et magnae consecutae sunt; non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae. Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam: (neque enim beneficium faeneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus:) sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam
3 *putamus.* Hoc cum legeretur in coetu forte hominum doctorum, rhetoricus quidam sophista, utriusque linguae callens, haud sane ignobilis, ex istis acutulis et minutis doctoribus, qui *Τεχνικοὶ* appellantur, atque in disserendo tamen non impiger, usum esse existimabat argumento M. Tullium non probo, neque apodictico, sed eiusdem quaestionis, cuius esset ea ipsa res, de qua quaereretur; verbisque id vitium Graecis appellabat, quod acce-
4 pisset *ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου.* Nam *beneficos*, inquit, et *liberales* sumsit ad confirmandum id, quod de amicitia dicebat: cum

Expetendam] Guelf. *expectandam.*

§. 3. *Acutulis*] Vulg. inde ab Ald. *argutulis*, quod cum codd. mutavit Steph. comprobantibus edd. vett. ante Ald. et Guelf. Deinceps Bad. *minutulis*; Reg. *minoris*, adscripta in fine syllaba *bu*. Lugd. mai. etiam hab. *minoris*; *minutis* ex inscriptione huc insutum esse ratus I. G. coni. *spinosis*, ut tres lineae obscuriuscule scriptae coierint in literam *m* (minoris). Mox Guelf. *qui appell. G.* De *technicis* v. Wouwer. Polymath. c. 8. Voss. Institt. Oratt. 3, 4. quos laudavit I. G. Add. Cuper. Obss. 1, 11. p. 83 sq. ed. a. 1670. — *Disserendo* etc.] Guelf. *deserendo tam. impiger*, om. *non*. — *Apodictico*] Edd. vett. *ἀποδεικτικῷ* (*i. e. demonstrativo*); Guelf. *appodictico*; mox *cuiusque*; tam *appellat.*

ipsum illud et soleat quaeri, et debeat, quisquis liberaliter et benigne facit, qua mente quove consilio benignus liberalisque sit? Utrum, quia mutuam gratiam speret, et eum, in quem benignus sit, ad parem curam sui provocet, quod facere plerique omnes videntur? An, quia natura sit benevolus, benignitasque eum per sese ipsa et liberalitas delectet sine ulla recipiendae gratiae procuratione? Quod est omnium ferme rarissimum. Argumenta autem 5 censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua et minime controversa; idque apodixin vocari dicebat, cum ea, quae dubia aut obscura sunt, per ea, quae ambigua non sunt, illustrantur. Atque, ut ostenderet beneficos 6 liberalesque, ad id, quod de amicitia quaereretur, quasi argumentum exemplumve sumi non oportere. Eodem, inquit, simulacro, et eadem rationis imagine, amicitia invicem pro argumento sumi potest; si quis affirmet, homines beneficos liberalesque esse debere, non spe aliqua compendii, sed amore et studio honestatis. Poterit enim consimiliter ita di- 7 cere. Namque, ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur; sic benefici liberalesque non gratiae recuperandae studio esse debemus. Pot- 8

§. 4. *Quisquis*] Guelf. *quisque.* — *Curam* etc.] Steph. *gratiam prov.*, ex typorum errore, iudice I. G. Nostrum hab. certe edd. vett. Torn. et Guelf. — *Quia nat.*] Edd. ante Iunt. *quia a nat.*

§. 5. *Apodixin*] Edd. vett. ἀπόδειξιν (*i. e. expressionem et demonstrationem*). Guelf. *apodixim.* cf. Quintil. Inst. 5, 10, 7. — *Non*] Ed. Rom. om. *non.*

§. 6. *Et eadem*] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. *eademque.* — *Affirmet*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *affirmat.*

§. 7. *Recuperandae*] Iunt. Ald. *recipiend.*

erit sane, inquit, ita dicere: sed neque amicitia liberalitati, neque liberalitas amicitiae praebere argumentum potest, cum de utroque
9 pariter quaeratur. Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur perite et scienter: sed videlicet eum vocabula rerum vera igno-
10 ravisse. Nam beneficum et liberalem Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum esse censent, non eum qui, ut ipse ait, beneficia faeneratur; sed qui benigne facit, nulla tacita
11 ratione ad utilitates suas redundante. Non ergo obscuro, neque ambiguo argumento usus est, sed certo atque perspicuo. Siquidem, qui vere beneficus liberalisque est, qua mente be-
12 ne aut liberaliter faciat, non quaeriter. Aliis enim longe nominibus appellandus est, si, cum talia facit, sui potius quam alterius iuvandi
13 causa facit. Processisset autem argutatori isti fortassean reprehensio, si Cicero ita dixisset: *Ut enim benefice liberaliterque facimus, non*

§. 8. *Utroque*] Reg. *utraque*; quod recepit Long.

§. 9. *Videlicet*] Gryph. cum Ascens. 1519. *videre licet*; nostrum dederunt codd. omnes et edd. vett. atque Steph. V. ad 7, 22, 1. de infinit. post *scilicet*.

§. 10. *Tacita*] Reg. *citata*; unde Salm. *incitandi*, vel *incitatus*.

§. 11. *Neque ambiguo*] Guelf. *ambiguoque*; mox *venit* pro *vere*.

§. 12. *Cum* etc.] Edd. vett. praeter Iunt. *cum et tal. facit. Facit* pro *faciat* video etiam exstare in Iunt. Steph. et Guelf. Restitui cum Long. pro vulg. *faciat*, quod primum conspicio in ed. a. 1651. Deinceps Guelf. *pot. sui*.

§. 13. *Fortassean*] Inde ab Ald. *fortasse* tantum legebatur; *an* accessit e Guelf. Reg. Mem. Chifl. Pet. Lugd. ut. Torn. Sciopp. et edd. vett. ante Ald. — *Si*] Guelf. *sed*, et mox *videtur* pro *videretur*. —

ut exigamus gratiam; videretur enim benefice facere, etiam in non beneficum cadere posse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non per ipsam perpetuae benignitatis constantiam. Sed cum beneficos liberalesque dixerit, neque aliusmodi isti sunt, quam cuius esse eos supra diximus, illotis, quod aiunt, pedibus, et verbis reprehendit doctissimi viri orationem. 14

CAPUT VI.

Falsum esse, quod Verrius Flaccus in librorum secundo, quos *De obscuris M. Catonis* composuit, de *servo receptitio* scriptum reliquit.

M. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est: *Principio vobis mulier magnam dotem attulit; tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non com-* 1

Fieret] Hoc v. post *constant.* positum hab. Guelf.

§. 14. *Illotis* etc.] Ita Long. cum edd. vett. et Guelf., in quo est: *illotis autem pedib.* Vulg. *inlutis.* v. 1, 9, 8. — *Viri*] *Viri* est e Reg. Lugd. mai. et Torn. pro vulg. (Guelf.) *hominis.* cf. Wyttenb. Bibl. Crit. P. 12. p. 62 sq.

Cap. VI. *Lib. secundo*] Hoc ordine haec ante Steph. legebantur, qui invertit: *secundo lib.* Guelf. Reg. Pet. Lugd. ut. *libro secundo.* Reg. deinceps *quod* pro *quos;* et *servo recepto.* cf. Non. sub v. *serv. recept.*

§. 1. *Voconiam*] Cf. 20, 1, 23. Cic. de Fin. 2, 17. Plin. Paneg. c. 42. — *Vobis*] Edd. vett. *nobis;* correxit Steph., confirmantibus codd. etiam Guelf. Fruter. Verisimil. 2, 7. retinet *nobis*, *tum* omittit et *potestate* legit. Mox Reg. *committat.* — *Attulit*] Pro praesenti *attollit*, *adfert* positum dicit Sosipater Grammat. 8. probante Fruter. l. l. —

mittit; eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet.
2 Quaerebatur, *servus recepticius* quid esset. Libri statim quaesiti allatique sunt Verrii Flacci *De Obscuris Catonis*. In libro secundo scriptum inventum est, *recepticium servum* dici nequam et nulli pretii, qui, cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium, re-
3 ceptusque sit. Propterea, inquit, servus eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa compellaret.
4 Cum pace autem, cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiun-
5 tur, dictum hoc sit. *Recepticius* enim *servus* in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est, quam Verrius scripsit. Atque id cuivis facile
6 intellectu est. Res enim procul dubio sic est. Quando mulier dotem marito dabat, tum quae ex suis bonis retinebat, neque ad virum tramittebat, ea *recipere* dicebatur. Sicuti nunc

Viro etc.] Edd. vett. *mut. dat viro*; Iunt. Ald. *viro dat mut.* Guelf. vulgatum ordinem tuetur, sed pro *mutuam* hab. *mutuo*.

§. 2. *Flacci* etc.] Vv. *Flacci--secundo* om. Guelf. — *Inventum*] Reg. *et inv.*

§. 3. *Iubebatur*] Guelf. *videbatur*.

§. 4. *Cumque*] Guelf. *cum* sine *que*. Mox pro *capiuntur* I. G. ad c. 13, 9. laudat ex h. l. *ducantur*, quod h. l. nullibi conspicio.

§. 5. *Omnino*] Reg. *omni veo*, i. e. omni vero. *I. G.* — *Cuivis*] Edd. vett. nonnullae (ut Rom. Ven. 1409. Iunt.) *cuius*.

§. 6. *Recipere*] Mssti Gron. Guelf. et Sciopp.

quoque in venditionibus recipi dicuntur, quae excipiuntur, neque veneunt; quo verbo Plautus quoque in Trinummo usus est in hoc versu: 7

Posticulum hoc recepit, cum aedis vendidit:

id est, cum aedis vendidit, particulam quandam, quae post eas aedis erat, non vendidit, sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem volens: *Mulier*, inquit, *et magnam dotem dat, et magnam pecuniam recipit:* hoc est, [et magnam dotem dat, et magnam pecuniam] retinet. Ex ea igitur re familiari, quam sibi dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cum viro forte irata repetere instituit, apponit flagitatorem *servum recepticium*, hoc est, proprium servum suum, quem cum pecunia reliqua receperat, neque dederat doti, sed re- 8 9 10

reciperare. Dein Linc. om. *in.* Vv. *recipi dic.* om. Steph. cum edd. vett., nec hab. Linc.; hab. Reg. Lugd. mai. Torn. et nonnullae edd. vett. in marg.

§. 7. *Trinummo*] 1, 2, 157. — *Recepit*] Torn. Guelf. Iunt. Ald. *recipit.* — *Id est*, etc.] Vv. *id est, cum aed. v.* om. edd. vett.; Guelf. om. vv. *id est -- non vend.*

§. 8. *Ipse*] Guelf. *item.* — *Hoc est* etc.] Steph. omnia vv. *recipit: hoc est -- data* om., molestam fortasse repetitionem eorundem vv. ratus; restituit Torn. ex cod. suo et edd. vett., accedit Guelf. V. *retinet* Catoni etiam attribuunt Reg. et Lugd. mai. Vv. uncis seiuncta eiecit Gron. pat. Restitui, quippe quae exstant in omnibus libb. De v. *recipere* v. Gron. ad Senec. Consol. ad Marc. c. 10. quem laudavit I. G.

§. 9. *Sibi*] Cod. Torn. om. *sibi.*

§. 10. *Flagitatorem*] Reg. et Lugd. mai. *et fl.*; unde I.G. *ei fl.*, ut Salm. adscripserat. Recepit Long. Mox v. *servum* om. edd. nonnullae recentt., ut Ois.

tinuerat; non enim servo mariti imperare hoc
11 mulierem fas erat, sed proprio suo. Plura dicere, quibus hoc nostrum tuear, supersedeo: ipsa enim sunt per sese evidentia, et quod a Verrio dicitur, et a nobis. Quod utrum ergo videbitur cuique verius, eo utatur.

CAPUT VII.

Verba haec ex Atinia lege: QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EIUS. REI. AETERNA. AUCTORITAS. ESTO. P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto, quam de futuro cavisse.

1 Legis veteris Atiniae verba sunt: QUOD. SUPREPTUM. ERIT. EIUS. REI. AETERNA.
2 AUCTORITAS. ESTO. Quis aliud putet in

§. 11. *Et a* etc.] Ita Guelf. Reg. Mem. Pet. Lugd. ut. et Linc. pro: *et quod a nobis. Utrum ergo. Quod* ex supervacuo positum annotavit I. G., qui suspicatus est, Gell. fort. scripsisse: *Quod utr. ergo v. cunque verius*, ut supra: *quem in locum cunque.* Quid si ex more Gell. utroque loco retineas *quod*, et scribas: *et quod a nobis. Quod utr.* etc.? — *Verius* etc.] Guelf. *eo verius utatur.*

Cap. VII. *SUBREPTUM*] Codd. omnes ubique *subrutum* aut *subruptum*, ut annotavit etiam Sciopp. Guelf. h. l. *subscriptum*, in cap. *subruptum.* Dein Reg. pro *visa* hab. *facta.* Tum v. *furto* om. Steph. h. l., sed hab. p. 581. et hab. omnes codd. Gron. Guelf. et Torn., hab. edd. vett. (nisi quod Iunt. om. in indice capp.; et Connell. dedit: *de praet., quam de fut. furto cav.*); hinc restituendum erat; quod male neglexit ed. Bip., quum I. G. etiam neglexisset. De lege At. consule Heinecc. Antiq. Rom. ad Instit. L. II. T. VI. §. IV. et Ois. ad h. l.

§. 2. *Aliud*] Codd. Gron. Guelf. et Sciopp. *alius*; quod recepit Long.

hisce verbis, quam de tempore tantum futuro legem loqui? Sed Q. Scaevola, patrem suum, 3
et Brutum, et Manilium, viros apprime doctos, quaesisse, ait, dubitasseque, utrumne in post – facta modo furta lex valeret, an etiam in ante – facta? quoniam QUOD. SUBREPTUM. ERIT. utrumque tempus videretur offendere, tam praeteritum, quam futurum. Itaque P. 4
Nigidius, civitatis Romanae doctissimus, super dubitatione hac eorum scripsit in quarto vicesimo *Commentariorum Grammaticorum:* atque ipse quoque idem putat, incertam esse temporis demonstrationem; sed anguste per- 5
quam et obscure disserit, ut signa rerum ponere videas, ad subsidium magis memoriae suae, quam ad legentium disciplinam. Vide- 6
batur tamen hoc dicere, verbum *esse* et *erit*, quando per sese ponuntur, habent atque re-

§. 3. *Viros*] Idem v. *viros* om. cum Reg. — *Furta*] Guelf. *futura*; mox *antea facta.* — *Quoniam* etc.] Vulg. *quoniam s. er.; quod* adiunxi ex Guelf. et edd. vett.; revocaverat iam Long.; *quoniam* autem om. Guelf. — *Videretur*] Guelf. *videtur.*

§. 4. *Quarto vic.*] Ita edd. vett. ante Iunt.; Long. cum Ald. scripsit: *XXIIII.* Vulg. (Guelf.) *tertio vic.* Iunt. *vigensimo quarto.* — *Commentar.* etc.] Ita Ald.; edd. ante Ald. *Commentar. comat. s. commatic.* Iunt. et Guelf. om. v. *Grammat.* Vulg. inde a Steph. ordine inverso legebatur: *Grammat. comment.* Codd. Gron. et Sciopp. pro *Gramm.* dant *cammatic., camatic.* aut *commatic.* V. c. 13. fin.

§. 5. *Videas*] Salm. adscripsit: fort. *iudices s. iudicet.*

§. 6. *Videbatur*] Guelf. *videbantur.* — *Dicere,* etc.] Reg. et Lugd. mai. innuebant: *V. t. hoc dicere suum, verbum et esse et erit. I. G.* Prius istud *et* recepit Long. — *Sese*] Guelf. *se*; mox *verbo* pro *vero.* —

tinent tempus suum; cum vero praeterito iunguntur, vim temporis sui amittunt, et in
7 praeteritum contendunt. Cum enim dico: *in campo est*, et: *in comitio est*, tempus instans significo: item cum dico: *in campo erit*, tempus futurum demonstro: at cum dico: *factum est*, *scriptum est*, *subreptum est*; quanquam *est* verbum temporis sit praesentis, confunditur tamen cum praeterito, et praesens esse
8 desinit. Sic igitur, inquit, etiam istud, quod in lege est; si dividas separesque duo verba haec: *subreptum* et *erit*, ut sic audias *subreptum*, tanquam: *certamen erit*, aut: *sacrificium erit*, tum videbitur lex in post-futurum loqui; si vero copulate permixteque dictum intelligas, ut *subreptum erit* non duo, sed unum verbum sit, idque unita patiendi declinatione sit: tum hoc verbo non minus praeteritum tempus ostenditur, quam futurum.

Iunguntur] Steph. contra libb. *iugantur*. Dein pro *contendunt* in marg. edd. Gryph. 1542. 1591. et H. de Marn. legitur: *concedit*, quod placebat etiam Gron. patri.

§. 7. *Et*] *Et* addidi e Reg. et Lugd. mai. — *Significo*] Guelf. *significat*; mox *ac* pro *at*. — *Sit praesentis*] Guelf. om. vv. *sit pr*.

§. 8. *Haec:* etc.] Guelf. *hoc subrupt. tantum certam.* reliquis omissis. — *Tum*] Edd. ante Iunt. *tunc*. — *Unita*] Guelf. et edd. vett. praeter Iunt. *unica*, quod restituit Long. Ed. Brix. hab. *tunica*. — *Tum*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *cum*; Bonon. *tunc*.

CAPUT VIII.

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitarique eiusmodi solita: cur oleum saepe et facile, vina rarius congelascant, acetum haud fere unquam; et quod aquae fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur.

Philosophus Taurus accipiebat nos Athe- 1
nis coena plerumque ad id diei, ubi iam ve-
sperascerat. Id enim est tempus isthic coenan- 2
di. Frequentis eius coenae fundus et firmamen-
tum omne erat in olla una lentis Aegyptiae,
et cucurbitae inibi minutim caesae. Ea quo- 3
dam die ubi paratis et exspectantibus nobis
allata atque imposita mensae est, puerum iu-
bet Taurus oleum in ollam videre. Erat is 4

Cap. VIII. *Eiusmodi*] Steph., invitis libb., *huiusmodi*, quod correxerat I. G.; nescio cur restituerit *huiusm.* edit. Bip. — *Quod*] Edd. vett. praeter Iunt. *cur* pro *quod*.

§. 2. *Coenandi* etc.] Legebatur: *coenandi frequens. Eius c.*; Bourdel. adscripsit: *coenandi. frequens eius*; idem in Salmas. exemplari annotatum est. Nostrum in Reg. exstat, et praeferebat iam I. G.; velle Gellium, multos accubuisse ex liberalitate Tauri, sed parca; hinc coenam eum vocare *frequentem*. Long. edidit: *coen. frequentis. Eius c.* etc. Ex eodem Reg. et Lugd. mai. et Torn. recepi *firmamentum* in locum vulg. *fundament*. Nullam inesse venustatem in vv. *fundus et fund.* ita iunctis intellexit I. G., qui comparat Afranii: firmamentum familiae. Nescio qua ratione adductus Long. omiserit vv. *fund. et firm.* s. *fundam.* Deinceps *in olla* scripsi cum edd. vett. pro vulg. *aula*, omissa praepos. *in*, cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 409. De *olla* v. Ois. et de lente Aegyptia Bochart. in Phaleg. 5, 3. quem laudavit I. G.

§. 3. *Videre*] I. e. petere, arcessere. V. Gron.

puer genere Atticus, ad annos maxime natus octo, festivissimis aetatis et gentis argutiis scatens. Guttum Samium oretenus imprudens inanem, tanquam si inesset oleum, affert, convertitque eum; et, ut solitum est, circumegit per omnem partem ollae manum, nullum inde ibat oleum. Aspicit puer guttum atrocibus oculis stomachabundus, et concussum vehementius iterum in ollam vertit; idque cum omnes sensim atque summissim rideremus, tum puer Graece, et id quidem perquam Attice: *Μὴ γελᾶτε*, inquit, *ἵνι τοὔλαιον ἀλλ' οὐκ ἴστε, οἵα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον· καὶ κεκρυστάλλωται.* Verbero, inquit ridens Taurus, nonne is curriculo, atque oleum petis? Sed cum puer foras emtum isset, nihil ipse ista mora offensior: Olla, inquit, oleo indiget; et, ut video, intolerandum fervit; cohibeamus

ad Liv. 21, 2. fin. quem laudat I. G. Valg. *indere*; Linc. et Ms. Salm. *videre*; idque malebat iam Gron. pat.; Lugd. min. *edere* prima litera ante *e* erasa. Guelf. *radere*.

§. 4. *Festivissimis* etc.] Edd. vett. hab.: *festivissimus, aetatis et g.* etc., quod etiam ferri possit. — *Gentis*] Atheniensium. De Gutto Sam. v. Voss. Etymol.

§. 7. *Idque cum*] Edd. ante Iunt. *id cum*, omisso *que*. — *Summissim*] Reg. et Lugd. min. cum Iunt. *summussim*. *Summussi* dicebantur murmuratores, Fest. — *Καὶ*] Ex edd. vett. ante Ald. addidi *καί*, quod reddunt: *Igitur s. itaque*.

§. 8. *Is*] Cf. Pric. ad Appul. Apol. p. 148. *I. G.* Deinceps Guelf. hab. *curicula*; mox *oleum ind.* pro *oleo ind.* — *Intolerandum*] Reg. *intoleratidum*; quod Bourdel. explicat: *intolerantidum*, Salmas. *intoleratimdum*; unde hic coni. *interim dum*, copula *et* deleta, quae non exstat in eodem cod. *I. G.* —

manus: atque interea, quoniam puer nunc admonuit solere oleum congelascere, consideremus, cur oleum quidem saepe et facile, sed vina rarenter congelascant? Atque aspicit me, 9
et iubet, quod sentiam, dicere. Tum ego re- 10
spondi, coniectare me, vinum idcirco minus cito congelascere, quod semina quaedam caloris in sese haberet, essetque natura ignitius; ob eamque rem dictum esse ab Homero οἶνοπα οἶνον, non, ut alii putarent, propter colorem. Est quidem, inquit Taurus, ita ut dicis; nam 11
ferme convenit, vinum, ubi potum est, calefacere corpora. Sed non secus oleum quoque 12
calorificum est: neque minorem vim in corporibus calefactandis habet. Ad hoc, si ista 13

Puer nunc] Guelf. *"nunc "puer.* — *Facile, sed*] Ita Reg. Vulg. (Guelf.) *facile stet* pro *fac. sed.* Lugd. mai.: *sepe et faciles et vina r.*; unde ortum *stet.* V. *quidem* (quod hab. etiam Torn.) om. Steph.; post *consideremus* positum hab. Gryph. De oleo congelascendo sive non congelascendo v. Muret. VV. LL. 13, 11. Titii Controvers. 6, 7. et Ois.

§. 9. *Quod*] Edd. vett. (praeter Connell.) cum Guelf. *quod.* Vulg. *quid.*

§. 10. *Minus* etc.] Guelf. *scito nimis cal.* — *Congelascere*] Vulg. *coalesc.*; Guelf. *calescere*; Thuan. *convalesc.*; nostrum Reg. dedit. — *Homero*] Od. 14, 447. Il. 1, 462. ibiq. Ernest. Macrob. Sat. 7, 12. p. 672.

§. 11. *Inquit*] Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. om. *inquit.*

§. 12. *Oleum quoque*] Ita pro vulg. *quoque ol.* scripsi cum edd. vett. — *In*] Praeposit. om. Sciopp. Deinceps *cal.* dedit Steph., ante quem erat (Guelf.) *calefaciendis*; Reg. *calefacand.*; Thuan. *calefatand.*; Lugd. mai. *caleficand.* Macr. Steph. lectionem confirmat.

§. 13. *Si ista* etc.] Reg. *si ita est -- cogantur*; (Lugd. mai. *si ita haec.*) unde Salmas. *si ita est, ut, quae c. sunt, d. g. cogantur.*

haec, quae calidiora sunt, difficilius gelu coguntur, congruens est, ut, quae frigidiora
14 sunt, facile cogantur. Acetum autem omnium maxime frigorificum est: atque id nunquam
15 tamen concrescit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in levitate est? Faciliora enim ad coeundum ideo videntur, quae levatiora levioraque sunt. Praeterea id quoque
16 ait quaeri dignum: cur fluviorum et fontium aquae gelu durentur: mare omne incongelabile sit? Tametsi Herodotus, inquit, historiae scriptor, contra omnium ferme, qui haec quaesiverunt, opinionem, scribit, mare Bosporicum, quod Cimmerium appellatur, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur,
17 gelu stringi et consistere. Dum haec Taurus, interea puer venerat et olla deferbuerat: tempusque esse coeperat edendi et tacendi.

§. 14. *Frigorificum*] Guelf. *frigoricum*. — *Nunquam* etc.] Macr. *tamen numquam gelu stringitur*. Ceterum omnem sermonem aliter constituit Macr., ita tamen ut vestigia orationis Gellianae non lateant.

§. 15. *Ideo*] Edd. vett. praebuerunt *ideo*, quod vulg. deerat. Pro eo Guelf. hab. *non*.

§. 16. *Mare*] Scil. mediterraneum et cognitum. Pro *omne* Guelf. hab. *e e* i. e. esse. — *Herodotus*] 4, 28. — *Historiae*] Macr. *historiarum*. — *Opinionem*] Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. om. v. *opinionem*. — *Quod* etc.] Macr. *quod et Cim. appellat. Cimmerium* edidit Long. cum Guelf. Steph. edd. vett. pro *Cimmericum*. — *Gelu* etc.] Macr. *id gelu constringi et cons.*

CAPUT IX.

De notis literarum, quae in C. Caesaris epistolis reperiuntur, deque aliis clandestinis literis ex vetere historia petitis: et quid σκυτάλη sit *Laconica*.

Libri sunt epistolarum C. Caesaris ad C. 1
Oppium et Balbum Cornelium, qui rebus eius
absentis curabant. In his epistolis quibusdam 2
in locis inveniuntur literae singulariae sine
coagmentis syllabarum, quas tu putes esse
positas incondite; nam verba ex iis literis con-
fici nulla possunt. Erat autem conventum 3
inter eos clandestinum de commutando situ
literarum; ut in scripto quidem alia aliae lo-
cum et nomen teneret, sed in legendo locus
cuique suus et potestas restitueretur: quaenam 4
vero litera pro qua scriberetur, ante iis, sic-
uti dixi, complacebat, qui hanc scribendi late-
bram parabant. Est adeo Probi grammatici 5

Cap. IX. Σκυτάλη] Graece hoc v. scripsi cum edd. vett., quum vulg. legeretur *scytale*. Guelf. hab. *et sic tale sit laconita*.

§. 1. *Rebus*] *Rebus* pro *res* recipiendum erat e Reg. et Lugd. mai. V. quae exempla laudavit I. G. et Ruddimann. II. p. 149. annot. 10. fin.

§. 2. *Literae*] Steganographiae hoc specimen est, a qua differt tachygraphia, quam dicunt, quae in notis Tironianis conspicitur. Cf. Hugo de prima scrib. orig. p. 176 sqq. ed. Trotz. — *Esse*] V. *esse* adiunxi ex edd. ante Iunt. Facile ita scriptum: *e͂e*, ut est in edd. vett., excidere potuit.

§. 4. *Litera*] V. *litera* om. Steph. et cod. Pet.; hab. reliqui codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett. Deinceps Long. pro *scrib.* hab. *subderetur*, Iunt. Ald. secutus. Tum *sicut* pro *sicuti* est in edd. vett. v. 12, 13; 9.

§. 5. *Probi*] Alius Probi libellus est *de notis*

commentarius satis curiose factus *De occulta literarum significatione epistolarum C. Caesaris scriptarum.* Lacedaemonii autem vete-
6 res, cum dissimulare et occultare literas, publice ad imperatores suos missas, volebant, ne, si ab hostibus eae forent captae, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mit-
7 tebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdemque longitudinis,
8 derasi atque ornati consimiliter; unus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi magistratus cum iure atque cum signo
9 habebant. Quando usus venerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicae tenuitatis, longum autem, quantum rei satis erat, complicabant, volumine rotundo et simplici; ita uti orae adiunctae undique et cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent.

Romanorum, qui cum eo, de quo hic sermo est, non confundendus est.

§. 6. *Eae forent*] Sic Reg.; edd. vett. Guelf. et cod. Palat. Gebhard. Antiqq. LL. 2, 18.: *ab h. exceptae forent.* Iunt. *ab h. captae for.* Steph. e codd. dedit: *eae captae forent*; et sic libri nonnulli Gron. hab. aut: *hae c. f.*, aut: *eae capite f.* De re cf. Plutarch. vit. Lys. c. 19. Schol. Thucyd. 1, 131. Hugo l. l. c. 15. *Classical Journal*, 1811. p. 108 sq.

§. 7. *Surculi d.*] Reg. et Linc. *singuli d.* Lugd. min. *Siuf surculi d.*; deinceps Lugd. mai. *terra et ef obloculi*; *obloculi* pro *oblong.* hab. etiam Reg. Guelf. om. vv. *obl. pari cr.* et *que* post *eiusd.* De longitudine Triclinii loc. ad Pindar. Olymp. 6. adscripsit Ois. — *Ornati*] Salmas. coni. *tornati*; quod Gryph. edd. 1539. 1542. 1591. et H. de Marn. in marg. hab.

§. 9. *Lorum*] Apud Graec. ἱμὰς, δέρμα. Guelf. hab. *surculum circulum lorum.* — *Et*] Edd. ante Iunt. *ac.* Dein Steph. *ut.*

Literas deinde in eo loro per transversas iun- 10
cturarum oras, versibus a summo ad imum
proficiscentibus, inscribebant: id lorum literis 11
ita perscriptis revolutum ex surculo imperatori,
commenti istius conscio, mittebant: resolutio 12
autem lori literas truncas atque mutilas red-
debat; membraque earum et apices in partis
diversissimas spargebat. Propterea si id lorum 13
in manus hostium inciderat, nihil quidquam
coniectari ex eo scripto quibat. Sed ubi ille, 14
ad quem erat missum, acceperat, surculo com-
pari, quem habebat, capite ad finem, perinde
ut debere fieri sciebat, circumplicabat: atque
ita literae per ambitum eundem surculi coa-
lescentes rursum coibant; integramque et in-
corruptam epistolam, et facilem legi, praesta-
bant. Hoc genus epistolae Lacedaemonii Σκυ- 15
τάλην appellant. Legebamus id quoque in 16
vetere historia rerum Punicarum, virum in-
didem quempiam illustrem (sive ille Hasdrubal,
sive quis alius est, non retineo) epistolam scri-
ptam super rebus arcanis hoc modo absconditisse; pugillaria nova, nondum etiam cera 17
illita, accepisse; literas in lignum incidisse;

§. 11. *Ita perscr.*] Guelf. om. vv. *ita perscr.* — *Istius*] Vulg. *illius*; Reg. et Torn. *istius*.

§. 12. *Diversissimas*] Guelf. *diversimodas*.

§. 13. *In manus*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *in manibus*. Mox edd. vett. praeter Iunt. pro *scripto* hab. *loro*. Guelf. *libro*.

§. 14. *Capite* etc.] Edd. vett. *capto, ad fin. perinde* (Iunt. *proinde*) etc. Mox edd. ante Iunt. om. *ita*.

§. 15. *Appellant*] Guelf. *appellabant*.

§. 16. *Rerum*] Polybium designari adscripsit Sciopp. Rem narrat etiam Aeneas Tactic. Poliorcet. c. 31.

§. 17. *Illita*] Guelf. *illata*. —

postea tabulas, uti solitum est, cera collevisse: easque tabulas tanquam non scriptas, cui facturum id promiserat, misisse; eum deinde ceram derasisse, literasque incolumes ligno in-
18 cisas legisse. Est et alia in monumentis rerum Graecarum profunda quaedam et inopi-
19 nabilis latebra, barbarico astu excogitata. Histiaeus nomine fuit, loco natus in terra Asia
20 non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio rex
21 Darius. Is Histiaeus, cum in Persis apud Darium esset, Aristagorae cuipiam res quasdam
22 occultas nuntiare furtivo scripto volebat. Comminiscitur opertum hoc literarum admirandum. Servo suo, diu oculos aegros habenti, capillum ex capite omni, tanquam medendi gratia, deradit, caputque eius laeve in literarum formas compungit. His literis, quae volnerat,
23 perscripsit. Hominem postea, quoad capillus

Collevisse] Edd. vett. *collivisse*, Bonon. Ven. 1509. *collinisse*, Iunt. *collevisse*. — *Cui* etc.] Vulg. *cui futurum id praedixerat*. Nostram lectionem dederunt Lugd. mai. et Reg.; intellig. *se*. cf. 7, 18, 10. *facturum* hab. etiam Torn.; *fectur*. Pet.; *cuius factur*. Lugd. min.; *factum* Guelf. Linc.; Iunt. *cui actur. id praed.; praed.* hab. etiam Guelf. qui deinceps *m. eundem ceram*.

§. 18. *Monumentis*] Cf. Herodot. 5, 35. — *Graecarum*] Guelf. corrupte: *ergo carum*.

§. 19. *Histiaeus* etc.] Guelf. *hiscens noram fuit* pro: *Histiaeus* etc.

§. 21. *Histiaeus*] Guelf. *hiscens*.

§. 22. *Capillum*] Cf. Cels. 6, 6, 8. et 15. — *Compungit*] Guelf. et edd. vett. praeter Iunt. *compingit*; quod v. alium sensum hab. Herod. ἔστιξε, i. e. literas stigmatitias impressit, s. literas stigmate capiti eius inussit. Ois. — *Perscripsit*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *scripsit*.

§. 23. *Quoad*] Gifan. in Obss. ling. lat. ex vet.

adolesceret, domo continuit. Ubi id factum 24
est, ire ad Aristagoram iubet; et, cum ad 25
eum, inquit, veneris, mandasse me dicito, ut
caput tuum sicut nuper egomet feci, deradat.
Servus, ut imperatum erat, ad Aristagoram 26
venit, mandatumque domini affert. Atque 27
ille id non esse frustra ratus, quod erat man-
datum, fecit. Ita literae perlatae sunt.

CAPUT X.

Quid de versibus Virgilii Favorinus existimarit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnae Pindarum poëtam secutus est: collataque ab eo super eadem re utriusque carmina et diiudicata.

Favorinum philosophum, cum in hospitis 1
sui Antiatem villam aestu anni concessisset,
nosque ad eum videndum Roma venissemus,
memini super Pindaro poëta et Virgilio in
hunc fere modum disserere: Amici, inquit, 2

lib. *quod* i. e. *quoad* legi malebat. Vulgat. servant codd. Gron. et Guelf. atque edd. vett. et Steph.

§. 24. *Aristagoram*] Lugd. mai. bis *Aristagoran.* V. ad 2, 22, 9.

§. 27. *Perlatae*] Sciopp. *perlectae.*

Cap. X. *Ab* etc.] Guelf. om. vv. *ab -- utriusque.* — *Diiudicata*] Reg. *indiiud.*; quod quum non potuerit non venisse ab Gellio, tum collige ex ipsa capitis historia. *I. G.* Recepit Long.

§. 1. *Roma*] Guelf. *Romam.* — *Fere*] Edd. vett. Steph. et Guelf. *fere* pro *ferme.* cf. c. 21, 3. 16. 19. 37. 42. 46. 18, 5, 11. Utrumque idem. V. Zumpt. Gramm. lat. p. 223. *Ferme* tamen video plurimis locis sine lectionis varietate in his libb. legi. V. c. 8, 16. Supr. 1, 5, 2.: 8, 2.: 20, 3. 17, 5, 4. 17, 21, 11. 36. 40.

familiaresque P. Virgilii in iis, quae de ingenio moribusque eius memoriae tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus
3 more atque ritu ursino. Namque, ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id postea, quod ita edidisset, conformaret et fingeret; perinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie et imperfecta: sed deinceps tractando, colendoque
4 reddere iis se oris et vultus lineamenta. Hoc virum iudicii subtilissimi ingenue atque vere dixisse, res, inquit, [ipsa verum] indicium
5 facit. Nam, quae reliquit perfecta expolitaque, quibusque imposuit census atque dilectus sui supremam manum, omni poëticae venustatis
6 laude florent: sed quae procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, et absolvi, quoniam mors praeverterat, nequiverunt, nequaquam

§. 2. *Moribusque*] Guelf. *moribus* sine *que*; idem mox om. *eum*; tum hab. *sese* pro *se*; et *verso* pro *versus*.

§. 3. *Bestia*] V. Ois. et quos laudavit Aristot. (Hist. An. 6, 30.) Aelian. (Hist. An. 2, 19.) Plin. (H. N. 8, 36. 16, 53.) alios. Bochart. Hieroz. 3, 9. V. 2. p. 141. ed. Rosenmüll. — *Lambendoque*] Reg. *lambendo*, omisso *que*; quod delevit Long — *Reddere*] Lambec. annotavit *addere*; inde Gron. pat.: f. *addere se iis*, et sic Reg." In Reg. hoc non cognovit I. G.

§. 4. *Virum*] Guelf. *verum*; mox *ingenue vere atque dix.* — *Indicium*] Steph. *iudic.*, eiectis cum Iunt. vv. *ipsa verum*, quae non exstant in vett. libb. Gron. Restituit tamen Long. cum edd. vett.; Guelf. exhibet: *res inq. que* (quae) *facit iuditium facit.*

§. 5. *Quibusque*] Guelf. *quibus* (sine *que*) *imp. sensus atq. delect.*

§. 6. *Praeverterat*] Guelf. *pervert.* —

poëtarum elegantissimi nomine atque iudicio digna sunt. Itaque cum, morbo oppressus, 7 adverſtare mortem videret, petivit oravitque a suis amicissimis impense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adolerent. In iis 8 autem, inquit, quae videntur retractari et corrigi debuisse, is maxime locus est, qui de monte Aetna factus est. Nam cum Pindari veteris poëtae carmen, quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est, aemulari vellet, eiusmodi sententias et verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima pinguique esse facundia existimatus est, insolentior hoc quidem in loco tumidiorque sit. Atque uti vosmetipsos, inquit, eius, quod 9 dico, arbitros faciam, carmen Pindari, quod

Poëtarum] Edd. ante Iunt. *poëtae.*

§. 7. *Petivit*] Testamento. cf. Plin. H. N. 7, 30. Serv. ad Virg. Aen. 1. init. — *Nondum*] Guelf. tantum *non.* — *Elimavisset*] Steph. *elimasset*; contra Guelf. Ms. Pembroc. et Gron. omnes praeter Lugd. min. De re cf. Macrob. Sat. 1, 24. Deinceps *adol.* pro (Guelf.) *abol.* scripsi cum codd. Gron. omnibus Ms. Pembroc. Steph. et ed. Iunt. Comburi Aeneidem iusserat Virgilius. Vulgatum defendit V. D. *A.* in Miscell. Belgg. l. supra (1, 4.) l. p. 439 sq. *Adolere* enim proprie non significare *cremare*, sed ut Serv. doceat ad Virg. Aen. 1, 704. *augere.* Sed in sacrificiis eam verbi significationem per εὐφημισμὸν esse receptam; quare, quum hic de simplici crematione agatur, *abolere* minime mutandum esse, praecipue quum Sulpicii Apollinaris epigramma notissimum, *abolere* in hac ipsa re utatur. Comparat etiam Virg. Aen. 4, 497. Suet. Tiber. 61. Domit. 7. Addit, *ab* et *ad* in compositis verbis fere semper commutari.

§. 8. *Et*] Edd. ante Iunt. *aut.* — *Aemulari*] Cf. Macrob. 5, 17. Turneb. Advers. 20, 18.

est super monte Aetna, quantulum mihi memoriae est, dicam:

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἀγνότατοι
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
δ' ἀμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο χρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι.

Audite nunc, inquit, Virgilii versus, quos inchoasse eum verius dixerim, quam fecisse:

Portus ab accessu ventorum immotus, et ingens

§. 9. *Mihi* etc.] Ita edd. vett. et Guelf.; vulg. *q. est mihi mem.* In Macrob. est *q. mihi est mem.* — Τᾶς etc.] V. Pind. Pyth. 1, 40. (21. Boeckh.) Edd. vett. Macr. praeponunt vv.: Κίων Δ' οὐρανία συνέχει Νιφόεσσ' Αἴτνα πάνετες Χιόνος ὀξείας τιθήνα Τᾶς ἐρ. κ. τ. λ.; contra in fine om. (Gryph.) vv. τέρας μὲν κ. τ. λ. Edd. Gell. ante Ald. continua serie exhibent hos vers. — Αἴθων'] Edd. ante Ald. *αἴθωνα.* — Πέτρας] V. *πέτρας* om. Sciopp. et edd. vett. ante Ald.; in translatione latina illud om. etiam Ald. — Κεῖνο etc.] Edd. ante Ald. *κείνους δ' Ἡφ. κρ. ἕρποντας.* — Ἑρπετὸν] Illud Vulcani reptile, ille ignis sic volutus more suo subiicit ac in altum summittit scatebras horroris plenas. *I. G.* V. etiam Ois. et Boeckh. Explicatt. ad Pindar. p. 230.

§. 10. *Virgilii* etc.] Aen. 3, 570 sqq. Macr. *Virg. v., ut inch. eum verius, quam perfecisse dicatis.* — *Feci se*] Post hoc v. Guelf. add. *Virgilius.* cf. 15, 6, 3. 15, 24. 18, 5, 7. — *Ab accessu*] Reg. *et acc.*, quod recepit Long.

Ipse; sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
Turbine fumantem piceo, et candente favilla,
Attollitque globos flammarum, et sidera lambit:
Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo.

Iam principio, inquit, Pindarus, veritati magis 11
obsecutus, id dixit, quod res erat, quodque istic usu veniebat, quodque oculis videbatur, interdius fumare Aetnam, noctu flammigare: Virgilius autem, dum in strepitu sonituque 12
verborum conquirendo laborat, utrumque tempus, nulla discretione facta, confudit. Atque 13
ille Graecus quidem fontes imitus ignis eru-

§. 11. *Iam*] Macr. *in*; idem mox om. *magis* et *id*; dein hab. *erat, quodque illic ocul. deprehenditur, interdiu* etc. — *Erat*] Steph. edidit *est*; nostrum confirmant edd. vett. Torn. et Guelf. — *Interdius*] Ex Lugd. dedi *interdius* pro *interdiu*; illud ex Plauto sumsisse Gell. admonuit I. G. V. Ruddimann. I. p. 120. Lugd. min. hab. *interdii*. Vulgat. firmat Macr. — *Flammigare*] Guelf. *flamigrare*.

§. 12. *Confudit*] Ita scripsi secutus Macr. (qui ante exhibet *laboravit*) Reg. Lugd. mai. Guelf. Torn. et Iunt. Ald. pro *confundit*. Praecessit: *Pindarus — dixit*. (Edd. tamen vett. Macr. dant: *laborat* et *confund.*) Ceterum Virgilium potius veritati obsecutum esse, quam Pindarum, observavit I. G.

§. 13. *Graecus* etc.] Olim (hic et ap. Macr.)

ctare, et fluere amnis fumi, et flammarum fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre quasi quosdam igneos angues, luculente
14 dixit: at hic noster, *atram nubem turbine piceo et favilla fumantem*, ῥόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari volens, crasse et immodice con-
15 gessit; *globos* quoque *flammarum*, quod ille κροννοὺς dixerat, duriter et ἀχύρως transtulit.
16 Item quod ait: *sidera lambit*, vacanter hoc
17 etiam, inquit, accumulavit et inaniter. Neque non id quoque inenarrabile esse ait, et propemodum insensibile, quod *nubem atram fumare* dixit *turbine piceo et favilla candente.*
18 Non enim fumare, inquit, solent, neque atra esse, quae sunt candentia: nisi si *candente* dixit pervulgate et improprie pro ferventi fa-

legebatur: *Graecos* (edd. ante Ald. et Guelf. *Graecus*) *quidem fontes imitatus, ignis eructare* (edd. vett. et Guelf. *eructari*) etc.; nostram lectionem dedit Lips. Elect. 2, 3. Codd. autem hab. *imis* et *eructari*; unde I. G. *Graecus q. f. imis atriis ignis eructari*; *imis atrIs* scriptum fuisse, quod imminutum in *imisatris* occasionem dederit participio *imitatus*. Praeterea edd. vett. et Guelf. *omnes* hab. pro *amnis*. Vett. scriptores contraria elementa sic iunxisse, ut h. l. *fontes ignis, amnes fumi* pluribus exemplis probavit I. G. — *Fulva*] Edd. vett. ante Iunt. et Guelf. *per fulva*. An *perfulva?* — *Angues*] Edd. vett. et Steph. *amnes*; ita etiam Macrob.; sed ed. Macrob. Gryph. a. 1556. dat *angues*, quod h. l. confirmant Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet., idque restitui volebat iam Lips. l. l. comparans Pindari ἑρπετόν.

§. 14. *Fumantem*] Macr. et Guelf. *fumante*.

§. 15. *Ille* etc.] Guelf. *ille G. grunus d.*; mox pro ἀχύρ. dat *grecum*. Macr. *durit. posuit et dd.*

§. 16. *Accumulavit*] Linc. *aereum accumul.*

§. 18. *Nisi*] Macr. *nisi forte*. Idem om. vv. *ignea et*. Pro *candente* Guelf. et edd. vett. Gell. hab. *candenti*; ut mox est *ferventi* et *relucenti*, ubi

villa, non pro ignea et relucenti. Nam *candens* scilicet [est] a candore dictum, non a calore. Quod *saxa* autem *et scopulos ērūctari et erigi*, eosdemque ipsos statim *liquefieri, et gemere, atque glomerari sub auras* dixit, hoc, inquit, nec a Pindaro scriptum, nec unquam fando auditum, et omnium, quae monstra dicuntur, monstruosissimum est. 19

CAPUT XI.

Quod Plutarchus in libris Symposiacis opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi fistulaeque eius, quae τραχεῖα dicitur, adversum Erasistratum medicum tutatus est, auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

Et Plutarchus et alii quidam doctì viri, 1
reprehensum esse ab Erasistrato, nobili medico, Platonem, scripsere, quod potum dixit defluere ad pulmonem, eoque satis humectato dimanare

tamen Steph. *relucente*. — *Est*] Lugd. ut. et Guelf. *et*, quod adscripsit etiam Bourdel.; inde Gron. pat. coni. *e˜e* i. e. *esse*; ut c. 5, 9.: videlicet-eum *ignoravisse*. Verb. prorsus om. Macr. Propterea uncis seiunxi. In ed. Macr. Gryph. 1542. legitur: *cand. est a cand.* omisso v. *scilicet*.

§. 19. *Saxa*] Macr. om. v. *saxa* et copulam *et*; tum hab. *eruct.* vel *ereet.* — *Monstruosissimum*] Edd. Bonon. Steph. et Guelf. *monstruos.*; Iunt. *monstruosum*. Vulg. *monstros*. Pro *est* edd. ante Iunt. et Guelf. hab. *esse*.

Cap. XI. *Symposiacis*] Lib. 7, 1. — Τραχεῖα] Guelf. *trachia*.

§. 1. *Quidam*] Guelf. *quidem*. — *Platonem*] Timaeo. — *Potum*] Guelf. *platum*. Reg. Lugd. mai. et Sciopp. *plotum*; Lugd. min. *plopotum*; apparet, inquit I. G., clare, dixisse auctorem aliquid *prolu-*

per eum, quia sit rimosior, et confluere inde in vesicam, errorisque istius fuisse Alcaeum ducem, qui in poëmatis suis scriberet:

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

2 Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculenta omnia et potulenta: ex eoque ferri in ventriculum, quae Graece ἡ κάτω κοι-

tum. Deinceps Reg. *defl. et pulm.* Macr. Sat. 7, 15. *potum per arteriam quae trachia* (τραχεῖα) *dicitur febris pulmonis allabi.* Mox *dimanare* hab. edd. vett. et Guelf. pro *deman.* — *Rimosior*] Reg. et Lugd. (mai.?) *pmosior*, et primae literae superinscripta est nota, quae solet explanari in *pri.* Inde I. G. coni. *perrimosior.* Guelf. *responsior.* — *Inde*] Guelf. *inede*, s. *iuede.* — *Poëmatis*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *poëmatibus.* V. 1, 2, 6. — Τέγγε etc.] Ante Steph. inde ab Ald. legebatur: Τόντε πνεύμωνα οἴνῳ· — τὸ γ. ἄκρον περιστέλλεταί; quod transferebatur: Pulmonem vino; summum enim contrahitur; πνεύμονα est in codd. omnibus. Edd. vett. τόν τε πνεύμωνα οἴνῳ: τὰ γὰρ περιτέλ. s. περιστέλ. s. περισέλ. spatio fere dimidii versus inter γὰρ et περιτ. relicto; additaque translatione: *pulmonem vino.* Iunt.: οἴνῳ πνεύμονα τέγτε (τέγγε). τὸ γὰρ ἄκρον περιτέλ. addita eadem translatione. v. Steph. Specim. Emendd. p. 143. Macr. Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, Τὰ γὰρ ἄκρον περιστέλλεται. cf. Athenaei 1, 19. 10, 8. Zeun. ad Macr. p. 846. Alc. fragmm. ed. Stange.

§. 2. *Quasi* etc.] Macr. *fistulas instar canalium, easque* etc. — *Deduci*] Macr. *induci.* — *Potulenta*] Ita Reg., Bourdel. ex codd., Sciopp. et Iunt. pro *poculenta*, quod hab. etiam Macr. V. Scheller. sub *pocul.* et *potul.* et Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 478. — *Quae*] Vulg. *qui*; Macr. *quod*; nostrum dedit Reg.; mox est: quod κῶλον dicitur. V. *Graece* om. edd. ante Iunt. Eaedem deinceps hab.: ἡ κ. κ. ἰ. ε.

λία appellatur; atque ibi subigi, digerique: ac deinde aridiora ex iis recrementa in alvum convenire, quod Graece κῶλον dicitur, humidiora per renes in vesicam. Per alteram autem 3
fistulam, quae Graece nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum a summo ore in pulmonem, atque inde rursum in os et in naris commeare; perque eandem viam vocis quoque fieri meatum: ac, ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione intercluderetur animae via, impositam esse arte quadam et ope naturae inde apud duo ista foramina, quae 4

inferior venter i. e. alvus appellatur. Iunt. *qui Gr. appell. ἡ κ. κ.* i. *infer. venter et alvus appellatur.* Posterius *appellatur* abiecit cum Guelf. Ald. Ego edd. vett. secutus sum. — *Ibi*] Macr. *illic.* — *Recrementa*] Codd. omnes Gron. Guelf. et Iunt. *recreamenta.* Macr. *retrimenta.* — Κῶλον] Steph. *κοιλόν*, cf. 12, 5, 2. *κόλον* hab. edd. ante Iunt. et Sciopp.; Iunt. *κοιλία*; nostrum Ald. et Macr., qui deinceps: *humid. autem per renes in vesicam trahi: et per alteram de duabus superioribus fistulam, quae Gr.* etc. — *Per renes* etc.] Edd. vett. et Guelf. *pervehens in ves.*; Iunt. *perennes in ves.*

§. 3. *Spiritum*] Guelf. om. hoc v. — *Atque*] Guelf. *ac.* V. 4, 18, 2. — *Rursum*] Reg. *sursum*; vulgat. hab. Macr., qui mox om. *viam* et *quoque.* Gryph. 1542. marg.: alii non habent *viam.*

§. 4. *Cibusve*] Ita Reg. et Macrob. pro *cibusque*; mox est: esca potuve. — *Quem*] Guelf. *qm̃q̃* (quamquam); mox *pro recideret.* — *Eaque of.*] Macr. *ex eaque of.* — *Impositam*] Gron. pat. e Ms. (Mem.) edidit *interposit.*; nostrum tuentur reliqui libb. etiam Guelf. et Macr. Dein pro *ope* Reg. hab. *opere.* Etiam Guelf. *ope* (i. e. opere). — *Naturae* etc.] Macr. *naturae ἐπιγλωττίδα, quasi claustrum mu-*

dicitur ἐπιγλωττὶς, quasi claustra quaedam mo-
5 bilia, conniventia vicissim et resurgentia: eam-
que ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumque
operire atque protegere τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν,
ne quid ex esca potuve incideret in illud
quasi aestuantis animae iter; ac propterea ni-
hil humoris influere in pulmonem ore ipso
arteriae communito. Haec [ait] Erasistratus
6 medicus adversus Platonem. Sed Plutarchus
in libro *Symposiacorum*, auctorem Platonis
sententiae Hippocratem dicit fuisse: idemque
esse opinatos et Philistionem Locrum et Dioxip-
pum Hippocraticum, veteres medicos et no-
biles: atque illam, de qua Erasistratus dixerit,
ἐπιγλωττίδα non idcirco in eo loco constitutam,
ne quid ex potu influeret in arteriam; (nam
pulmoni quoque fovendo, rigandoque [utiles]
necessarios[que] humores videri;) sed appositam
quasi moderatricem quandam arbitramque
prohibendi admittendive, quod ex salutis usu

tuum utriusque fistulae, quae sibi sunt cohaerentes, eamque etc. — *Duo* etc.] Guelf. *ista duo for.* Mox loco vocis *mobilia* Linc. hab. *G.*, quasi Graeca olim hic fuerit vox.

§. 5. *Communito*] Guelf. *comminuto.* Sequens *ait* est tantum in edd. ante Iunt.; Guelf. hab. *Hoc autem Er.; autem* iam supra alicubi dederat pro *ait;* hoc fort. a viro quodam docto adiunctum.

§. 6. *Hippocratem*] V. Ois. — *Dixerit*] Guelf. *disserit*; mox *libro* pro *loco.* Post pro *fovendo* Triller. apud Falst. malebat *movendo;* ad *motum* enim humiditatem aptiorem, quam ad fotum; et rem ipsam docere. — *Utiles*] V. *utiles* et sequens *que* om. Guelf. et edd. vett.; hinc uncis seiunxi. — *Quandam*] Reg. *et arbitram*; omisso, ut videtur, v. *quandam.* — *Admittendive*] Olim (Guelf.): *admiscendive;* nostrum dedit Acidal. ad Vell. 2, 64. p. 985 sq. Ruhnk. et hab. Bad. marg. Gryph. 1542. 1566. 1591. atque H.

foret: uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretque in stomachi viam; potum autem partiretur inter stomachum et pulmonem; et, quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet, non rapidum id, neque universum, sed quadam quasi obice sustentatum ac repressum sensim paulatimque transmitteret: atque omnem reliquum in alteram stomachi fistulam derivaret.

CAPUT XII.

De materiis infamibus, quas Graeci *ἀδόξους* appellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

Infames materias, sive quis mavult dicere 1
inopinabiles, quas Graeci *ἀδόξους* [*καὶ ἀτόπους*] *ὑποθέσεις* appellant, et veteres adorti sunt, non sophistae solum, sed philosophi quoque: et noster Favorinus oppido quam libens in eas materias dicebat, vel ingenio expergificando ratus idoneas, vel exercendis argutiis, vel edo-

de Marn. — *In stomachi*] Edd. vett. et Guelf. *in stomachum*; *potum aut.* etc. pro: *in stomachi viam; pot.* etc. — *Transmitteret*] Ita Steph. edd. vett. et Guelf. pro *tramitt.* V. 2, 21, 1.

Cap. XII. §. 1. *Materias*] Guelf. *materies.* — *Ἀδόξους*] V. Cresoll. Theatr. rhet. 3, 9. *I. G.* Vv. *καὶ ἀτ.* exstant in edd. vett.; eiecta sunt inde a Steph., fort. ex codd. auctoritate. — *Et nost.*] Guelf. om. *et.* — *Dicebat*] Reg. Lugd. mai. et Mem. *deicebat*, cum Thuan. Long. *deiciebat*; unde I. G. *incidebat* s. *exibat*, lectionem vulgatam ex sqq. *in utramque partem dixit* fictam ratus. Possis etiam scribere *declamabat*, ut codd. lectio ex compendio scribendi orta sit. Otho coni. *descendebat*, quasi eiusmodi materiae non satis dignae tali philosopho fuissent. cf. Burmann. ad Nemes. Ecl. 2, 89. de simili vv. permutatione.

2 mandis usu difficultatibus: sicuti, cum Thersitae laudes quaesivit, et, cum febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa, et non facilia inventu, in utramque causam
3 dixit, eaque scripta in libris reliquit. Sed in febris laudibus testem etiam Platonem produxit, quem scripsisse ait, qui quartanam passus convaluerit, viresque integras recuperaverit, fidelius constantiusque postea valiturum. Atque inibi [in] iisdem laudibus non hercle
4 hac sententiola invenuste lusit. Versus, inquit, est longo hominum aevo probatus:

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Eo versu significatur, non omni die bene esse
5 posse, sed isto bene, atque alio male. Quod cum ita sit, inquit, ut in rebus humanis bene, aut male, vice alterna sit: haec biduo medio intervallata febris quanto est fortunatior, in qua est *μία μητρυιὰ, δύο μητέρες*?

§. 2. *Sicuti*] Guelf. *sicut.* — *Thersitae*] Cf. Hom. Il. 2, 211 sqq. — *Febrim*] Quartana neminem iugulat, Cels. 3, 15. sub fin. Iuvenal. 4, 57. *Falster.*

§. 3. *Testem* etc.] Guelf. *etiam testem Pl.* — *In*] Praeposit. deest in Guelf. et Reg. Vv. *iisd. laud.* etiam abesse possint, cum *inibi* ad antecedentia redeundum esse ostendat. Dein Reg. *herchac sent.*

§. 4. *Eo* etc.] Reg. *versus signif.*, quod probat I. G. omisso tamen v. *versus.* Apparet, ait, primam vocem (*versus*) a scriba appositam, dum Graeca praecedentia omittit, innuente *versum* ibi scriptum fuisse, at Gellium post scriptum illum versum Graecum incepisse: *Significatur, non omni* etc.

§. 5. *Haec*] Guelf. *hoc.*

CAPUT XIII.

'*Quin* particula quot qualesque varietates significationis habeat, et quam saepe in veterum scriptis obscura sit.

Quin particula, quam grammatici con- 1
iunctionem appellant, variis modis sententiisque connectere orationem videtur. Aliter 2
enim dici putatur, cum quasi increpantes, vel interrogantes, vel exhortantes dicimus: *Quin venis? quin legis? quin fugis?* aliter, cum ita confirmamus: *Non dubium est, quin M. Tullius omnium sit eloquentissimus;* aliter autem, cum sic componimus, quod quasi priori videtur contrarium: *Non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id utile esse et honestum existimarit:* a quo illa significatio 3
non abhorret, quae est in tertia *Origine* M. Catonis: *Haud eos*, inquit, *ea postremum scribo, quin populi et boni et strenui sient.* In secunda quoque *Origine* M. Cato non longe 4
secus hac particula usus est: *Neque satis*, inquit, *habuit, quod eum in occulto vitiaverat, quin eius famam prostitueret.* Praeterea anim- 5
advertimus Quadrigarium in octavo *Annalium* particula ista usum esse obscurissime. Ipsius

Cap. XIII. §. 2. *Dici* etc.] Guelf. *dici potest putatur quasi cum incr.* De partic. *quin* cf. Turselin. de Partic. p. 732 sqq. Zumpt. Gramm. lat. p. 382 sqq. — *Non*] Guelf. *dum.*

§. 3. *Haud*] Guelf. *aut; ea* pro *eo.*

§. 4. *Origine*] Guelf. om. hoc v. et pro *Cato* hab. *Catonis. Origine* possit ex antecedd. intelligi. — *Eum*] Edd. vett. Guelf. et Torn. *eum*, quod restituit Long. Steph. videlicet dederat *eam.*

§. 5. *Ipsius*] Guelf. *eius.* —

verba posuimus: *Romam venit; vix superat,*
6 *quin triumphus decernatur.* Item in sexto
Annali eiusdem verba haec sunt: *Paene fa-*
ctum est, quin castra relinquerent, atque ce-
7 *derent hosti.* Non me autem praeterit, di-
cere aliquem posse de summo pectore, nihil
8 esse in his verbis negotii; nam *quin* utrobi-
que positum pro *ut;* planissimumque esse, si
ita dicas: *Romam venit, vix superat ut tri-*
umphus decernatur; item alio in loco: *Paene*
factum est, ut castra relinquerent atque ce-
9 *derent hosti.* Sed utantur sane, qui tam ex-
pediti sunt, perfugiis commutationum in ver-
bis, quae non intelliguntur: utantur tamen,
10 ubi id facere poterunt, verecundius. Hanc
vero particulam, de qua dicimus, nisi si quis
didicerit compositam copulatamque esse, ne-
que vim tantum coniungendi habere, sed certa
quadam significatione factam, unquam pro-
fecto rationes ac varietates istius comprehen-
11 surus est. Quod quia longioris dissertationis
est, poterit, cui otium est, reperire hoc in P.

Superat] I. e. *vix eo pervenit. Vergier: il a beaucoup de peine à obtenir les honneurs du triomphe.* Reg. *supererat,* vel temporis vel auctoritatis tantum. Sequens *quin* pro *ut* accip. V. mox.

§. 7. *Aliquem posse*] Guelf. *posse aliquem.* — *De s. p.*] I. e. re minime profundius cogitata et peniticulata. *Ois.* — *Nihil*] Guelf. *nil.*

§. 8. *Esse*] Guelf. *esset.*

§. 9. *Sed* etc.] Reg. *caducantur sane,* unde I. G., ne idem v. (*utantur*) bis legatur, coni.: *atq. ced. hosti ea. Ducantur* (Long. edidit *Dantur*) *sane;* coll. c. 6, 4.: qui V. Flacci auctoritate ducantur.

§. 10. *Si*] Ex Reg. accessit *si.* cf. 3, 10, 1. 4, 12, 2. 13, 28, 3. — *Tantum*] Guelf. *tam tantum.*

Nigidii *Commentariis*, quos *Grammaticos* inscripsit.

CAPUT XIV.

Sententiae ex Publii mimis selectae lepidiores.

Publius mimos scriptitavit, dignusque habitus est, qui suppar Laberio iudicaretur. Caium autem Caesarem ita Laberii maledicentia et arrogantia offendebat, ut acceptiores et probatiores sibi esse Publii, quam Laberii mimos praedicaret. Huius Publii sententiae feruntur pleraeque lepidae, et ad communem sermonum usum commendatissimae; ex quibus sunt istae singulis versibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere: 1 2 3 4

Malum est consilium, quod mutari non potest.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Feras, non culpes, quod vitari non potest.

§. 11. *Grammaticos*] Reg. *Gammatic.* v. c. 7.

Cap. XIV. §. 1. *Scriptitavit*] Guelf. *scriptavit.* — *Suppar*] Ante Steph. (Guelf.) *super*; *suppar* confirmant Reg. Mem. Pet. Lugd. mai.; *subpar* Lugd. min. et Thuan.

§. 3. *Sermonum*] V. *sermonum* om. Steph. et Macr. p. 372.; exstat autem in edd. vett. Guelf. et Torn. Dein Steph., confirmantibus, ut videtur, codd. Gron. et Guelf., dedit *commend.*, cum legeretur *commodat.* Macrob. Sat. 2, 7. *accommodat.* Nihil ad h. l. annotavit I. G. V. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 223.

§. 4. *Malum* etc.] Edd. vett. *Mal. consil. est.* — *Accepit*] Ald. Gryph. 1539. et codd., quibus Velser. usus est in edit. Publii Syri, dant: *accipit*; quod recepit Long.; nostrum hab. etiam Guelf. Macrob. et Sarisber.; hic hab. *accepit dando.* (De Nug. Curial. 8, 14. fin.). — *Vitari*] Velser. codd. et Sarisber.

Cui plus licet, quam par est, plus vult, quam licet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Frugalitas inserta est rumoris boni.
Heredis fletus sub persona risus est.
Furor fit laesa saepius patientia.
Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.
Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes.

Macrob. atque marg. Gryph. *mutari.* — *Inserta*] I. e. ἐμβλημα. V. Suet. Tib. Salmas. ad Solin. p. 1122. ex vett. codd. et Macr. malebat: *incerta*; quod video exstare in ed. Connell.; contra in antiquis codd. Macr. (ed. Gryph.) *miseria* legit I. G., unde *maceria* scriptum a Syro statuit, qualis vere sit. Sarisber. codd. Gell. et edd. vett. hab. *inserta;* edd. Bonon. Ald. et Guelf. *miseria,* quod Falster. p. 329. explicat ita: Frugalitatem bonus quidem rumor sequitur, sed miseria; sicuti *probitas laudatur et alget.* cf. Scalig. ad Manil. p. 411. et ad Syri mimos; quae excerpsit Ois. Scheller. sub v. *insero, (inserui)* fin. — *Heredis fletus*] Codd. Vels. *Haeres fictus.* Sensus interprete Ois. est: Fletus heredis est risus personarum, i. e. dissimulatus; gaudet enim, etiamsi fleat. Contra Zeun. ad Macr. p. 823.: Personae hic locum habent nullum; una persona sc. comica sufficit ad dissimulandum risum et occultandum. — *Laesa*] Codd. Gron. *inlaesa, illaesa*; unde I. G. *illusa.* Sarisb. *saepius laesa p.* Dein vox *improbe* sola legebatur; quasi pars esset versus cuiusdam praecedentis; versum autem sequentem esse trochaicum tetrametrum admonuit Ois., ita sensum explicans: Qui semel periculum expertus, iterum exponit se periculo, imprudenter accusat fortunam. — *Facit*] Sarisb. *fecit.* — *Hunc* etc] Pronom. deest ap. Macrob. et Sarisber.; (ap. quos alio ordine versus quinque ultimi leguntur) codd. Vels. exhib. *posse ut facile fieri putes hunc inimicum.* Scalig. edidit: *Ita hab. amicum, posse ut fieri inimicum putes.* Meurs. *inimicum*

Veterem ferendo iniuriam invites novam.
Nunquam periclum sine periclo vincitur.
Nimium altercando veritas amittitur.
Pars beneficii est, quod petitur, si belle neges.

CAPUT XV.

Quod Carneades Academicus elleboro stomachum purgavit, scripturus adversus Zenonis Stoici decreta: deque natura medelaque ellebori candidi et nigri.

Carneades Academicus, scripturus adver- 1
sum Stoici Zenonis libros, superiora corporis elleboro candido purgavit; ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usque animi redundaret, et instantiam vigorem-

hunc propter carminis rationem malebat. *Facile* inseri volebat etiam V. D. in *Heidelb. Jahrbüch.* 1823. p. 639. — *Invites*] Ita Reg. Thuan. Lugd. ut. Mem. et codd. Vels.; *invitas* hab. Guelf. edd. vett. et Macrob. atque Sarisber., vulg. Steph. *vites*. Mox *periculum* et *periculo* scriptum hab. codd. Vels. et edd. vett. Gell.; nostram scripturam Macrob. Iidem codd. versu inseq. dant: *verit. evertitur*. Versu ultimo pro *belle* Macrob. Sarisber. et marg. Gryph. hab. *cito*; improbante eodem V. D. p. 640 sq. (cf. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 247.) *belle* confirmant codd. Vels. I. G. comparat Marcil. ad legg. XII. Tabb. p. 205. Guelf. *si petitur quod belle neg.*

Cap. XV. *Adversus*] Guelf. *adverso*; mox *causa dei* pro *candida*.

§. 1. *Adversum*] Edd. vett. Steph. et Guelf. *adversum*. Vulg. *adversus*. Ceterum adversus *Chrysippum* disputasse Carneadem ponit Valer. M. 8, 7. Ext. 5. Et Chrysippo tribuit Hieronym. in primo Comment. in Epist. Pauli ad Galat., quod Gell. Carneadi. — *Instantiam*] Ald. Steph. *constant.*; vulgat.

2 que mentis labefaceret; tanta cura, tantoque apparatu sui vir ingenio praestanti ad refel-
3 lenda, quae scripserat Zeno, aggressus. Id cum in historia Graeca legissem, quod *elleboro candido* scriptum erat, quid esset, quaesivi. Tum
4 comperi, duas species ellebori esse discerniculo coloris insignes, candidi et nigri. Eos autem colores non in semine ellebori, neque in virgultis, sed in radice dignosci; candido stomachum et ventrem superiorem vomitionibus purgari; nigro alvum, quae *inferior* vocatur, dilui: utriusque esse hanc vim, ut humores noxios, in quibus causae morborum sunt, ex-
5 trahant. Esse autem periculum, ne inter causas morborum, omni corporum via patefacta, ea quoque ipsa, in quibus causa vivendi est, exinaniantur, amissoque omni naturalis alimoniae fundamento homo exhaustus intereat.
6 Sed elleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra Plinius Secundus, in libris *Naturalis Historiae*, scripsit: propterea Livium Drusum, qui tribunus plebi fuit, cum morbum, qui

confirmant Reg. Mem. Pet. Lugd. ut. Sciopp. et edd. vett. Guelf. *inconst.*

§. 2. *Sui*] Pronom. *sui* om. edd. ante Iunt. et Guelf.

§. 4. *Virgultis*] Ita cum Guelf. edd. vett. Steph. et Long.; nescio unde habeant suum *virgulis* edd. Torn. Oisel. Gron. Bip.; videtur ex operarum vitio ortum esse. — *Vomitionibus*] Sciopp. *vomitibus.* — *Esse* etc.] Hunc vv. ordinem dedi ex edd. vett. et Guelf. in locum vulg. *hanc esse vim.* Pro *vim* Guelf. hab. *videlicet.*

§. 5. *Exinaniantur*] Hoc v. om. Guelf.

§. 6. *Libris*] 25, 21. p. 223. Bip. Pausan. Phoc. 36. — *Plebi*] Ois. *plebis*, invitis libb. (Reg. Lugd. ut. Pet. Steph.) Hab. tamen edd. vett.; Iunt. *plebi.* Ald.

comitialis dicitur, pateretur, Anticyram navigasse, et in ea insula elleborum bibisse ait; atque ita morbo liberatum. Praeterea scriptum legimus, Gallos in venatibus tingere elleboro sagittas, quod iis ictae exanimatae ferae teneriores ad epulas fiant: sed propter ellebori contagium, vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur. 7

CAPUT XVI.

Anates Ponticas vim habere venenis detergendis potentem: atque inibi de Mithridati regis in id genus medicamentis sollertia.

Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. 1 Scriptum etiam a Lenaeo, Cn. Pompeii liberto, 2 Mithridatem illum Ponti re-

trib. ple. Guelf. *tr. pl'.* cf. Suet. Calig. 29. — *Ita morbo*] Guelf. om. vv. *ita morbo.*

§. 7. *Script. leg.*] Edd. ante Iunt. hab. *id script. leg.* — *Gallos*] Cf. Scalig. Lectt. Auson. 1, 9. Vulcan. Glossar. sub v. ὀοσχάμος. *Pontan.* — *Circumcidere*] Guelf. *circumedere.*

Cap. XVI. *Detergendis*] Codd. *degendis* s. (Guelf.) *detegendis*; hoc praebent etiam edd. vett.; *digerendis* Bad. Ant. Gryph. et H. de Marn. Nostrum dedit Steph. cf. Sciopp. Verisim. 4, 16. Plin. 29, 5. Dein edd. vett. et Guelf. *Mithridatis.* Deinceps Guelf. *medicamenta*; mire edd. vett. et recentt. consentiunt in vitioso isto *medicamenti*, quod correxi cum Steph. qui nostrum praebuit in ind. capp. p. 582.

§. 1. *Dicitur*] Guelf. *dicuntur*; ut antea *Ponticae* legendum sit. V. tamen ad 6, 5, 5. et Zumpt. Grammat. lat. p. 292. — *Edundis*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *edèndis.*

§. 2. *Lenaeo*] Cf. Suet. de Illustr. Gramm. c. 15. Falster. Memor. Obsc. p. 33. Mox ed. Rom. *Pon.*-

gem medicinae rei et remediorum id genus sollertem fuisse: solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quae digerendis venenis valent: eumque sanguinem vel potentissimum 3 esse in ea confectione: ipsum autem regem, assiduo talium medelarum usu, a clandestinis 4 epularum insidiis cavisse: quin et scientem quoque ultro, et ostentandi gratia venenum rapidum et velox saepenumero hausisse: atque 5 id tamen sine noxa fuisse. Quamobrem postea, cum proelio [Populi Romani] victus in ultima regni refugisset, et mori decrevisset, et venena violentissima festinandae necis causa

peio. Guelf. et Iunt. *Pompei.* V. 9, 12, 14. — *Medicinae rei*] Infr. 18, 10.: *medicina disciplina.* Varro de L. L. 4, 18. *medicina ars.* Gryph. marg. *medicae rei.* — *Digerendis*] Guelf. *dirigendis.*

§. 3. *Regem, assiduo*] Guelf. *assiduo regem.*

§. 4. *Et ostent.* etc.] Ita cum edd. vett. Steph. et Guelf. Long. Vulg. *ultro tentandi gratia,* quod e Reg. annotavit Lamb. et receptum est in edd. recentt., inde ab ed. a. 1651.

§. 5. *Pop. Rom.*] Vv. *pop. Rom.* ex edd. vett. restituit Long.; ignorat illa tamen Iunt.; unde suspecta fieri possunt, quippe fortasse orta ex repetitis quibusdam literis (*pro*) vocis praecedentis. Guelf. exhib. *cum proelio incertus in ult. r. r.* Post vocem *victus* edd. ante Iunt. inserunt vv. *metu sui.* Quid si legas: *quum proelio P. R. victus, metu* (s. *incertus metu*) *in ult. sui regni,* s. *regni sui ref.*? Possis etiam *sui* abiicere, ortum ex literis extremis v. *victus* et prima praepositionis *in;* nisi forte *sui,* quo loco est in edd. vett. ad *regni* referre malueris; quod durius tamen mihi quidem videtur. In sqq. etiam restitui ex edd. vett. cum Long. *et* ante *venena* et *esset* post *expertus;* quae vulg. omissa erant. Guelf. hab. *et;* non hab. *esset.* — *Causa*] *Causa* restitui pro *gratia* cum Ms. Pembroc. Guelf. Reg. Lugd. ut. Mem. Chifl. Pet. et Torn. Neque *causa*

frustra expertus esset, suo se ipse gladio transegit. Huius regis antidotus celebratissima est, 6
quae Mithridatios vocatur.

CAPUT XVII.

Mithridatem, Ponti regem, quinque et viginti gentium linguis locutum, Quintumque Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tris linguas percalluisset, Graecam, Oscam, Latinam.

Q. Ennius tria corda habere sese dicebat, 1
quod loqui Graece, et Osce, et Latine sciret. Mithridates autem, Ponti atque Bithyniae rex 2
inclitus, qui a Cn. Pompeio bello superatus est, quinque et viginti gentium, quas sub ditione habuit, linguas percalluit: earumque omnium gentium viris haud unquam per interpretem collocutus est, sed, ut quemque ab

neque *gratia* hab. Steph.; probante V. D. in Miscell. Belgg. l. supra (1, 4.) l. p. 440. coll. 19, 9.: *celebrandae lucis annuae*; *gratia* restituerat Torn. ex vett. edd.

§. 6. *Mithridatios*] Graece hoc vocab. scribend. videtur.

Cap. XVII. *Quinque*] Vulg. *duarum* hic et in ipso cap.; idem tradunt Plin. H. N. 7, 24. 25, 2. Solin. c. 7. *duobus* h. l. hab. Pet. et alii quidam; infra *V. et vig.*; Guelf. *II. et XX.* (bis); *quinque* bis exhib. Reg. et Lugd. ut., ac dederat iam ante Steph. Iunt. h. l. *quinque et v.* et in cap. *V. et XX.* Sed in ind. capp. eadem ed. hab. *duarum et v.* Mox pro *sese* Steph. in ind. capp. dedit *se*, quod in ind. capp. servavit cum Gron. ed. Bip.

§. 1. *Q. Ennius*] Guelf. *Ennium* sine *Q.*

§. 2. *Collocutus*] Edd. vett. praeter Iunt. hab. simplex *locut.* Iunt. Guelf. *conloc.* V. *loqui* cum Dativ. saepe est ap. Plaut. — *Ab eo*] Guelf. om. vv. *ab eo.*

eo appellari usus fuit, proinde lingua et oratione ipsius, non minus scite, quam si gentilis eius esset, locutus est.

CAPUT XVIII.

Quod M. Varro C. Sallustium, historiae scriptorem, deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit, et loris caesum, pecuniaque data, dimissum.

M. Varro, in literis atque vita fide homo multa et gravis, in libro, quem inscripsit: *Pius, aut de Pace*, C. Sallustium scriptorem seriae illius et severae orationis, in cuius historia notiones censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene caesum dicit, et cum dedisset pecuniam, dimissum.

CAPUT XIX.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et impuris, disciplinas philosophiae studiose tractantibus: et quae duo verba observanda praeceperit omnium rerum longe salubria.

1 Favorinum ego audivi dicere, Epictetum

Cap. XVIII. §. 1. *Inscripsit*] Vulg. *scripsit*, quod hab. etiam Iunt.; nostrum exhib. reliquae edd, vett. et Steph. atque Guelf.; idque restituendum esse vidit iam Burmann. ad Anthol. Lat. V. 1. p. 406. col. 1. cf. ad 3, 16, 7. — *Historia*] Guelf. *historias*. — *Notiones*] Gryph. 1542. *nationes*. Ois. cum Rauchin. VV. LL. 1, 5. coni. *notas* vel *notationes*. V. Gron. ad Liv. 27, 25. ad quem provocat I. G. Mox *depreh.* est in Guelf. et edd. vett. pro *deprensum*. — *Pecuniam*] Ois. *poenam*; sed respice lemma.

Cap. XIX. *Omnium*] Comparant 1, 3, 12.: omnium

philosophum dixisse, plerosque istos, qui philosophari videntur, philosophos esse huiuscemodi ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν: id significat, factis procul, verbis tenus. Iam illud 2
est vehementius, quod Arrianus solitum eum dictitare in libris, quos *De Dissertationibus* eius composuit, scriptum reliquit. Nam cum, 3
inquit, animadverterat hominem, pudore amisso, importuna industria, corruptis moribus, audacem, confidentem lingua, ceteraque omnia praeterquam animum procurantem, istiusmodi, inquit, hominem cum viderat studia quoque et disciplinas philosophiae contrectare, et physica adire, et meditari dialectica, multaque id genus theoremata suspicari sciscitarique, inclamabat deûm atque hominum fidem, ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat: Ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον· ἂν γὰρ εἰς τὴν αἴησιν αὐτὰ βάλλῃς, ἀπώλετο· ἦν σαπῇ, ἢ οὖρον, ἢ ὄξος

rerum aliarum. 6, 15, 5. 13, 27. 16, 8. v. ad 2, 15, 2. Adde Ruddimann. II. p. 309. not. 19. Ante Guelf. hab. *precepit.*

§. 1. *Videntur*] In sola Steph. et edd., quae hanc secutae sunt (ut Torn.), conspicio esse *viderentur*, quod probo. Nihil video ab I. G. annotatum.

§. 2. *Dissertationibus*] Guelf. et Steph. *dissertionibus*. cf. 19, 12, 3.

§. 3. *Lingua*] Steph. Apolog. advers. Viv. p. 28. coni. *linguam*, idque video exstare in Guelf. et in ed. Steph. — *Inquit*] V. *inquit* om. cum Reg. Long. — *Physica*] Cod. Torn. *physicam* et mox *Dialecticam*, repugnantibus reliquis libb. Deinceps Reg. hab. *videre*; quod recepit Long. Ois. coni. *audere*. Gryph. *audire*. I. G. confert 15, 30, 1. 16, 8, 1. et Graec. φοιτᾶν. — *Suspicari*] Cum Scriver. Ois. *ruspari*, i. e. scrutari, studiose quaerere. Vocem *susp.* suspectam esse posse admonuit Steph. l. l. — Ἢ οὖρον] Edd.

4 γένοιτο ἄν, ἢ τι τούτων χεῖρον. Ni[hi]l profecto his verbis gravius, ni[hi]l verius: quibus declarabat maximus philosophorum, literas atque doctrinas philosophiae, cum in hominem falsum atque degenerem, tanquam in vas spurcum atque pollutum, influxissent, verti, mutari, corrumpi, et, quod ipse κυνικώτερον ait, urinam fieri, aut si quid est urina spurcius. 5 Praeterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Favorino audivimus, solitus dicere est, duo esse vitia multo omnium gravissima ac taeterrima, intolerantiam et incontinentiam; cum aut iniurias, quae sunt ferendae, non toleramus, neque ferimus; aut a quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tene- 6 mus. Itaque, inquit, si quis haec duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque observando curet, is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. Verba duo haec dicebat: Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

vett. praeter Bonon. om. ἢ, nec in translatione exprimit cum reliquis Bonon.

§. 4. *Nihil*] Edd. vett. hab. bis *nil;* posteriori tantum loco Guelf. — *Verti*] V. *verti* om. edd. ante Iunt. — *Ait*] V. *ait* addidi e Reg. Thuan. et Lugd. mai. Ante Steph. loco v. *ait* interponebatur v. *dixit,* quod hic deleyit cum codd., quibuscum facit Guelf. — *Est*] Guelf. om. *est.*

§. 6. Καὶ] Thuan. *et* pro καὶ, quod retinent alii codd. Gron.

CAPUT XX.

Verba sumta ex Symposio Platonis, numeris coagmentisque verborum scite, modulateque, apteque, exercendi gratia, in Latinam orationem versa.

Symposium Platonis apud philosophum Taurum legebatur. Verba illa Pausaniae inter convivas amorem vice sua laudantis, ea verba ita prorsum amavimus, ut meminisse etiam studuerimus. Sunt adeo, quae meminimus, verba haec: *Πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη, οὔτε καλὴ, οὔτε αἰσχρὰ, οἷον νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν, ἢ ᾄδειν, ἢ διαλέγεσθαι. Οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ, καλὸν οὐδέν· ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον* 1 2 3

Cap. XX. *Verba* etc.] Edd. vett. *Ex Symp. Plat. sumta verba.* cf. Plat. Symp. c. 8. — *Modulateque* etc.] Ita Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Iunt. et Steph. p. 582. Edd. vett. *modulateque et apte.* Steph. aliique: *modulate, apte.* Guelf. *aperteque. Beloe* V. 3. p. 312. post v. *apteque* addendum putat: *composita* vel simile v. Possis etiam legere: *modulateque apta*, i. e. connexa.

§. 1. *Amorem* etc.] Guelf. *amorem vite* (vitae) *vice sua l.*

§. 2. *Prorsum*] Codd. Gron. omnes et edd. ante Bonon. *rursum.* Guelf. *ea v. non rursum.* Latet aliquid; offendit praeterea v. *verba* ter deinceps vel quater repetitum; post *laudantis* s. alicubi in hac sententia quidquam (fort. v. *legebantur*) excidisse videtur. Distinctione etiam mutata aliquo modo succurras, si post *legebatur* incisum ponas, ad sqq. intelligas: *et quidem*, et puncto post *laudantis* distinguas; quod fecit Long. Pronomen *ea* ante *verba* om. edd. ante Iunt. Quid si etiam *verba* abiicias?

§. 3. *Ἄιδειν*] Ita Steph.; λάλειν dant codd. et edd. vett.; *cantare* reddit infra Gell. Hoc restituit Long. Dein vv. *καθ' αὐτὸ* om. edd. vett. —

ἀπέβη. Καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀ
καλὸν γίγνεται· μὴ ὀρθῶς δὲ, αἰσχρόν· οὕτ
καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς,
ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων
4 Haec verba ubi lecta sunt, atque ibi Tau
mihi: Heus, inquit, tu, rhetorisce, (sic e
me in principio recens in diatribam accept
appellitabat, existimans, eloquentiae unius
tundendae gratia Athenas venisse;) vides
inquit, ἐνθύμημα crebrum, et coruscum,
convexum, brevibusque et rotundis numer
cum quadam aequabili circumactione devi
5 ctum? Habesne nobis dicere in libris rhet
rum vestrorum tam apte, tamque modula
compositam orationem? Sed hos, inquit, tame
6 numeros censeo videas ὁδοῦ πάρεργον. Ad ips
enim Platonis penetralia, ipsarumque rerum
pondera, et dignitates pergendum est; non ad
vocularum eius amoenitatem, nec ad verbo-
7 rum venustates deversitandum. Haec admo-

Δὴ] Lugd. mai. δὴ, ut video etiam in Steph. editum et in Plat. ed. Ast. et Bekker.; recepi pro δὲ, quod primum video in ed. a. 1651. Long. om. δὲ, edd. vett. secutus.

§. 4. *Rhetorisce*] Guelf. *rechoriste*. Edd. ante Iunt. *rhetoriste*. Ald. ῥηθορίστα. Steph. Specim. Emendd. p. 165. ῥητορίσιε scribendum censuit. — *Extundendae*] Edd. vett. *exercendae*; nostrum hab. codd., unde recepit cum Iunt. Steph.; Reg. *extud.* (Lambec. e Reg. *excud.*) Lugd. mai. *exstudendae*. Guelf. *extendendae*. — *Convexum*] Nonnulli Gron. codd. Guelf. et edd. vett. *connexum*; quod restituit Long; *conv.* deinceps explicatur.

§. 6. *Ipsa*] Pronom. hoc deest in Reg. et Lugd. mai. Delevit Long. Praepositionum hoc fere modo a casu, quem regunt, avulsarum v. exempla apud Ruddimann. II, 336. huic nostro tamen dissimilia. — *Pergendum*] Guelf. om. hoc v. — *Deversitandum*]

ἐνον κα
σχρόν
ὅτι κα
προτρε
ιε ibi
ice, (si
am ac
iae ne
ε;) n
ruscu
lis ne
ione
bris
mos
nit, t
At
ue n
; nec
id n
c a

tio Tauri de orationis Platonicae modulis, 8
in modo non repressit, sed instrinxit etiam
ad elegantiam Graecae orationis verbis
tinis affectandam: atque uti quaedam ani-
lium parva et vilia ad imitandum sunt,
as res cunque audierint viderintve, petu-
ntia; perinde nos ea, quae in Platonis ora-
one demiramur, non aemulari quidem, sed
neas umbrasque facere ausi sumus. Velut
sum hoc est, quod ex illis iisdem verbis eius
finximus: *Omne*, inquit, *omnino factum* 9
sic sese habet, neque turpe est, quantum in
o est, neque honestum; velut est, quas nunc
facimus ipsi res, bibere, cantare, disserere;
nihil namque horum ipsum ex sese honestum
est; quale cum fieret modo factum est, tale

Iunt. et Steph. *deversit.*; quod adscripserunt etiam Sciopp. et Bourdel. Recepi pro *diversit.* v. 1, 9, 8.

§. 7. *Instrinxit*] Sic Reg. Pet. Linc. et Gebhard. Antiqq. LL. 1, 15.; Lugd. mai. et Guelf. cum edd. vett. *instruxit*; Steph. et Lugd. min. *instinxit*, oppositum verbo *repressit*. v. Steph. Specim. Emendd. p. 129.

§. 8. *Petulantia*] Reg. et Lugd. mai. *putantia*; unde I. G. aliter Gellium scripsisse opinatus est; praesertim quum non per petulantiam id faciant, sed naturae proclivitate quodque hoc illis sit proprium, quodque ad ita faciendum nutent. — *Demiramur*] Lugd. mai. superscriptum hab. *demoramur*. Reg. dat: *denumerabamur*; quid si: *denumerabamus?* Mox post *umbrasque* Steph. l. l. p. 165. addi malebat: *eorum*. Deinceps Steph. *facere quaesivimus et ausi s.*; contra libb. omnes. Pro *sumus* edd. vett. hab. *fuimus*. — *Hoc est*] Edd. ante Iunt. et Guelf. om. vv. *hoc est*; deincepsque hab. *iisd. verb. illis*.

§. 9. *Nunc* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. *facimus nunc ipsi r.* — *Quale*] Reg. *qualis*. Steph. l. l. p. 165. malebat: *sed quali, c. f., modo f. est.*; opposuit I. G., Latinos saepe omittere adver-

ἀπέβη. Καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς, καλὸν γίγνεται· μὴ ὀρθῶς δὲ, αἰσχρόν· οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.

4 Haec verba ubi lecta sunt, atque ibi Taurus mihi: Heus, inquit, tu, rhetorisce, (sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat, existimans, eloquentiae unius extundendae gratia Athenas venisse;) videsne, inquit, *ἐνθύμημα* crebrum, et coruscum, et convexum, brevibusque et rotundis numeris, cum quadam aequabili circumactione devinc-

5 tum? Habesne nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte, tamque modulate compositam orationem? Sed hos, inquit, tamen

6 numeros censeo videas *ὁδοῦ πάρεργον*. Ad ipsa enim Platonis penetralia, ipsarumque rerum pondera, et dignitates pergendum est; non ad vocalarum eius amoenitatem, nec ad verbo-

7 rum venustates deversitandum. Haec admo-

Δὴ] Lugd. mai. δὴ, ut video etiam in Steph. editum et in Plat. ed. Ast. et Bekker.; recepi pro δὲ, quod primum video in ed. a. 1651. Long. om. δὲ, edd. vett. secutus.

§. 4. *Rhetorisce*] Guelf. *rechoriste*. Edd. ante Iunt. *rhetoriste*. Ald. ῥηθορίστα. Steph. Specim. Emendd. p. 165. ῥητορίσκε scribendum censuit. — *Extundendae*] Edd. vett. *exercendae*; nostrum hab. codd., unde recepit cum Iunt. Steph.; Reg. *extud.*, (Lambec. e Reg. *excud.*) Lugd. mai. *exstudendae*. Guelf. *extendendae*. — *Convexum*] Nonnulli Gron. codd. Guelf. et edd. vett. *connexum*; quod restituit Long; *conv.* deinceps explicatur.

§. 6. *Ipsa*] Pronom. hoc deest in Reg. et Lugd. mai. Delevit Long. Praepositionum hoc fere modo a casu, quem regunt, avulsarum v. exempla apud Ruddimann. II. 336. huic nostro tamen dissimilia. — *Pergendum*] Guelf. om. hoc v. — *Deversitandum*]

nitio Tauri de orationis Platonicae modulis, non modo non repressit, sed instrinxit etiam nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis affectandam; atque uti quaedam ani- 8
malium parva et vilia ad imitandum sunt, quas res cunque audierint viderintve, petulantia; perinde nos ea, quae in Platonis oratione demiramur, non aemulari quidem, sed lineas umbrasque facere ausi sumus. Velut ipsum hoc est, quod ex illis iisdem verbis eius effinximus: *Omne*, inquit, *omnino factum* 9
sic sese habet, neque turpe est, quantum in eo est, neque honestum; velut est, quas nunc facimus ipsi res, bibere, cantare, disserere; nihil namque horum ipsum ex sese honestum est; quale cum fieret modo factum est, tale

Iunt. et Steph. *deversit.*; quod adscripserunt etiam Sciopp. et Bourdel. Recepi pro *diversit.* v. 1, 9, 8.

§. 7. *Instrinxit*] Sic Reg. Pet. Linc. et Gebhard. Antiqq. LL. 1, 15.; Lugd. mai. et Guelf. cum edd. vett. *instruxit;* Steph. et Lugd. min. *instinxit*, oppositum verbo *repressit.* v. Steph. Specim. Emendd. p. 129.

§. 8. *Petulantia*] Reg. et Lugd. mai. *putantia;* unde I. G. aliter Gellium scripsisse opinatus est; praesertim quum non per petulantiam id faciant, sed naturae proclivitate quodque hoc illis sit proprium, quodque ad ita faciendum nutent. — *Demiramur*] Lugd. mai. superscriptum hab. *demoramur.* Reg. dat: *denumerabamur*; quid ei: *denumerabamus?* Mox post *umbrasque* Steph. l. l. p. 165. addi malebat: *eorum.* Deinceps Steph. *facere quaesivimus et ausi s.*; contra libb. omnes. Pro *sumus* edd. vett. hab. *fuimus.* — *Hoc est*] Edd. ante Iunt. et Guelf. om. vv. *hoc est*; deincepsque hab. *iisd. verb. illis.*

§. 9. *Nunc* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. *facimus nunc ipsi r.* — *Quale*] Reg. *qualis.* Steph. l. l. p. 165. malebat: *sed quali, c. f., modo f. est.*; opposuit I. G., Latinos saepe omittere adver-

exstitit: si recte honesteque factum est, tum honestum fit: sin parum recte, turpe fit: sic amare; sic amor non honestus omnis, neque omnis laude dignus, sed qui facit nos, ut honeste amemus.

CAPUT XXI.

Quibus temporibus post Romam conditam Graeci Romanique illustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.

1 Ut conspectum quendam aetatum antiquissimarum, item virorum illustrium, qui in iis aetatibus nati fuissent, haberemus, ne in sermonibus forte inconspectum aliquid super aetate atque vita clarorum hominum temere diceremus; sicuti sophista ille ἀπαίδευτος, qui publice nuper disserens Carneadem philosophum a rege Alexandro, Philippi filio, pe-

sativam. Dein *tale* om. Guelf.; post pro *tum* hab. *tamen*. Mox vv. *sic amare* om. Steph., invitis libb. Deinceps Guelf. hab. *et sic amor*. Postremo Steph. pro *facit* malebat: commonefacit (προτρέπων); nihil mutandum esse adscripsit iam Salm. cf. ad 4, 1, 16. 19, 13, 2. Terent. Eun. 5, 8, 5.

Cap. XXI. *Floruerint*] Edd. vett. et Guelf. *floruerunt*. Iunt. tamen et Ald. in ind. capp. hab. *floruerint*.

§. 1. *Haberemus*] Guelf. *heredum*. — *Inconspectum*] Iunt. Ald. et Gryph. *in conspectum*; nostrum est in reliquis. (cf. Pric. ad Appul. Apol. p. 165.) I. G. in Addendis: Immo in hac voce adeo sunt firmi (codd.), ut nemo cogitet: *incompertum*, quod tamen videri posset Gellius dedisse. — *Sicuti*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *sicut*. Sequens *ille* male excidit in ed. Bip. — *Philosophum* etc.] Edd. ante Iunt. pro *phil. a rege* hab. *plurima rege*; Iunt. *philos. regei*

cunia donatum, et Panaetium Stoicum cum superiore Africano vixisse dixit; ut ab istiusmodi, inquam, temporum aetatumque erroribus caveremus, excerpebamus ex libris, qui *Chronici* appellantur, quibus temporibus floruissent Graeci simul atque Romani viri, qui vel ingenio, vel imperio nobiles insignesque post conditam Romam fuissent ante secundum bellum Carthaginiensium: easque nunc excerptiones nostras, variis diversisque in locis factas, cursim digessimus. Neque enim id nobis negotium fuit, ut acri atque subtili cura excellentium in utraque gente hominum *συγχρονισμοὺς* componeremus; sed ut Noctes istae quadamtenus his quoque historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur. Satis autem visum est, 2
in hoc commentario de temporibus paucorum hominum dicere, ex quorum aetatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus, haud difficilis coniectura fieri posset. Incipiemus 3
igitur a Solone claro: quoniam de Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit, aetatem eos egisse vel iisdem fere tempo-

Ald. addidit *a.* Illud *plur.* ortum dici potest ex compendio scribendi vocis *phŭm* ita saepe scriptae; sed utraque etiam lectio ita coniungi possit: *Carn. philosophum plurima a rege Al.* etc. Vulgat. firmat Guelf. — *Excerpebamus*] Mem. Chifl. Pet. Lugd. ut. Guelf. *exercebamus*; Reg. *etexerceb.*, unde Gron. pat. coni. *excernebamus.* At mox: excerptiones nostras. — *Ante*] Guelf. *antequam.* — *Diversisque* etc.] Thuan. *diversisque modis et locis.* — Συγχρονισμοὺς] Guelf. *Grecum.* — *Historiae*] Voc. *historiae* restitui ex Guelf. edd. vett. et Steph., Long. secutus. Exciderat in edd. recentt. Gron. et Bip.

§. 2. *Posset*] Guelf. *posse.* *Incipimus.*

§. 3. *Constitit*] Edd. Rom. *consistit.* Guelf. *con-*

ribus, vel Homerum aliquanto antiquiorem; utrumque tamen ante Romam conditam vixisse, Silviis Albae regnantibus, annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo *Annalium* de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta annis, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo *Chronico[rum]* de Homero dixit, 4 annis circiter centum et sexaginta. Solonem ergo accepimus, unum ex illo nobili numero sapientum, leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romae regnante, anno regni 5 eius tricesimo tertio. Servio autem Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit, Solone ante in exsilium voluntarium profecto: quoniam id ei praedicenti non creditum est. 6 Postea Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit. 7 Iisdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio et Aristogi-

stat. — *Cassius*] Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. et Guelf. *Sassius.* — *Centum*] Lips. ad Velleium Pat. *ducentis.* v. Salmas. ad Solin. Gryph. 1542. *C. atque XL.*; in marg. *LX.* Sequens *annis* est in edd. ante Ald.; non hab. Guelf. Tum *cond. aut.* pro *autem cond.* dant edd. vett.; *autem* plane om. Iunt. Ald.; vulgat. tuetur Guelf. — *Chronicorum*] *Chronico* dat Reg. — *Centum* etc.] Marg. Gryph. 1542. *C. et L.* cf. Mai. ad Cic. de Rep. 2, 10. p. 147. ed. Tubing.

§. 4. *Prisco*] Guelf. om. *Prisco.* — *Tricesimo tertio*] Meurs. de Archontt. 1, 12.: *vicesimo secundo*; Guelf. *XXIII°.* Et Ois. *XXIII.* pro *XXXIII.*

§. 5. *Fuit*] Guelf. om. hoc v. Dein edd. ante Iunt. pro *ante* hab. *autem.* — *Voluntarium*] Reg. *voluntario*; quod recepit Long.

§. 6. *Filio*] Cf. Lachmann. de Font. Liv. Comment. I. p. 54.

tone Hipparchus, Pisistrati filius, Hippiae tyranni frater. Archilochum autem Nepos Cor- 8
nelius tradit, Tullo Hostilio Romae regnante, iam tum fuisse poëmatis clarum et nobilem. Ducentesimo deinde et sexagesimo anno post 9
Romam conditam, aut non longe amplius, victos esse ab Atheniensibus Persas, memoriae traditum est, pugnam illam inclitam Marathoniam, Miltiade duce: qui post eam victoriam damnatus a populo Atheniensi in vinculis publicis mortem obiit. Tum Aeschylus Athe- 10
nis tragoediarum poëta celebris fuit. Romae 11
autem ferme istis temporibus tribunos et aediles tum primum per seditionem sibi plebes creavit; ac non diu post Cn. Marcius Coriolanus, exagitatus vexatusque a tribunis plebi, ad Vulscos, qui tum hostes erant, a republica descivit, bellumque populo Romano fecit. Post 12
deinde paucis annis Xerxes rex ab Atheniensibus, et pleraque Graecia, Themistocle duce, navali proelio, quod ad Salamina factum est, victus fugatusque est. Atque inde anno fere 13
quarto, Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo consulibus, bello Veiente, apud fluvium Cre-

§. 8. *Archilochum*] Cf. Archiloch. Reliqu. ed. Liebel. p. 5. — *Tullo*] Edd. vett. et Guelf. *Tullio.* Mox Guelf. *tunc.*

§. 9. *Pugnam* etc.] Ablativv. *pugna illa* etc. dedit cum edd. inde ab Ald. Steph. contra libb. omnes. Guelf. *pugnamque illam.*

§. 11. *Ferme* etc.] Sic edd. vett. pro *istis ferme t.* Guelf. exhib. *R. aut. ferme autem ist. t.*; mox idem *plebs.*

§. 12. *Themistocle*] Guelf. *a Them.*

§. 13. *Agrippa*, etc.] Pigh. in Annalib. *Agrippae F. C. Hor.* etc. Mox Guelf. *bello veniente.* Tum edebatur: *ab his* (edd. vett. *iis.* Connell. *eis*) *sex et*

meram, Fabii sex et trecenti patricii cum familiis suis, universi ab hostibus circumventi,
14 perierunt. Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in philosophiae naturalis studio floruit.
15 Romae autem per eas tempestates decemviros legibus scribundis creatos constitit; tabulasque ab iis primo decem conscriptas, mox alias
16 duas additas. Bellum deinde in terra Graecia maximum Peloponnesiacum, quod Thucydides memoriae mandavit, coeptum est circa annum fere, post conditam Romam, trecente-
17 simum vicesimum tertium. Qua tempestate Olus Postumius Tubertus dictator Romae fuit, qui filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit. Hostes
18 tum populi Romani fuerant Fidenates. Itaque [qui] in hoc tempore nobiles celebresque erant

(Guelf. et Steph. om. *et*) *trec. pat. Fabii* (Guelf. om. *Fabii*) *cum f. s.*; at statim: *ab hostibus.* Vv. *ab his* om. codd. Reg. Thuan. et Lugd. ut., unde ordinem etiam vulgatum cum Long. immutavi. Etiam Wower. in marg. hab. *abbi* pro *ab iis*; unde effecit *Fabii.* De re cf. Perizon. Animadvv. histt. c. 5. p. 193 sqq. ed. Amstel. — *Perierunt*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *periere.* V. 9, 8, 1.

§. 15. *Scribundis*] Eaedem edd. *scribendis*; Guelf. *scribund.*

§. 16. *Peloponnesiacum*] Guelf. *peloponiensiac.* — *Trecentesimum* etc.] Edd. ante Iunt. *CCCXXIIII.* Marg. Gryph. 1542. *CCCXXIII.*

§. 17. *Tubertus*] Ante Steph. *Torquatus*, correxit ille ex codd. (Guelf.). Idem *Olus* dedit pro *A.* ut est in edd. vett. Guelf. *Aulus.* cf. Schneid. Grammat. Lat. 1, 1. p. 61. cf. Liv. 4, 29. Valer. M. 2, 7, 6. — *Dictum*] Ois. *edictum*; reprobante I. G.

§. 18. *Itaque qui*] Edd. vett. *itaque qui*; *qui* delevit Steph.; restituit Long. hab. etiam Guelf. Reg. Lugd. mai. et Torn. Fort. anacoluthon quoddam lo-

Sophocles, ac deinde Euripides, tragici poëtae, et Hippocrates medicus, et Democritus philosophus: quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit; sed quibusdam temporibus iisdem vixerunt. Iam deinde, tribunis 19
militaribus consulari imperio rempublicam Romae regentibus, ad annum fere conditae urbis trecentesimum quadragesimum septimum, triginta illi tyranni praepositi sunt a Lacedaemoniis Atheniensibus; et in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit, paucisque annis post Socrates Athenis capitis damnatus est, et in carcere veneno necatus. Ea fere tempe- 20
state Romae M. Furius Camillus dictator fuit, et Veios cepit. Ac post non longo tempore 21
bellum Senonicum fuit. Tum Galli Romam, 22
praeter Capitolium, ceperunt. Neque multo 23
postea Eudoxus astrologus in terra Graecia nobilitatus est: Lacedaemoniique ab Atheniensibus apud Corinthum superati, duce Phormione: et M. Manlius Romae, qui Gallos in 24
obsidione Capitolii, obrepentis per ardua, depulerat, convictus est, consilium de regno occupando inisse, damnatusque capitis, saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, praeceps datus; ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, ver-

cum hab.; fort. etiam postea v. *sed* delend. I. G. coni. *ita quoque.* Deinceps ex iisdem libb. Gron. est *in hoc tempore* pro vulg. (Guelf.) *inter haec tempora.*

§. 19. *Rempublicam*] Guelf. *rei pu.*

§. 21. *Fuit* etc.] Guelf. *fuit cum G.*

§. 23. *Duce*] Guelf. om. *duce.*

§. 24. *Manlius*] Guelf. hab. *Mallius.* — *Convictus est*] Guelf. *convictusque est.* — *Saxo*] Edd. vett. praeter Iunt. *e saxo.*

25 berando necatus est. Eoque ipso anno, qui erat post recuperatam urbem septimus, Aristotelem philosophum natum esse, memoriae
26 mandatum est. Aliquot deinde annis post bellum Senonicum, Thebani Lacedaemonios, duce Epaminonda, apud Leuctra superaverunt:
27 ac brevi post tempore in urbe Roma lege Licinii Stolonis consules creari etiam ex plebe coepti, cum antea ius non esset, nisi ex pa-
28 triciis gentibus, fieri consules. Circa annum deinde urbis conditae quadringentesimum Philippus, Amyntae filius, Alexandri pater, regnum Macedoniae adeptus est: inque eo tem-
29 pore Alexander natus est: paucisque inde annis post Plato philosophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posteriorem profectus est.
30 Post deinde aliquanto tempore Philippus apud Chaeroneam proelio magno Athenienses vincit.
31 Tum Demosthenes orator ex eo proelio salutem fuga quaesivit, cumque id ei, quod fugerat, probrose obiiceretur, versu illo notissimo elusit:

Ἀνὴρ, inquit, *ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.*

32 Postea Philippus ex insidiis occiditur; et Alexander, regnum adeptus, ad subigendos Persas in Asiam atque in Orientem transgressus est.
33 Alter autem Alexander, cui cognomentum Mo-

§. 25. *Eoque ipso*] Guelf. *eo quoque ipso.*
§. 27. *Consules*] Edd. vett. et Guelf. *consulem.*
§. 28. *Inque eo t.*] Guelf. *in eoque t.* V. *St. Croix, Examen des Hist. d'Alex.* p. 593 sqq. ed. II.
§. 30. *Deinde*] Long. *deinde;* secutus edd. vett. Guelf. et Torn. Vulg. *inde.*
§. 32. *Adeptus*] Guelf. *adeptus est*; fort. *ad. et ad* etc.
§. 33. *Molosso*] Guelf. *mollosus.* —

losso fuit, in Italiam venit, bellum populo Romano facturus; iam enim fama virtusque felicitatis Romanae apud exteras gentes enitescere incoeptabat; sed prius, quam bellum faceret, vita decessit. Eum Molossum, cum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire, quasi in *ἀνδρωνῖτιν*; Macedonem isse ad Persas, quasi in *γυναικωνῖτιν*. Postea Macedo Alexander pleraque parte orien- 34
tali subacta, cum annos regnavisset undecim, obiit mortis diem. Neque haud longe post 35
Aristoteles philosophus, et post aliquanto Demosthenes vita functi sunt: iisdemque ferme 36
tempestatibus populus Romanus gravi ac diutino Samnitium bello conflictatus est: consulesque Tib. Veturius et Sp. Postumius in locis iniquis apud Caudium a Samnitibus circumvallati, ac sub iugum missi, turpi foedere fa-

Virtusque] Cum Reg. et Lugd. ut. Long. *virtutesque R.* omisso v. *felic.*; eodem modo Thuan. qui mox etiam *incoeptabant.* Recepit Long. Nostrum firmat Guelf. — *Ἀνδρωνῖτιν*] Codd. Latine scribunt *andronitin* et *gynaeconitin.* Linc. exhib. *in andro intro ap. in andronitin.* Edd. ante Ald. *androniten -- gynaeconiten* (Iunt. *gynaeconitin*). Guelf. *andronitia* et *gineconitin.* Ald. et Steph. *ἀνδρονίτην -- γυναικονίτην*, Reg. om. *ipse* (isse?) unde Lamb. (Biblioth. Caes. 3. p. 377.) legend. putavit: *se quid. ad R. isse* (s. *ivisse*) *quasi in andr.; M. ire ad P. q. in gyn.*, quod satis oportunum arbitrabatur I. G.

§. 34. *Regnavisset undecim*] Ita Guelf. et edd. vett. pro *ann. undec. regnav.*

§. 35. *Haud*] Reg. dedit *haut* (*haud*) pro vulg. *ita.*

§. 36. *Ac*] Edd. ante Iunt. *et.* Dein Guelf. *sanitum* (etiam Iunt. Ald. *Samnitum.* cf. 11, 1, 5.); tum om. *que* post v. *cons.* Deinceps edd. vett. *T. Vetur.* pro *Tib. Vet.* Guelf. *Tyberius.* —

cto discesserunt; ob eamque causam populi iussu Samnitibus per Fetiales dediti, recepti
37 non sunt. Post annum deinde urbis conditae quadringentesimum fere et septuagesimum bel-
38 lum cum rege Pyrrho sumtum est. Ea tempestate Epicurus Atheniensis, et Zeno Cittien-
39 sis philosophi celebres erant: eodemque tempore C. Fabricius Luscinus et Q. Aemilius Papus censores Romae fuerunt; et P. Cornelium Rufinum, qui bis consul, et dictator fuerat, senatu moverunt: causam[que] isti notae subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti coenae gratia decem pondo libras habere.
40 Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, consulibus Appio Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Appii illius Caeci fratre, et M. Fulvio Flacco, bellum adversum Poenos primum coeptum est.
41 Neque diu post Callimachus poëta, Cyrenensis, Alexandriae apud Ptolemaeum regem cele-
42 bratus est. Annis deinde postea paulo pluribus quam viginti, cum Poenis pace facta, con-

Ob eamque c.] Edd. ante Iunt. *ob eam c.* omissa particula *que.*

§. 39. *Luscinus*] Guelf. *luscinius.* — *Et dict.*] Guelf. om. *et.* — *Causamque*] Copulam om. Reg. et Lugd. mai. Deinceps *subscripsere* hab. edd. inde a Iunt.; cum codd. et edd. vett. mutavit Steph.; illud restituit Long. — *Libras*] V. *libras* om. edd. vett. V. ad 4, 8, 7.

§. 40. *Et non.*] Copula deest in ed. Steph. et Lugd. min., repugnantibus ceteris libb. Omisit tamen Both. in Poët. Scen. Lat. V. 5. p. 4. Guelf. hab. *et LXXX.* — *Adversum*] Edd. ante Iunt. *adversus.* Dein Guelf. *inceptum est.*

§. 42. *Cum* etc.] Ita edd. vett. pro ordine vv. vulgato: *pace cum P. facta.* Guelf. hab. *cum penis*

sulibus Claudio Centone, Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romae coepit, post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus fere centum et sexaginta, post Menandri annis circiter quinquaginta duobus. Claudium et Tu- 43
ditanum consules sequuntur Q. Valerius et C. Manilius; quibus natum esse Q. Ennium poëtam M. Varro in primo *De Poëtis* libro scripsit: eumque cum septimum et sexagesimum annum haberet, duodecimum Annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romam conditam 44
quingentesimo undevicesimo, Sp. Carvilius Ruga primus Romae de amicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod sterila esset, iurassetque apud censores, uxorem se liberûm quaerendorum causa habere. Eodemque anno 45
Cn. Naevius poëta fabulas apud populum de-

pax facta est. — *L. Livius*] Cf. Osann. Analect. Critt. p. 39 sqq.

§. 43. *Manilius*] Merula (ad Enn.) et Lambec. (in marg. cod.) cum aliis *Mamil.* legendum esse censuerunt (C. Mamilius Turrinus, a. u. c. 513. vel 514.), quod receperunt editt. recentt., invitis libb. — *Duodecimum*] Merul. l. l. (lib. 18.) leg. *duodevigesim.*, qui extremus erat liber Annalium. v. Voss. de Histt. Latt. 1, 2. Antea *haberet* pro *ageret* est e Reg. et Lugd. mai.

§. 44. *Undevicesimo*] Thuan. *et vices.* cf. 4, 3. ubi ex Sulpicii sententia annus alius datur. — *Sterila*] Ita pro (Guelf.) *sterilis* edidi e Thuan. Lugd. ut. Mem. Pet. Torn. et Sciopp. V. Fest. (Scheller. sub h. v.) et quos praeter illum laudavit I. G. Ruddimann. I. p. 164. not. 93. Post pro *habere* marg. Gryph. 1539. hab. *avere.*

§. 45. *Cn. Naev.*] Edd. vett. et Guelf. *C. Naev.*

exstitit: si recte honesteque factum est, tum honestum fit: sin parum recte, turpe fit: sic amare; sic amor non honestus omnis, neque omnis laude dignus, sed qui facit nos, ut honeste amemus.

CAPUT XXI.

Quibus temporibus post Romam conditam Graeci Romanique illustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.

1 Ut conspectum quendam aetatum antiquissimarum, item virorum illustrium, qui in iis aetatibus nati fuissent, haberemus, ne in sermonibus forte inconspectum aliquid super aetate atque vita clarorum hominum temere diceremus; sicuti sophista ille ἀπαίδευτος, qui publice nuper disserens Carneadem philosophum a rege Alexandro, Philippi filio, pe-

sativam. Dein *tale* om. Guelf.; post pro *tum* hab. *tamen*. Mox vv. *sic amare* om. Steph., invitis libb. Deinceps Guelf. hab. *et sic amor*. Postremo Steph. pro *facit* malebat: commonefacit (προτρέπων); nihil mutandum esse adscripsit iam Salm. cf. ad 4, 1, 16. 19, 13, 2. Terent. Eun. 5, 8, 5.

Cap. XXI. *Floruerint*] Edd. vett. et Guelf. *floruerunt*. Iunt. tamen et Ald. in ind. capp. hab. *floruerint*.

§. 1. *Haberemus*] Guelf. *heredum*. — *Inconspectum*] Iunt. Ald. et Gryph. *in conspectum*; nostrum est in reliquis. (cf. Pric. ad Appul. Apol. p. 165.) I. G. in Addendis: Immo in hac voce adeo sunt firmi (codd.), ut nemo cogitet: *incompertum*, quod tamen videri posset Gellius dedisse. — *Sicuti*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *sicut*. Sequens *ille* male excidit in ed. Bip. — *Philosophum* etc.] Edd. ante Iunt. pro *phil. a rege* hab. *plurima rege*; Iunt. *philos. rege*;

cunia donatum, et Panaetium Stoicum cum superiore Africano vixisse dixit; ut ab istiusmodi, inquam, temporum aetatumque erroribus caveremus, excerpebamus ex libris, qui *Chronici* appellantur, quibus temporibus floruissent Graeci simul atque Romani viri, qui vel ingenio, vel imperio nobiles insignesque post conditam Romam fuissent ante secundum bellum Carthaginiensium: easque nunc excerptiones nostras, variis diversisque in locis factas, cursim digessimus. Neque enim id nobis negotium fuit, ut acri atque subtili cura excellentium in utraque gente hominum *συγχρονισμοὺς* componeremus; sed ut Noctes istae quadamtenus his quoque historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur. Satis autem visum est, 2
in hoc commentario de temporibus paucorum hominum dicere, ex quorum aetatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus, haud difficilis coniectura fieri posset. Incipiemus 3
igitur a Solone claro: quoniam de Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit, aetatem eos egisse vel iisdem fere tempo-

Ald. addidit *a.* Illud *plur.* ortum dici potest ex compendio scribendi vocis *phūm* ita saepe scriptae; sed utraque etiam lectio ita coniungi possit: *Carn. philosophum plurima a rege Al.* etc. Vulgat. firmat Guelf. — *Excerpebamus*] Mem. Chifl. Pet. Lugd. ut. Guelf. *exercebamus*; Reg. *etexerceb.*, unde Gron. pat. coni. *excernebamus.* At mox: excerptiones nostras. — *Ante*] Guelf. *antequam.* — *Diversisque* etc.] Thuan. *diversisque modis et locis.* — *Συγχρονισμοὺς*] Guelf. *Grecum.* — *Historiae*] Voc. *historiae* restitui ex Guelf. edd. vett. et Steph., Long. secutus. Exciderat in edd. recentt. Gron. et Bip.

§. 2. *Posset*] Guelf. *posse. Incipimus.*

§. 3. *Constitit*] Edd. Rom. *consistit.* Guelf. *con-*

ribus, vel Homerum aliquanto antiquiorem; utrumque tamen ante Romam conditam vixisse, Silviis Albae regnantibus, annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo *Annalium* de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta annis, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo *Chronico[rum]* de Homero dixit,
4 annis circiter centum et sexaginta. Solonem ergo accepimus, unum ex illo nobili numero sapientum, leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romae regnante, anno regni
5 eius tricesimo tertio. Servio autem Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit, Solone ante in exsilium voluntarium profecto: quoniam id ei praedicenti non creditum est.
6 Postea Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cogno-
7 mentum Superbus fuit. Iisdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio et Aristogi-

stat. — *Cassius*] Edd. Rom. Ven. 1472. Brix. et Guelf. *Sassius.* — *Centum*] Lips. ad Velleium Pat. *ducentis.* v. Salmas. ad Solin. Gryph. 1542. *C. atque XL.*; in marg. *LX.* Sequens *annis* est in edd. ante Ald.; non hab. Guelf. Tum *cond. aut.* pro *autem cond.* dant edd. vett.; *autem* plane om. Iunt. Ald.; vulgat. tuetur Guelf. — *Chronicorum*] *Chronico* dat Reg. — *Centum* etc.] Marg. Gryph. 1542. *C. et L.* cf. Mai. ad Cic. de Rep. 2, 10. p. 147. ed. Tubing.

§. 4. *Prisco*] Guelf. om. *Prisco.* — *Tricesimo tertio*] Meurs. de Archontt. 1, 12.: *vicesimo secundo*; Guelf. *XXIII°.* Et Ois. *XXIII.* pro *XXXIII.*

§. 5. *Fuit*] Guelf. om. hoc v. Dein edd. ante Iunt. pro *ante* hab. *autem.* — *Voluntarium*] Reg. *voluntario;* quod recepit Long.

§. 6. *Filio*] Cf. Lachmann. de Font. Liv. Comment. I. p. 54.

tone Hipparchus, Pisistrati filius, Hippiae tyranni frater. Archilochum autem Nepos Cor- 8
nelius tradit, Tullo Hostilio Romae regnante, iam tum fuisse poëmatis clarum et nobilem. Ducentesimo deinde et sexagesimo anno post 9
Romam conditam, aut non longe amplius, victos esse ab Atheniensibus Persas, memoriae traditum est, pugnam illam inclitam Marathoniam, Miltiade duce: qui post eam victoriam damnatus a populo Atheniensi in vinculis publicis mortem obiit. Tum Aeschylus Athe- 10
nis tragoediarum poëta celebris fuit. Romae 11
autem ferme istis temporibus tribunos et aediles tum primum per seditionem sibi plebes creavit; ac non diu post Cn. Marcius Coriolanus, exagitatus vexatusque a tribunis plebi, ad Vulscos, qui tum hostes erant, a republica descivit, bellumque populo Romano fecit. Post 12
deinde paucis annis Xerxes rex ab Atheniensibus, et pleraque Graecia, Themistocle duce, navali proelio, quod ad Salamina factum est, victus fugatusque est. Atque inde anno fere 13
quarto, Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo consulibus, bello Veiente, apud fluvium Cre-

§. 8. *Archilochum*] Cf. Archiloch. Reliqu. ed. Liebel. p. 5. — *Tullo*] Edd. vett. et Guelf. *Tullio.* Mox Guelf. *tunc.*

§. 9. *Pugnam* etc.] Ablativv. *pugna illa* etc. dedit cum edd. inde ab Ald. Steph. contra libb. omnes. Guelf. *pugnamque illam.*

§. 11. *Ferme* etc.] Sic edd. vett. pro *istis ferme t.* Guelf. exhib. *R. aut. ferme autem ist. t.;* mox idem *plebs.*

§. 12. *Themistocle*] Guelf. *a Them.*

§. 13. *Agrippa*, etc.] Pigh. in Annalib. *Agrippae F. C. Hor.* etc. Mox Guelf. *bello veniente.* Tum edebatur: *ab his* (edd. vett. *iis.* Connell. *eis*) *sex et*

meram, Fabii sex et trecenti patricii cum familiis suis, universi ab hostibus circumventi,
14 perierunt. Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in philosophiae naturalis studio floruit.
15 Romae autem per eas tempestates decemviros legibus scribundis creatos constitit; tabulasque ab iis primo decem conscriptas, mox alias
16 duas additas. Bellum deinde in terra Graecia maximum Peloponnesiacum, quod Thucydides memoriae mandavit, coeptum est circa annum fere, post conditam Romam, trecente-
17 simum vicesimum tertium. Qua tempestate Olus Postumius Tubertus dictator Romae fuit, qui filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit. Hostes
18 tum populi Romani fuerant Fidenates. Itaque [qui] in hoc tempore nobiles celebresque erant

(Guelf. et Steph. om. *et*) *trec. pat. Fabii* (Guelf. om. *Fabii*) *cum f. s.*; at statim: *ab hostibus*. Vv. *ab his* om. codd. Reg. Thuan. et Lugd. ut., unde ordinem etiam vulgatum cum Long. immutavi. Etiam Wower. in marg. hab. *abbi* pro *ab iis*; unde effecit *Fabii*. De re cf. Perizon. Animadvv. histt. c. 5. p. 193 sqq. ed. Amstel. — *Perierunt*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *periere*. V. 9, 8, 1.

§. 15. *Scribundis*] Eaedem edd. *scribendis*; Guelf. *scribund.*

§. 16. *Peloponnesiacum*] Guelf. *peloponiensiac.* — *Trecentesimum* etc.] Edd. ante Iunt. *CCCXXIIII.* Marg. Gryph. 1542. *CCCXXIII.*

§. 17. *Tubertus*] Ante Steph. *Torquatus*, correxit ille ex codd. (Guelf.). Idem *Olus* dedit pro *A.* ut est in edd. vett. Guelf. *Aulus*. cf. Schneid. Grammat. Lat. 1, 1. p. 61. cf. Liv. 4, 29. Valer. M. 2, 7, 6. — *Dictum*] Ois. *edictum*; reprobante I. G.

§. 18. *Itaque qui*] Edd. vett. *itaque qui*; *qui* delevit Steph.; restituit Long. hab. etiam Guelf. Reg. Lugd. mai. et Torn. Fort. anacoluthon quoddam lo-

Sophocles, ac deinde Euripides, tragici poëtae, et Hippocrates medicus, et Democritus philosophus: quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit; sed quibusdam temporibus iisdem vixerunt. Iam deinde, tribunis 19
militaribus consulari imperio rempublicam Romae regentibus, ad annum fere conditae urbis trecentesimum quadragesimum septimum, triginta illi tyranni praepositi sunt a Lacedaemoniis Atheniensibus; et in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit, paucisque annis post Socrates Athenis capitis damnatus est, et in carcere veneno necatus. Ea fere tempe- 20
state Romae M. Furius Camillus dictator fuit, et Veios cepit. Ac post non longo tempore 21
bellum Senonicum fuit. Tum Galli Romam, 22
praeter Capitolium, ceperunt. Neque multo 23
postea Eudoxus astrologus in terra Graecia nobilitatus est: Lacedaemoniique ab Atheniensibus apud Corinthum superati, duce Phormione: et M. Manlius Romae, qui Gallos in 24
obsidione Capitolii, obrepentis per ardua, depulerat, convictus est, consilium de regno occupando inisse, damnatusque capitis, saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, praeceps datus; ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, ver-

cum hab.; fort. etiam postea v. *sed* delend. I. G. coni. *ita quoque*. Deinceps ex iisdem libb. Gron. est *in hoc tempore* pro vulg. (Guelf.) *inter haec tempora*.

§. 19. *Rempublicam*] Guelf. *rei pu.*

§. 21. *Fuit* etc.] Guelf. *fuit cum G.*

§. 23. *Duce*] Guelf. om. *duce.*

§. 24. *Manlius*] Guelf. hab. *Mallius.* — *Convictus est*] Guelf. *convictusque est.* — *Saxo*] Edd. vett. praeter Iunt. *e saxo.*

25 berando necatus est. Eoque ipso anno, qui erat post recuperatam urbem septimus, Aristotelem philosophum natum esse, memoriae
26 mandatum est. Aliquot deinde annis post bellum Senonicum, Thebani Lacedaemonios, duce Epaminonda, apud Leuctra superaverunt:
27 ac brevi post tempore in urbe Roma lege Licinii Stolonis consules creari etiam ex plebe coepti, cum antea ius non esset, nisi ex pa-
28 triciis gentibus, fieri consules. Circa annum deinde urbis conditae quadringentesimum Philippus, Amyntae filius, Alexandri pater, regnum Macedoniae adeptus est: inque eo tem-
29 pore Alexander natus est: paucisque inde annis post Plato philosophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posteriorem profectus est.
30 Post deinde aliquanto tempore Philippus apud Chaeroneam proelio magno Athenienses vincit.
31 Tum Demosthenes orator ex eo proelio salutem fuga quaesivit, cumque id ei, quod fugerat, probrose obiiceretur, versu illo notissimo elusit:

Ἀνὴρ, inquit, *ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.*

32 Postea Philippus ex insidiis occiditur; et Alexander, regnum adeptus, ad subigendos Persas in Asiam atque in Orientem transgressus est.
33 Alter autem Alexander, cui cognomentum Mo-

§. 25. *Eoque ipso*] Guelf. *eo quoque ipso.*

§. 27. *Consules*] Edd. vett. et Guelf. *consulem.*

§. 28. *Inque eo t.*] Guelf. *in eoque t.* V. *St. Croix, Examen des Hist. d'Alex.* p. 593 sqq. ed. II.

§. 30. *Deinde*] Long. *deinde;* secutus edd. vett. Guelf. et Torn. Vulg. *inde.*

§. 32. *Adeptus*] Guelf. *adeptus est*; fort. *ad. et ad* etc.

§. 33. *Molosso*] Guelf. *mollosus.* —

losso fuit, in Italiam venit, bellum populo Romano facturus; iam enim fama virtusque felicitatis Romanae apud exteras gentes enitescere incoeptabat; sed prius, quam bellum faceret, vita decessit. Eum Molossum, cum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire, quasi in *ἀνδρωνῖτιν*; Macedonem isse ad Persas, quasi in *γυναικωνῖτιν*. Postea Macedo Alexander pleraque parte orien- 34
tali subacta, cum annos regnavisset undecim, obiit mortis diem. Neque haud longe post 35
Aristoteles philosophus, et post aliquanto Demosthenes vita functi sunt: iisdemque ferme 36
tempestatibus populus Romanus gravi ac diutino Samnitium bello conflictatus est: consulesque Tib. Veturius et Sp. Postumius in locis iniquis apud Caudium a Samnitibus circumvallati, ac sub iugum missi, turpi foedere fa-

Virtusque] Cum Reg. et Lugd. ut. Long. *virtutesque R.* omisso v. *felic.*; eodem modo Thuan. qui mox etiam *incoeptabant.* Recepit Long. Nostrum firmat Guelf. — *Ἀνδρωνῖτιν*] Codd. Latine scribunt *andronitin* et *gynaeconitin.* Linc. exhib. *in andro intro ap. in andronitin.* Edd. ante Ald. *androniten -- gynaeconiten* (Iunt. *gynaeconitin*). Guelf. *andronitia* et *gineconitin.* Ald. et Steph. *ἀνδρονίτην -- γυναικονίτην*, Reg. om. *ipse* (isse?) unde Lamb. (Biblioth. Caes. 3. p. 377.) legend. putavit: *se quid. ad R. isse* (s. *ivisse*) *quasi in andr.; M. ire ad P. q. in gyn.*, quod satis oportunum arbitrabatur I. G.

§. 34. *Regnavisset undecim*] Ita Guelf. et edd. vett. pro *ann. undec. regnav.*

§. 35. *Haud*] Reg. dedit *haut* (*haud*) pro vulg. *ita.*

§. 36. *Ac*] Edd. ante Iunt. *et.* Dein Guelf. *sanitum* (etiam Iunt. Ald. *Samnitum.* cf. 11, 1, 5.); tum om. *que* post v. *cons.* Deinceps edd. vett. *T. Vetur.* pro *Tib. Vet.* Guelf. *Tyberius.* —

cto discesserunt; ob eamque causam populi iussu Samnitibus per Fetiales dediti, recepti
37 non sunt. Post annum deinde urbis conditae quadringentesimum fere et septuagesimum bel-
38 lum cum rege Pyrrho sumtum est. Ea tempestate Epicurus Atheniensis, et Zeno Cittien-
39 sis philosophi celebres erant: eodemque tempore C. Fabricius Luscinus et Q. Aemilius Papus censores Romae fuerunt; et P. Cornelium Rufinum, qui bis consul, et dictator fuerat, senatu moverunt: causam[que] isti notae subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti coenae gratia decem pondo libras habere.
40 Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, consulibus Appio Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Appii illius Caeci fratre, et M. Fulvio Flacco, bellum adversum Poenos primum coeptum est.
41 Neque diu post Callimachus poëta, Cyrenensis, Alexandriae apud Ptolemaeum regem cele-
42 bratus est. Annis deinde postea paulo pluribus quam viginti, cum Poenis pace facta, con-

Ob eamque c.] Edd. ante Iunt. *ob eam c.* omissa particula *que.*

§. 39. *Luscinus*] Guelf. *luscinius.* — *Et dict.*] Guelf. om. *et.* — *Causamque*] Copulam om. Reg. et Lugd. mai. Deinceps *subscripsere* hab. edd. inde a Iunt.; cum codd. et edd. vett. mutavit Steph.; illud restituit Long. — *Libras*] V. *libras* om. edd. vett. V. ad 4, 8, 7.

§. 40. *Et non.*] Copula deest in ed. Steph. et Lugd. min., repugnantibus ceteris libb. Omisit tamen Both. in Poët. Scen. Lat. V. 5. p. 4. Guelf. hab. *et LXXX.* — *Adversum*] Edd. ante Iunt. *adversus.* Dein Guelf. *inceptum est.*

§. 42. *Cum* etc.] Ita edd. vett. pro ordine vv. vulgato: *pace cum P. facta.* Guelf. hab. *cum penis*

sulibus Claudio Centone, Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romae coepit, post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus fere centum et sexaginta, post Menandri annis circiter quinquaginta duobus. Claudium et Tu- 43
ditanum consules sequuntur Q. Valerius et C. Manilius; quibus natum esse Q. Ennium poëtam M. Varro in primo *De Poëtis* libro scripsit: eumque cum septimum et sexagesimum annum haberet, duodecimum Annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romam conditam 44
quingentesimo undevicesimo, Sp. Carvilius Ruga primus Romae de amicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod sterila esset, iurassetque apud censores, uxorem se liberûm quaerendorum causa habere. Eodemque anno 45
Cn. Naevius poëta fabulas apud populum de-

pax facta est. — *L. Livius*] Cf. Osann. Analect. Critt. p. 39 sqq.

§. 43. *Manilius*] Merula (ad Enn.) et Lambec. (in marg. cod.) cum aliis *Mamil.* legendum esse censuerunt (C. Mamilius Turrinus, a. u. c. 513. vel 514.), quod receperunt editt. recentt., invitis libb. — *Duodecimum*] Merul. l. l. (lib. 18.) leg. *duodevigesim.*, qui extremus erat liber Annalium, v. Voss. de Histt. Latt. 1, 2. Antea *haberet* pro *ageret* est e Reg. et Lugd. mai.

§. 44. *Undevicesimo*] Thuan. *et vices.* cf. 4, 3. ubi ex Sulpicii sententia annus alius datur. — *Sterila*] Ita pro (Guelf.) *sterilis* edidi e Thuan. Lugd. ut. Mem. Pet. Torn. et Sciopp. V. Fest. (Scheller. sub h. v.) et quos praeter illum laudavit I. G. Ruddimann. I. p. 164. not. 93. Post pro *habere* marg. Gryph. 1539. hab. *avere*.

§. 45. *Cn. Naev.*] Edd. vett. et Guelf. *C. Naev.*

dit; quem M. Varro in libro *De Poëtis* primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo; idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Porcium autem Licinium Servius Poëticam Romae coepisse dicit in his versibus:

Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Ac deinde annis fere post quindecim bellum adversus Poenos sumtum est: atque non nimium longe M. Cato orator in civitate, et Plautus poëta in scena floruerunt. Iisdemque temporibus Diogenes Stoicus, et Carneades Academicus, et Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Romani, ne-

— *Libro*] Reg. Thuan. Lugd. ut. Pet. *libris*, unde Gron. pat. mox: *prima stipendia.* — *Scripsit*] Versibus Saturniis. v. Fest. sub v. *Saturno.* Deinceps omnes codd. Gron. Guelf. et Torn. dant: *Porcium -- Licinium*, ut adscripsit Sciopp. addens: f. *Licinum.* cf. Torrent. ad Horat. Epist. 2, 1, 162. Coler. ad Sallust. p. 460. Burmann. Anthol. Lat. V. 1. p. 407. Quo casu recepto, *dicit* ad Varronem pertineret. Versus nonnulli Licinii leguntur 19, 9. *Licinus* legitur in Fastis Romanis. v. I. G. Sed ex edd. vett. non solum *Porcium -- Licinium* pro vulgato *Porcius -- Licinius* annotatum habeo, sed pro vulgato *serius* indidem adscripsi *Servius*, quod nomen restituere non dubitavi. Intelligendus fort. est *Servius Claudius* qui laudatur 13, 22, 19. — *Musa*] Intellige *Graecam.* cf. Lange Vindic. Tragoed. Rom. p. 4. Dein Torrent. l. l. leg. *pennato.* — *Se*] Edd. ante Ald. Steph. et Guelf. *sese.* Guelf. versu super. *pennato.*

§. 46. *Adversus*] Edd. vett. *adversum*; Guelf. nostrum tuetur.

§. 47. *Orator*] Cf. Plin. H. N. 7, 27. Iustin. 33.

gotii publici gratia, legati sunt. Neque ma- 49
gno intervallo postea Q. Ennius, et iuxta Caecilius, et Terentius, ac subinde [et] Pacuvius, et Pacuvio iam sene Attius, clariorque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit. Sed progressi longius sumus, cum finem pro- 50
posuerimus annotatiunculis istis bellum Poenorum secundum.

§. 49. *Ennius*] Hic quidem 14. annis ante eam legationem mortuus est. v. Cic. Brut. c. 20. Cat. mai. 5. et I. G. ad h. l. — *Et*] Edd. vett. om. *et*; hab. Guelf. — *Lucilius*] V. Lange l. l. p. 34.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER OCTAVUS DECIMUS.

CAPUT I.

Disputationes a philosopho Stoico, et contra a Peripatetico, arbitro Favorino, factae: quaesitumque inter eos, quantum in perficienda vita beata virtus valeret; quantumque esset in iis, quae dicuntur extranea.

1 Familiares Favorini erant duo quidam non incelebres in urbe Roma philosophi. Eorum fuit unus Peripateticae disciplinae sectator, al-
2 ter Stoicae. His quondam ego acriter atque contente pro suis utrinque decretis propugnantibus, cum essemus una omnes Ostiae
3 cum Favorino, interfui. Ambulabamus autem in litore, cum iam advesperasceret, aestate

LIB. XVIII. CAP. I. *Contra*] Guelf. *et e contra.*

§. 1. *Erant duo*] Guelf. *duo erant.*

§. 2. *Una* etc.] Edd. vett. *una Ost. omnes.* Nostrum ordinem retinet Guelf.

anni novi. Atque ibi Stoicus censebat, et vi- 4
tam beatam homini virtute animi sola, et mi-
seriam summam malitia sola posse effici, et-
iamsi cetera bona omnia, quae corporalia et
externa appellarentur, virtuti deessent, ma-
litiae adessent. Ille contra Peripateticus, mi- 5
seram quidem vitam vitiis animi et malitia
sola fieri, concedebat, sed ad complendos
omnes vitae beatae numeros virtutem solam
nequaquam satis esse existimabat: quoniam et
corporis integritas, sanitasque, et honestus
modus formae, et pecunia familiaris, et bona
existimatio, ceteraque omnia corporis et for-
tunae bona necessaria viderentur perficiendae
beatae vitae. Reclamabat hoc in loco Stoicus, 6
et, tanquam duas ille res diversas poneret,
mirabatur: quod, cum essent malitia et virtus

§. 3. *Novi*] Salm. Gron. pat. et Falster. mala-bant: *nova*. cf. Serv. ad Virg. G. 1, 43. I. G.: nisi ferre liceat enallagen. Aestatem *anni novi* Ois. cum Turn. Adv. 23. 8. putat Gellium dixisse, quod aestas novas fruges afferat. Alia *annus novus* indicat, quae v. ap. Ois. et Brosseum ad Cassiodor. 2, 1. p. 36. quem allegavit I. G.

§. 4. *Homini*] Hunc casum pro *kominum* dederunt Reg. et Lugd. mai. Ed. Connell. hab. *in hominum virt.*

§. 5. *Peripateticus*] Cf. Aristot. Ethic. 1, 3. — *Formae*] Guelf. *forma*. — *Familiaris*] Salmas. ad Solin. et in marg. ad h. l. malebat: *familiaque*. v. 16, 10. Deinceps edd. vett. hab. *aestimatio* pro *exist.*

§. 6. *Reclamabat*] Guelf. *reclamat*. — *Tanquam*] Lugd. mai. *tam*; Reg. etiam *tam*, sed literae *m* aliquid est superscriptum ab diversa manu, quasi voluisset *tamquam*. Deinceps edd. vett. dabant *ille duas*; quod restituit Long.; ordinem cum codd. omnibus Gron. et Guelf. invertit Steph. Tum *ponere* hab. Thuan.

duo contraria, vita misera et beata quoque aeque contraria, non servaret in utrisque vim
7 et naturam contrarii; et ad miseriam quidem vitae conficiendam satis valere malitiam solam putaret, ad praestandam vero vitam beatam
8 non satis solam esse virtutem diceret. Atque id maxime dissidere, neque convenire dicebat, quod, qui profiteretur, vitam nullo pacto beatam effici posse, si virtus sola abesset; idem contra negaret, beatam fieri vitam, cum sola virtus adesset: et quem daret haberetque absenti virtuti honorem, eundem petenti atque
9 praesenti adimeret. Tum Peripateticus perquam hercle festive: Rogo te, inquit, cum bona venia respondeas, an existimes, esse vini amphoram, cum abest ab ea unus congius?
10 [Hoc ubi accepit Stoicus:] Minime, inquit, vini amphora dici potest, ex qua abest congius.
11 Hoc ubi accepit Peripateticus: Unus igitur, in-

§. 7. *Solam* etc.] Hic vv. ordo est in Reg. Guelf. et edd. vett. Vulg. *virtutem solam esse.*

§. 8. *Dissidere*] Ed. Brix. (ex operarum credo vitio) *dissedere.* Reg. *disserere;* hoc voluit, an *differre? I. G.* — *Beatam*] Guelf. *et beat.* — *Absenti virtuti*] Ita edd. vett. pro ordine inverso (Guelf.): *virt. abs.* Mox Guelf. *praes atque pet.*

§. 10. *Hoc* etc.] Vv. uncis seiuncta om. Reg. et Lugd. mai.; in Lugd. min. adscripsit manus sec. Linc. dat: *Hoc ubi ac. St. Peripateticus minime;* quae ex cod. adscripsit e cod. Bourdel. v. mox eadem vv. Ceterum *hoc* pro *haec* dedit Steph. ex *codd.* Guelf. *Hoc ubi acc. stoycus peripateticus unus inquit cong.;* reliquis omissis. — *Amphora*] Lugd. mai. et Linc. *amphoram;* quasi v. *esse* repeti intellectu vellent. *I. G.* Fort. v. *fieri* excidit; v. sqq.

§. 11. *Accepit*] Scheller. in Lex. sub v. *accipio* interpretatur: Quum hoc Peripatetico concessum esset; praefert tamen alteram rationem: quum Per. hoc

quit, congius amphoram facere dici debebit: quoniam, cum deest ille unus, non fit vini amphora; et cum accessit, fit amphora. Quod si id dicere absurdum est, uno congio solo fieri amphoram, itidem absurdum est, una sola virtute vitam fieri beatam dicere: quoniam, cum virtus abest, beata esse vita nunquam potest. Tum Favorinus aspiciens Peripateticum: Est quidem, inquit, argutiola haec, qua de congio vini usus es, exposita in libris: sed, ut scis, captio magis lepida, quam probum, aut simile argumentum videri debet. Congius enim, cum deest, efficit quidem, ne sit iustae mensurae amphora: sed cum accedit et additur, non ille unus facit amphoram, sed supplet. Virtus autem, ut isti dicunt, non accessio, neque supplementum, sed sola ipsa vitae beatae instar est: et propterea vitam beatam sola una, cum adest, facit. Haec atque alia quaedam minuta magis et nodosa, tanquam apud arbitrum Favorinum, in suam uterque sententiam conferebant. Sed cum iam prima fax noctis, et densiores esse tenebrae coepissent, prosecuti Favorinum in domum, ad quam devertebat, discessimus.

12 13 14 15 16

audiret. — *Inquit*] Edd. vett. om. v. *inquit*. — *Uno* etc.] Guelf. om. vv. *uno — abs. est*.

§. 13. *Efficit*] Ex edd. vett. Steph. et Guelf. restitui cum Long. praesens tempus in locum futuri *efficiet*; quod primum video in ed. a. 1651. — *Additur*] Steph. cum quibusdam codd. edidit: *adiicitur*, obstantibus reliquis libb. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett.

§. 14. *Sola*] Cum edd. vett. ante Iunt. Steph. hab. *ipsa sola*; *ipsa* om. cum Guelf. et Iunt. Ald. et Gryph. codd. Gron.

§. 15. *Uterque*] Guelf. *utraque*.

CAPUT II.

Cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalicia ludicra Athenis agitare soliti sumus: atque inibi inspersa quaedam sophismata et aenigmata oblectatoria.

1 Saturnalia Athenis agitabamus hilare prorsum ac modeste, non, ut dicitur, remittentes animum, (nam remittere, inquit Musonius, animum, quasi amittere est;) sed demulcentes eum paulum atque laxantes iucundis honestis-
2 que sermonum illectationibus. Conveniebamus autem ad eandem coenam complusculi, qui Romani in Graeciam veneramus, quique easdem auditiones, eosdemque doctores colebamus.
3 Tum qui et coenulam ordine suo curabat, praemium solvendae quaestionis ponebat librum veteris scriptoris vel Graecum, vel Latinum, et coronam e lauro plexam; totidemque res quaerebat, quot homines istic eramus: cumque eas omnis exposuerat, rem locumque
4 dicendi sors dabat. Quaestio igitur soluta co-

§. 16. *Ad quam devert.*] Edd. vett. *in quam divert.* Utraque constructio proba.

Cap. II. *Certationibus*] Guelf. Iunt. Ald. *certaminibus.* Deinceps edd. ante Iunt. *Saturnalia.*

§. 1. *Ac*] Vulg. *et.* Cod. Torn. et edd. vett. *ac mod.* quod restituit Long. Guelf. *atque.* Dein Macrob. 1, 5. p. 225. Zeun.: *non animum, ut dicitur, remittentes*; et mox *paululum.* — *Honestisque*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *atque honestis.*

§. 2. *Romani*] Salm. adscripsit: *Romam*, l. *Roma*; *Roma* in collatione libri Reg. in cod. suo scripsit Lamb. cf. 1, 2, 1. fin.

§. 3. *Et coenulam*] Steph. om. *et*; contra libb.

§. 4. *Quaestio*] Edd. vett. *quaestione.* —

rona et praemio donabatur; non soluta autem transmittebatur ad eum, qui sortito successerat, idque in orbem vice pari servabatur. Si nemo 5
dissolvebat, quaestionis eius [nodum, praemium ipsum et] corona deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quaerebantur autem res huiusce- 6
modi: aut sententia poëtae veteris lepide obscura non anxie, aut historiae antiquioris requisitio, aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio; aut captionis sophisticae solutio, aut inopinati rariorisque verbi indagatio, aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum. Itaque nuper quae- 7
sita esse memini numero septem, quorum prima fuit enarratio horum versuum, qui sunt in Satiris Q. Ennii uno multifariam verbo concinniter implicati: quorum exemplum hoc est:

Nam qui lepide postulat alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.

Transmittebatur] Iunt. et Steph. *tramitt.* — *Pari*] Guelf. *parari.*

§. 5. *Nodum* etc.] Vv. uncis seclusa om. Reg. et Lugd. mai.; eiecit Long. cum pron. *eius.* Libri, quos nominavi, habere videntur: *corona quaestionis eius deo* etc. Ita certe I. G. Lugd. min. Mem. et Pet. *questionis eius deo.* Linc. *questionis eadem cuius.* Chifl. *questionis eiusdem cuius.* Thuan. *sine nodis solutae corona quaestionis ei deo.* Guelf. *qonis eiusdem cum id f.*, reliquis omissis.

§. 6. *Philosophia perperam*] Guelf. *ph'ye* (*philosophiae*) *properam.*

§. 7. *Frustrari*] Steph. *frustrat;* nostrum exhib. edd. vett. Torn. et Guelf. — *Quem* etc.] Secundus vers. cum priore parte tertii non legitur in Reg., qui tum pergit: *quem frustrassent.* Guelf. om. vv.

Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est, si non ille
est frustra.

frustra eum dicit. Sciopp. ad vv. *quem fr. sentis* adscripsit *frustras*; quod ex vet. cod. protulit etiam Columna ad fragmm. Enn. p. 300. I. G. laudat Bang. Obss. Philoll. p. 1150. et Casaub. Satir. Rom. p. 249. Guelf. versu quarto exhib. *Qui fr., is qui frustrat si non ille est frustra.* Acidal. ad Plaut. Amphitr. c. 2. legit: *Qui fr., is fr. est, non ille est frustra.* Hermann. in libro II. de Metr. poët. c. 45. p. 337. omisso *si* etiam legit: *non ille est fr.* Muret. apud Castal. VV. LL. c. 23. ita explicabat hos vv.: Qui vult alium lepide fallere, dicere non debet errare ac falli eum, quem ipse fallere cogitat. Nam ubi quis sentit frustra alium operam dare, ut se fallat, tum nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse frustra est, qui eum frustrari volebat, hoc est, ipse fallitur, qui fallere volebat. Gesner. in Thes. sub v. *frustro* ita legit:

Nam qui l. p. alt. frustrare,
Quem non frustrat, fr. eum d. fr. esse.
Nam qui sese frustrare, quum fr. sentit,
Qui frustrat, is fr. est; si non ille est frustra.

V. D. in *Conversationsblatt* 1823. Nr. 159. p. 636. ita transfert:

Wer jemand täuschen will und ihn nicht täuscht, der täuscht,
Wenn den getäuscht zu haben, er sich rühmt.
Denn hat er sich getäuscht, als jenen er
Zu täuschen sich vermass, so täuscht' er warlich,
Durch eine Täuschung, die nicht täuschte, sich allein.

Vel:

Täuschung wird niemals getäuscht, wenn Jemand mit Täuschung sich abgibt!
Denn, am täuschenden Täuscher bewährt sich Nichttäuschung der Täuschung:
Täuschte der aber sich selbst, als andere zu täuschen er täuschte,

Secunda quaestio fuit, quonam modo audiri 8
atque accipi deberet, quod Plato in civitate,
quam in libris suis condidit, *κοινὰς τὰς γυναῖκας*
id est, communes esse mulieres censuit; et
praemia viris fortibus, summisque bellatoribus
posuit saviationes puerorum et puellarum?
Tertio in loco hoc quaesitum est: in quibus 9
verbis captionum istarum fraus esset, et quo

Täuscht ja die Täuschung den Täuscher; wo nicht, so täuscht sie Getäuschte.

Addo etiam translationem Galli *Vergier: Celui qui en riant cherche à tromper quelqu'un, parle imprudemment, quand il dit, qu'il l'a trompé; car si l'autre s'aperçoit, qu'on cherche à l'induire en erreur, il trompe celui-là même qui voulait le tromper, à moins qu'en redoublant de finesse celui-ci ne parvienne à le faire donner dans les embûches qu'il lui tend.*

§. 8. *Quaestio f.*] Vv. *quaest. f.* om. Reg., forsan suppleta, ut ait I. G., quoniam prima dicebatur enarratio, quum haec videretur alterius modi, sed frustra. Eiecit ista Long. — *Id est,* etc.] Vv. *id est communes* et *mulieres* accesserunt e codd. Gron. omnibus, Guelf. et Torn. Edd. vett.: *condidit τῆς πολιτείας* (i. e. reipublicae) *fingebat. κοιν. τ. γ. i. e. communes uxores i. e. communes esse mulieres cens.* Pro hac tamen duplice interpretatione, quae exstat in sola ed. Rom, quarumque posteriorem Gellii esse facile vides, reliquae edd. tantum hab. *i. e. communes uxores esse cens.*; errorem scil. in ed. principe versari editores posteriores censebant. Ald. vulgatam lectionem, abiecta omni interpretatione, dederat. In vv. *τῆς πολ. fing.* latere vitium aliquod videtur. Quid si legas: *in libr. suis τῆς πολ. s. περὶ τῆς πολ. condidit*; abiecto v. *fingebat*, quod verbo *cond.* interpretando margini fort. adscriptum, in text. illatum sit? Mox Reg. *viris fortissimisque bell.*, quod placuit Salmasio et recepit Long. Locum v. ap. Plat. de Rep. 5. — *Saviationes*] Edd. vett. praeter Iunt. *suaviat.*

pacto distingui resolvique possent? *Quod non perdidisti, habes: cornua non perdidisti: habes igitur cornua.* Item altera captio: *Quod ego sum, id tu non es: homo igitur tu non*
10 *es.* Quaesitum id quoque ibi est, quae esset huius quoque sophismatis resolutio: *Cum mentior, et mentiri me dico, mentior, an verum*
11 *dico?* Postea quaestio ista haec fuit: *Quam ob causam patricii Megalensibus mutitare*
12 *soliti sint, plebes Cerealibus?* Secundum ea quaesitum hoc est: verbum *verant*, quod significat *vera dicunt*, quisnam veterum poë-
13 tarum dixerit? Sexta quaestio fuit, *asphodelum* cuiusmodi herba sit, quod Hesiodus in isto versu posuerit:

Νήπιοι! οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Et quid item Hesiodus se dicere sentiat, cum
14 dimidium plus esse toto dicit? Postrema quae-

§. 9. *Habes* etc.] Guelf. *ergo cornua hab.* — *Item*] Reg. om. *item*; Lugd. mai. hab. *autem*; idem mox *sed homo igit.*; cf. c. 13. fin.

§. 10. *Id quoque*] Lugd. mai. et Guelf. om. vv. *id quoque.* — *Huius*] Guelf. *hoc.* — *An*] Guelf. *aut.*

§. 11. *Ista haec*] Edd. ante Iunt. *isthaec.* v. 11, 15, 6. — *Mutitare*] I. e. mutuo convivia inter se exercere. Turneb. Adv. 17, 1. Codd. Gron. plerique Guelf. et edd. ante Bonon. *motitare.* cf. 2, 24, 2. Mox edd. vett. hab. *plebs.*

§. 12. *Quaesitum* etc.] Guelf. *hoc quaes. est;* mox *poët. veter.*

§. 13. *Cuiusmodi* etc.] Reg. *cuiusmodi herbarumque Hes.;* alii codd. Gron. Torn. Guelf. et edd. vett. lectionem receptam hab.; alii pro *quod* hab. *que;* Lugd. min. *cuimodi h. sit, q.,* probante l. G. coll. annot. ad 2, 8. Steph. dedit: *cuiusmodi verbum sit.* — Νήπιοι] Primum vers. om. Steph. contra codd. (Torn.) et edd. vett. V. Hes. Ἔργ. 40 sq. — *Dimi-*

stionum omnium haec fuit: *Scripserim, legerim, venerim,* cuius temporis verba sint, praeteriti, an futuri, an utriusque? Haec ubi ordine, quo dixi, proposita, atque, singulis sorte ductis, disputata explanataque sunt, libris coronisque omnes donati sumus; nisi ob unam quaestionem, quae fuit de verbo *verant.* Nemo enim tum commeminerat dictum esse a Q. Ennio id verbum in tertio decimo *Annalium* in isto versu: 15 16

Satin' vates verant aetate in agunda?

Corona igitur huius quaestionis deo feriarum istarum Saturno data est.

dium] Cf. Diog. Laërt. 1, 75. „Nimirum poëta hoc admonet, modicas facultates, suamet cuiusque industria ac labore partas, praestare amplissimis opibus, per aliorum iniuriam comparatis, quae et fluxae sint, et possessorem suum multis damnis ac miseriis induant. Dimidium igitur illud toto amplius erit, si quis in eo acquiescit, eoque prudenter ac moderate utitur. Quod ipsum poëta declarat subiecto versu: haud norunt, quantum vitae praesidium in malva sit et asphodelo, i. e. quantum vectigal sit parsimonia et frugalitas." Verba sunt Mitscherlichii V. Cel. in Programm. Septembr. 1819. ubi v. plura. cf. Platon. de Legg. 3. p. 690. E. Suid. sub v. ἥμισυ.

§. 14. *Legerim, venerim*] Vulg. *vener., leg.*; ordinem nostrum dederunt Guelf. Reg. Lugd. ut. et Pet.

§. 15. *Unam*] Mem. *viam*, unde Gron. pat. *vtam* i. e. *quintam.*

§. 16. *Tertio decimo*] Ita Guelf. Reg. et Lugd. mai.; edd. vett. XIII. Gryph. et Steph. *decimo tertio.* Statim Sciopp. adscripsit: *verat.*

CAPUT III.

Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Timarchum de impudicitia accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

1 Aeschines, vel acerrimus prudentissimusque oratorum, qui apud contiones Atheniensium floruerunt, in oratione illa saeva criminosaque et virulenta, qua Timarchum de impudicitia graviter insigniterque accusavit, nobile et illustre consilium Lacedaemoniis dedisse dicit virum indidem civitatis eiusdem principem, virtute atque aetate magna praeditum. 2 Populus, inquit, Lacedaemonius de summa republica sua, quidnam esset utile et honestum, 3 deliberabat: tum exsurgit, sententiae dicendae gratia, homo quispiam turpitudine pristinae vitae defamatissimus, sed lingua tunc atque 4 facundia nimium quanto praestabilis. Consilium, quod dabat, quodque oportere fieri suadebat, acceptum ab universis et complacitum est; futurumque erat ex eius sententia populi 5 decretum. Ibi unus ex illo principum ordine, quos Lacedaemonii, aetatis dignatisque maie-

Cap. III. §. 1. *Saeva*] Edd. Rom. Ven. 1492. Brix. *sera.* Ven. 1509. Bonon. Connell. *seria.*

§. 2. *Republica sua*] Gryph. marg. 1542. *Reipubl. suae.*

§. 3. *Defamatissimus*] Reg. Thuan. et Lugd. mai. *diffam.* cf. 14, 2, 10. 9, 2. fin. — *Quanto*] Ita Reg. Torn. Guelf. aliique libb. et edd. vett. Cum Thuan. Steph. *quantum* cf. 1, 8, 3. fin. Gryph. a. 1539. in marg. dat *nimis quam.* I. G. in Addend. p. 903. coni. *nimio quanto*; coll. Plaut. *multo tanto.*

§. 5. *Ibi*] Guelf. *ubi.* —

state, tanquam arbitros et magistros disciplinae publicae verebantur, commoto ir[rit]atoque animo exsilit, et: Quaenam, inquit, Lacedaemonii, ratio, aut quae tandem spes erit, urbem hanc et hanc rempublicam salvam inexpugnabilemque esse diutius posse, si huiuscemodi anteactae vitae hominibus consiliariis utemur? Quod si proba isthaec et honesta sententia est, quaeso vos, non sinamus eandem dehonestari turpissimi auctoris contagio. Atque ubi hoc dixit, elegit virum fortitudine 6
atque iustitia praeter alios praestantem, sed inopi lingua et infacundum; iussitque eum, consensu petituque omnium, eandem illam sententiam diserti viri cuicuimodi posset verbis dicere: ut, nulla prioris mentione habita, scitum atque decretum populi ex eius unius nomine fieret, quod ipsum denuo dixerat. Atque ita, ut suaserat prudentissimus senex, 7
factum est. Sic bona sententia mansit; turpis 8
auctor mutatus est.

Irritatoque] Edd. vett. et Guelf. *iratoque*, quod restituit Long. — *Isthaec*] Guelf. *istec*, edd. vett. *isthaec*, s. *istaec*. Vulg. *ista haec*. — *Contagio*] Edd. vett. *contagione*.

§. 6. *Atque ubi*] *At ubi* edd. ante Bonon. Tum *eligit* est in edd. Rom. et Iunt.; reliquae dant *elegit*. — *Cuicuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi*. V. 2, 8, 6. Post Guelf. om. *unius*. — *Quod* etc.] Vv. *quod ips. d. d.* melius supprimi putabat I. G.; tarde enim accedere, quae respiciant *scit. et decret.* Gron. pat. coni. *qui id ipsum d. d.*; Long. edidit: *quod ipsus d. d.*

CAPUT III.

Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Timarchum de impudicitia accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

1 Aeschines, vel acerrimus prudentissimusque oratorum, qui apud contiones Atheniensium floruerunt, in oratione illa saeva criminosaque et virulenta, qua Timarchum de impudicitia graviter insigniterque accusavit, nobile et illustre consilium Lacedaemoniis dedisse dicit virum indidem civitatis eiusdem principem, virtute atque aetate magna praeditum. 2 Populus, inquit, Lacedaemonius de summa republica sua, quidnam esset utile et honestum, 3 deliberabat: tum exsurgit, sententiae dicendae gratia, homo quispiam turpitudine pristinae vitae defamatissimus, sed lingua tunc atque 4 facundia nimium quanto praestabilis. Consilium, quod dabat, quodque oportere fieri suadebat, acceptum ab universis et complacitum est; futurumque erat ex eius sententia populi 5 decretum. Ibi unus ex illo principum ordine, quos Lacedaemonii, aetatis dignatisque maie-

Cap. III. §. 1. *Saeva*] Edd. Rom. Ven. 1492. Brix. *sera.* Ven. 1509. Bonon. Connell. *seria.*

§. 2. *Republica sua*] Gryph. marg. 1542. *Reipubl. suae.*

§. 3. *Defamatissimus*] Reg. Thuan. et Lugd. mai. *diffam.* cf. 14, 2, 10. 9, 2. fin. — *Quanto*] Ita Reg. Torn. Guelf. aliique libb. et edd. vett. Cum Thuan. Steph. *quantum* cf. 1, 8, 3. fin. Gryph. a. 1539. in marg. dat *nimis quam.* I. G. in Addend. p. 903. coni. *nimio quanto*; coll. Plaut. *multo tanto.*

§. 5. *Ibi*] Guelf. *ubi.* —

state, tanquam arbitros et magistros disciplinae publicae verebantur, commoto ir[rit]atoque animo exsilit, et: Quaenam, inquit, Lacedaemonii, ratio, aut quae tandem spes erit, urbem hanc et hanc rempublicam salvam inexpugnabilemque esse diutius posse, si huiuscemodi anteactae vitae hominibus consiliariis utemur? Quod si proba isthaec et honesta sententia est, quaeso vos, non sinamus eandem dehonestari turpissimi auctoris contagio. Atque ubi hoc dixit, elegit virum fortitudine 6
atque iustitia praeter alios praestantem, sed inopi lingua et infacundum; iussitque eum, consensu petituque omnium, eandem illam sententiam diserti viri cuicuimodi posset verbis dicere: ut, nulla prioris mentione habita, scitum atque decretum populi ex eius unius nomine fieret, quod ipsum denuo dixerat. Atque ita, ut suaserat prudentissimus senex, 7
factum est. Sic bona sententia mansit; turpis 8
auctor mutatus est.

Irritatoque] Edd. vett. et Guelf. *iratoque*, quod restituit Long. — *Isthaec*] Guelf. *istec*, edd. vett. *isthaec*, s. *istaec*. Vulg. *ista haec*. — *Contagio*] Edd. vett. *contagione*.

§. 6. *Atque ubi*] *At ubi* edd. ante Bonon. Tum *eligit* est in edd. Rom. et Iunt.; reliquae dant *elegit*. — *Cuicuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi*. V. 2, 8, 6. Post Guelf. om. *unius*. — *Quod* etc.] Vv. *quod ips. d. d.* melius supprimi putabat I. G.; tarde enim accedere, quae respiciant *scit. et decret.* Gron. pat. coni. *qui id ipsum d. d.*; Long. edidit: *quod ipsus d. d.*

CAPUT IV.

Quod Sulpicius Apollinaris praedicantem quendam, a sese uno Sallustii historias intelligi, illusit, quaestione proposita, quid verba ista apud Sallustium significarent: *incertum, stolidior, an vanior.*

1 Cum iam adolescentuli Romae praetextam et puerilem togam mutassemus, magistrosque tunc nobis nosmetipsi exploratiores quaereremus: in Sandaliario forte apud librarios fuimus; cum ibi in multorum hominum coetu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria nostra praeter alios doctus, iactatorem quempiam et venditatorem Sallustianae lectionis irrisit, illusitque genere illo facetissimae dissimulationis, 2 qua Socrates ad sophistas utebatur. Nam cum ille se unum et unicum lectorem esse enarra-

Cap. IV. *Historias*] Ed. Rom. *historiam*. Ven. 1472. Brix. Bonon. *historia*. Bon. in ind. capp. *historias*, quod editur inde a Iunt.— *Incertum*] Steph. h. l. cum edd. vett. *perincert.*, quod in cap. ipso eaedem bis hab.; sed p. 583. nostrum dat cum Iunt. in ind. capp. et codd. Reg. Lugd. ut. Mem. Chifl.; Guelf. exhibet: *signif., cum ait, incertum fuisse solidior an vaniorne esset.*

§. 1. *Praetextam* etc.] Salm. adscripsit: *praet. puerilem toga mut.* — *Tunc*] Steph. *iam*; sed codd. Gron. Torn. et edd. vett. hab. *tunc* vel *tum*, Guelf. *nunc*. Deinceps legebatur (Guelf.): *nobismetipsis*, quod Steph. mutavit in *nobismet ipsi*; accedentibus Lugd. ut. et ed. Rom.; nostra lectio exstat in Reg. Comicorum: nosque nos perdimus, nos nostri poenitet, confert I. G. in Addend. De *Sandal.* v. intpp. Suet. Aug. c. 57. — *Doctus*] Marg. Wower.: *doctos doctior*. Mox Guelf. *vendicator*.

§. 2. *Lectorem*] Quaed. edd. recentt. *doctorem*. *Lectorem* intellige, qui legendo explicat. —

toremque Sallustii diceret; neque primam tantum cutem, ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoque ipsum, ac medullam verborum eius eruere atque introspicere penitus praedicaret: tum Apollinaris amplecti venerarique se doctrinas illius dicens: Per, inquit, magister optime, exoptatus mihi nunc venis cum sanguine et medulla Sallustii verborum; hesterno enim die quaerebatur ex me, quid- 3
nam verba eius haec in quarto *Historiarum* libro de Cn. Lentulo scripta significent, de quo incertum fuisse ait, stolidiorne esset, an vanior. Eaque ipsa verba, uti sunt a Sallustio 4
scripta, dixit: *At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit.* Quaesitum 5
ergo ex se Apollinaris, neque id se dissolvere potuisse asseverabat, quid esset *vanior*, [et] quid *stolidior?* quoniam Sallustius sic ea separasse, atque opposuisse inter se videretur, tanquam diversa ac dissimilia, nec eiusdem utraque vitii forent: ac propterea petebat, uti se doceret significationes utriusque vocis et origines. Tum ille rictu oris labearumque 6

Ac sent. spec.] Ita edd. vett. et Guelf. pro ordine vulg. *ac spec. sent.*

§. 3. *De Cn.*] Guelf. om. *de.*

§. 5. *Et*] Edd. vett. et Guelf. om. *et.* — *Ac*] Guelf. *at.*

§. 6. *Labearumque*] Sic Steph. cum codd. Gron. omnibus pro (Guelf.) *labiorumque*; *labiar.* legi etiam posse censebat Ois. coll. 10, 4, 4.; idem Plauti: labiis dum ductant eum, i. e. irrident, et Graec. τὰ χείλη διαστρέφειν contulit; laud. Salm. ad Scriptt. hist. Aug. p. 283. —

ductu contemni a se ostendens, et rem, de qua quaereretur, et hominem ipsum, qui quaereret: Priscorum, inquit, et remotorum ego verborum medullas et sanguinem, sicuti dixi, perspicere et elicere soleo; non istorum, quae proculcata vulgo et protrita sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo stolidior est et vanior, qui ignorat eiusdem stultitiae esse vanitatem et
7 stoliditatem. Sed ubi hoc dixit, media ipsa
8 sermonum reliquit, et abire coepit. Nos deinde eum tenebamus, urgebamusque, et cumprimis Apollinaris, ut de vocabulorum istorum vel differentia, vel, si ei ita videretur, similitudine plenius apertiusque dissereret; et, ut ne sibi invideret, discere volentibus, orabat.
9 Atque ille, se iam plane illudi ratus, nego-
10 tium sibi esse causatur, et digreditur. Nos autem postea ex Apollinari didicimus, *vanos* proprie dici, non ut vulgus diceret, desipientis, aut hebetes, aut ineptos, sed, ut veterum doctissimi dixissent, mendaces, et infidos, et levia inaniaque pro gravibus et veris astutissime componentes: *stolidos* autem vocari non tam stultos et excordes, quam tetros, et mo-

Perspicere] Guelf. *prospic.*

§. 8. *Volentibus*] Ita cum Long. scripsi ex edd. vett. pro vulg. (Guelf.) *volenti*. Iunt. hab. *volentis*; ed. Rom. et Guelf. pro *orabat* hab. *orabant*.

§. 9. *Ille*] Ed. a. 1644. et Ois. *ita ille*, contra libb. Dein *plene* hab. edd. Rom. Ven. 1472. Brix. Connell. Iunt.; *se* om. Guelf.

§. 10. *Vanos*] Serv. ad Virg. Aen. 11, 715. *I. G.* — *Tetros*] Reg. *stautros;* Lugd. mai. *castros*; Steph. *taetros*. I. G. coni. *satyros* (*satiros* edidit Long.); hos agnosci et molestos simul et illepidos. Pro μοχϑ. Steph. (Noctt. Paris. p. 9.) malebat ὀχληροὺς; sed v. eius Thesaur. sub v. μοχϑ.

lestos, et illepidos, quos Graeci μοχθηρούς καὶ φορτικούς dicerent. Etyma quoque harum vocum, et origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis; quos ego requisitos et repertos cum primarum significationum exemplis, ut commentariis harum Noctium inferrem, notavi, et intulisse iam me aliquo in loco commentationibus istis existimo. 11

CAPUT V.

Quod Q. Ennius in septimo annali *quadrupes eques*, ac non *quadrupes equus*, ut legunt multi, scriptum reliquit.

Cum Antonio Iuliano rhetore, viro hercle bono et facundiae florentis, complures adolescentuli, familiares eius, Puteolis, aestivarum feriarum ludum et iocum in literis amoeniqribus, et in voluptatibus pudicis honestisque agitabamus. Atque ibi tunc Iuliano nuntiatur, ἀναγνώστην quendam, non indoctum hominem, 1 2

§. 11. *Etyma* etc.] Edd. vett. *et unamquamque har. voc., et orig.* (Brix. *originas.* Eadem cum Ven. 1472. 1509. Bonon. Connell. om. *et* praecedens, et hab. *voc. orig.*) Iunt. *Et unaquoque har. voc. et orig.* Guelf. *et una quorum harum v. — Quos ego req.*] Vulg. *quos req. ego.* Rutgers. VV. LL. 3, 16. coni. *quas* (origines) *requisitas* -- *repertas.* Long. edidit: *quos ego req.*, ut est in Guelf. et edd. vett. — *Inferrem*] Ald. Gryph. *insererem.* Gryph. marg. 1542. *inferrem.* — *Aliquo*] Fortasse lib. 8. c. 14. *Gron.*

Cap. V. *Ac*] Edd. ante Iunt. *et.*

§. 1. *Adolescentuli*] Steph. contra libb. *adolescentes.* V. *feriar.* accessit e Reg. Lugd. mai. et Torn. Scriv. coni. *aestu anni* pro *aestivarum.*

§. 2. *Tunc*] Thuan. *nunc.* Linc. *ibi Iuliano nunc.* — *Indoctum*] Reg. *doctum*; quod recepit Long.

voce admodum scita et canora Ennii *Annales*
3 legere ad populum in theatro. Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam; hoc enim se ille nomine appellari volebat.
4 Quem cum iam inter ingentes clamores legentem invenissemus, (legebat autem librum ex Annalibus Ennii septimum;) hos eum primum versus perperam pronuntiantem audivimus:

Denique vi magna quadrupes equus, atque elephanti
Proiiciunt sese.

Neque postea multis versibus additis, celebrantibus eum laudantibusque omnibus, dis-
5 cessit. Tum Iulianus egrediens e theatro: Quid vobis, inquit, de hoc ἀναγνώστῃ et de quadrupede equo videtur? Sic enim profecto legit:

Denique vi magna quadrupes equus, atque elephanti
Proiiciunt sese.

6 Ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris, *quadrupes equus* dicturum fuisse, ac non *quadrupes eques?* quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse, nemo unus literarum veterum diligens dubitavit.
7 Cumque aliquot eorum, qui aderant, *qua-*

§. 4. *Postea mult.*] Quia scil. pauci versus restabant ex libro septimo. *Ois.* Long. ordinem vv. *neq. mult. postea* mutavit cum edd. vett. Steph. et Guelf.

§. 5. Ἀναγνώστῃ] Graece (ut antea scriptum est) hic quoque scripsi hoc v., edd. vett. secutus. Vulg. (Guelf.) *anagnosta.* Sequens *de* om. edd. ante Iunt. et Guelf.

§. 6. *Aeris*] Fuerunt qui legerent *oris.*

drupes equus apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent, et mirarentur, quidnam esset *quadrupes eques:* Vellem vos, inquit, optimi iuvenes, tam accurate Q. Ennium legisse, quam P. Virgilius legerat, qui hunc eius versum secutus in *Georgicis* suis, *equitem* pro *equo* posuit his in versibus:

Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere.
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

In quo loco *equitem*, si quis modo non inscite inepteque argutior sit, nihil potest accipi aliud, nisi *equum;* pleraque enim veterum 8
aetas et hominem, equo insidentem, et equum, qui insideretur, *equitem* dixerunt. Propterea 9
equitare etiam, quod verbum e vocabulo *equitis* inclinatum est, et homo equo utens, et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo, vir adprime linguae Latinae sciens, 10
equum equitare dicit his versibus:

Quis hinc currere equum nos atque equitare videmus,

§. 7. *Equus*] Sciopp. *ecus*; in praecedentibus ex v. *eq.* postremum *u* induxit. Reg. utrobique: *quadrupe secus.* — *Georgicis*] 3, 115 sqq. cf. Macrob. 6, 9. — *His* etc.] Guelf. *his versibus. Virgilius.* (17, 10, 10.). Idem versu 2. om. *atque.* — *Nihil*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *nil.*

§. 8. *Qui*] Cf. Ruddimann. II. p. 219. not. 28.

§. 9. *Est*] Guelf. om. *est.*

§. 10. *Adeo*] Macr. *namque*; et pro *sciens* habet *scius.* — *Quis*] Edd. ante Iunt. *Quem.* Ald. *Queis.* Non. sub v. *Equitare*: *Queis hunc.* Macrob. *Nempe*

His equitat curritque: oculis equitare videmus;
Ergo oculis equitat.

11 Sed enim contentus, inquit, ego his non fui: et ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentisque esset, *equus*ne, an *eques* Ennius scriptum reliquisset, librum summae atque reverendae vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi: et *eques*, non *equus*, scriptum in 12 eo versu inveni. Haec tum nobis Iulianus, et multa alia lucide simul et affabiliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in pervulgatis commentariis scripta offendimus.

hunc iur. Post v. *videmus* edd. ante Iunt. add. *et*, spatio relicto post *videmus* et post *et*. Guelf. *post vid.* add. *al'*; et mox similiter post *videmus* add. (etiam Ald.) *et illud*. Pro *his* Connell. hab. *hic*; quod est etiam ap. Non. l. l. qui non laudat vv. *Ergo ocul. equit.* v. mox. — *Equitare* etc.] Vv. *equit. v. E. o. eq.* om. Steph.; ea legi in V. C. adscripsit Sciopp. hab. etiam Torn. et edd. vett. Dixisse haec in Sophistas Lucilium admonuit Scalig.; quasi diceret: Tu vides currere equum tuis oculis, ergo tuis oculis currit.

§. 11. *Purae* etc.] Ante Lips. (Elect. 1, 21.), cum Iunt. Ald. legebatur: *pure liquentiusque*. Nostrum hab. edd. ante Iunt. Steph. et Guelf. *Claram et certam fidem* exponit Ois. — *Lampadionis*] V. Suet. de illustr. Gramm. c. 2.

§. 12. *Haec tum*] Guelf. *hoc tamen*. — *Lucide*] Pet. et Mem. *eludite*, et in huius marg. est: *Eludite*. Lugd. mai. *eluditae*; Thuan. *Ludite*; Guelf. Linc. et Lugd. min. *erudite*, ut vulg. legitur. Reg. *lucide* dedit. Deinceps Linc. *effabil.*

CAPUT VI.

Quod Aelius Melissus in libro, cui titulum fecit *De loquendi proprietate*, quem, cum ederet, *cornum* esse *copiae* dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam; cum differre *matronam* et *matrem-familias* existimavit differentia longe vanissima.

Aelius Melissus in nostra memoria fuit 1
Romae summi quidem loci inter grammaticos et temporis: sed maiore in literis erat iactantia et σοφιστείᾳ, quam opera. Is praeter alia, quae 2
scripsit compluria, librum composuit, ut tum videbatur, cum est editus, doctrinae inclitae. Ei libro titulus est ingentis cuiusdam illecebrae ad legendum scriptus; quippe est: *De loquendi proprietate*. Quis adeo existimet, 3
loqui se recte atque proprie posse, nisi illas

Cap. VI. *Aelius*] Edd. vett. *Helius*. Mox eaedem ante Ald. praeter Connell. hab. *cornum*; ita etiam Guelf. et Steph. Restitui cum Long. pro *cornu*. cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 243.

§. 1. *Et temp.*] Gryph. pro *et* (quod om. Iunt.) in marg. hab. *eius*, quod supervacuum esse vidit I. G. *Summi temporis* interpretantur *aetate provectus*; reprobante I. G. Salm. pro copula e Reg. subiecit *sed*. Lugd. min. hab. *et temporibus*; mai. *grammatico sed temporis*; I. G. coni.: *et decoris*. Haud sane ineptum mihi videtur, si legatur: *et rhetores*. Sed e lectione cod. Lugd. mai. faciliori credo negotio efficias: *inter Grammaticos id temporis*. cf. 1, 23. 2, 29. 7, 1. 12, 1. 13, 11. 17. Tursellin. de Partic. p. 363. Cannegieter in Fellenberg. Iurisprud. Antiq. T. 2. c. 5. p. 94. coni. *et stipendii*; v. quae opposuit Paul. Iustus (Specim. Observatt. critt. p. 26.) qui coni. latere v. Graecum τεχνικούς, de quibus v. eum et supra 17, 5. — *Et* σ.] Guelf. om. *et*.

§. 2. *Inclitae*] Ois. coni. *multae*.

4 Melissi proprietates perdidicerit? Ex eo libro haec verba sunt: *Matrona est, quae semel peperit: quae saepius, materfamilias: sicuti sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scropha.* Utrum autem hoc de matrona, ac de matrefamilias Melissus excogitaverit ipse, et coniectaverit, an scriptum ab alio quo 6 legerit, hariolis profecto est opus. Nam de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellana, quae hoc eodem vocabulo inscripta 7 est. Sed *matronam* non esse appellatam, nisi quae semel peperit, neque *matremfamilias*, nisi quae saepius, nullis veterum scriptorum 8 auctoritatibus confirmari potest. Enimvero illud impendio probabilius est, quod idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, *matronam* dictam esse proprie, quae in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent: dictamque esse ita a matris nomine non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendi: unde ipsum quoque matri-

§. 4. *Haec*] Guelf. om. *haec*. — *Matrona*] Cf. Non. sub v. *Matronae*, Durant. Casellii Variar. 1, 7. — *Porcetra* etc.] Steph. *porcetra, quae saepius*; omisso v. *scropha*; contra libb.

§. 5. *Ipse*] Guelf. om. *ipse*. — *Ab* etc.] Edd. vett. et Guelf. *ab aliquo leg.* Restituit Long.

§. 6. *Pomponium*] Cf. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 117.

§. 7. *Nullis*] Edd. vett. Torn. et Guelf. *nullius*; quod restituit Long. Mihi non placet propter v. *auctor*.

§. 8. *Impendio*] Edd. vett. et Guelf. *compendio*. — *Quoad*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *quod*. — *Adipiscendi*] Edd. vett. et Guelf. *adipiscendo*. Steph. *apiscendi*. Guelf. *omnè* pro *omine*.

monium dicitur; *matrem* autem *familias* ap- 9
pellatam esse eam solam, quae in mariti manu mancipioque, aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui heredis locum venisset.

CAPUT VII.

Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quendam de verborum ambiguitatibus quaerentem: atque ibi, quot significationes capiat *contio*.

Domitio, homini docto, celebrique in 1
urbe Roma grammatico, cui cognomentum *Insano* factum est, quoniam erat natura intractabilior et morosior: ei Domitio Favorinus 2
noster cum forte apud fanum Carmentis obviam venisset, atque ego cum Favorino essem;

§. 9. *Matrem* etc.] Guelf. *matr. fam. autem.* — *Tantum*] Reg. *totum*, unde I. G. *solum*. Alludere Gellium ad 4, 3. probrosam habitam pellicem, quae consueta esset cum eo viro, in cuius manu mancipioque alia matrimonii causa foret, annotavit Lambec. De re cf. Loëns. Miscell. 7, 10. (V. 5. p. 539 sq. Thes. Grut.).

Cap. VII. *Quem* etc.] Steph. malebat: *Quem in modum Domitius grammaticus Favorinum tract.* Pric. ad Appul. Met. 8. p. 461.: *Quem in m. Favorinum tr. quidam* (aut: *Grammaticus quidam*) *intempestive de v. a. q.*; Gron. pat. *Q. in m. Favorinum tr. intempestivus quidam.* Ed. Brix. dat: *intempestivum quedam*; lineola videlicet omissa; *quendam* hab. in Indice capp. V. *quaer.* om. Guelf. Ceterum *contio* pro *concio* ubique scripsi auctore inprimis cod. Guelf. cf. Kopp. Palaeogr. P. I. p. 341.

§. 2. *Fanum*] Edd. ante Ald. *Phanum*. Guelf. *Fanum*.

Quaeso, inquit, te, magister, dicas mihi, num erravi, quod, cum vellem δημηγορίας Latine dicere, *contiones* dixi? Dubito quippe et requiro, an veterum eorum, qui electius locuti sunt, pro verbis et oratione dixerit quis *contionem*. 3 Tum Domitius voce atque vultu atrocioṛe: Nulla, inquit, prorsus bonae salutis spes reliqua est, cum vos quoque, philosophorum illustrissimi, nihil iam aliud, quam verba auctoritatesque verborum cordi habeatis. Mittam autem librum tibi, in quo id reperias, quod quaeris. Ego enim grammaticus vitae iam atque morum disciplinas quaero: vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria; namque colligitis lexidia, res tetras,

§. 3. *Ut*] Guelf. om. vv. *ut* et *ait*. — *Mortuaria*] Al. ut Scriver. scrib. *mortualia*; nostrum retinent codd. et edd., quod idcirco praeferendum dicit I. G., quia etiam congruat Gellio toties terminationem istam in litera *r* amplexo potius, quam *l*; praesertim quum et Cato (siquidem coniunctim haec legenda sunt. v. seqq.) videri queat lusisse in utriusque vocis exitu. Habent autem Guelf. Reg. Linc. et Iunt. *glosaria*; Brix. *glosiaria*. Acriter pungi philosophos his vv., quasi ipsi, non aliter atque conditorii limen, nomina tantum mortua prae se ferrent, neque vivere se ulla re praeclara testarentur, exposuit Meurs. de Funere c. 42. Turneb. Adverss. 23, 8. intelligit, eos tantum esse loquaces, praeficis similes, quae in mortuos naeniam argutam et nugacem canere solebant. cf. Kirchmann. de Fun. Rom. II, 6. p. 153. — *Namque* etc.] Ante Steph. (Specim. Emendd. p. 97 sq.) legebatur: *nam qui collegisti et* (Guelf. om. *et*) *lectitasti res*; Scalig. ad Varron. *nam qui collegistis et lectitastis res*; Scriver. *glossaria, vanaque colligitis lexidia, res t.* Iunt *nam qui conlegisti et lexidia res t., et inanes frivolas* etc. Reg. *nam qui collegisti et lexidia restra etras*; Thuan. *et lege idia res tractas inanes*; Lugd. mai. Mem. Pet. *col-*

et inanes, et frivolas, tanquam mulierum voces praeficarum. Atque utinam, inquit, muti omnes homines essemus! Minus improbitas instrumenti haberet. Cumque digressi essemus: Non tempestive, inquit Favorinus, hunc hominem accessimus. Videtur enim mihi *ἐπισημαίνεσθαι*. Scitote, inquit, tamen intemperiem istam, quae *μελαγχολία* dicitur, non parvis, nec abiectis ingeniis accidere, *ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκὸν*, et veritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere *μήτε καιροῦ, μήτε μέτρου*. Vel ipsum hoc quale existimatis, quod nunc de philosophis dixit? Nonne, si id Antisthenes, aut Diogenes dixisset, dignum memoria visum esset? Misit autem paulo post Favorino librum, quem promiserat: Verrii, opinor, Flacci erat; in quo 4 5

legisti et lexidia; Lugd. min. *nam qui collegitis et lexidia res t.* Sciopp. adscripsit; *colligitis et lexidia et res t.*; Pontan. *nam cui collegisti*; I. G. *mortuaria. Glossaria namque colligitis et lexidia.* Long. recepit *et lex.*

§. 4. Ἐπισημαίνεσθαι] Ante Steph. erat *ἐπιμαίνεσθαι*; quod restituit Long.; nostrum ille (Specim. Emendd. p. 94 sqq.) interpretatur, Domitium sermone uti, qui aliquid portendat et male ominosus sit; Salm. ad Solin. rursus insania teneri Domitium. V. Schneid. Lexic. sub h. v. Mox v. *inquit* om. edd. ante Iunt. — Μελαγχολία] Cf. Aristot. Problem. 30, 13. — *Ipsum* etc.] Ita Guelf. Reg. et Lugd. ut.; *hoc* om. Thuan.; edd. Brix. et Connell. *ipsum hoc quale hoc*; unde peius retinuisse posteros annotavit I. G.; vulg. enim legebatur: *ipsum quale hoc exist.* — *Si id Ant.*] Edd. vett. *et si Ant.* omisso *id*, quod mox post *autem* hab. Iunt.

§. 5. *Paulo post*] Lugd. min. *post paulo*; *post* om. Guelf. Linc. et Pet. — *Opinor*] Steph. *inopinor*; Salm. *is opinor.* Thuan. *versus ut opinor*; Lugd.

scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt: *senatum* dici et pro loco et pro hominibus; *civitatem* et pro loco et [pro] oppido, et pro iure quoque omnium, et pro hominum multitudine: *tribus* quoque et *decurias* dici et pro loco, et pro iure, et pro
6 hominibus; *contionem* autem tria significare, locum, et verba, suggestumque, unde verba fierent: item significare coetum populi assistentis: item orationem ipsam, quae ad popu-
7 lum diceretur. Sicut M. Tullius in Oratione, quae [in]scripta est *Contra contionem Q. Metelli: Escendi*, inquit, *in contionem: concur-*

min. *verrii n. opinor*; Guelf. *Verri ni opinor* (An fort. *ni fallor?*). Nihil mutant Reg. et Lugd. mai. — *Quaestionis* etc.] Guelf. *questionis dici pert.*; *dici* ex sqq. illatum videtur. — *Pro*] *Pro* om. Guelf. Reg. Thuan. Pet. et Linc. atque Iunt. Ald. Locum et oppidum pro uno eodemque dici admonuit I. G. — *Omnium*] Otho ad 2, 12. p. 187. ed. Conrad. malebat *civium*. — *Decurias*] *Curias* scribendum esse censuerunt Sciopp. Nardin. (in Descript. Rom. 2, 1.) et Ois.

§. 6. *Et verba*] Vv. *et verba* om. edd. vett. et Guelf. Dein statim post v. *fierent* in edd. vett. leguntur vv. §. 8.: *item -- diceretur*; quae et h. l. et illo (§. 8.) exstant in Iunt. Ald. Ita restitui. Hoc enim loco vv. ista significationes v. *contionis* exponunt; post autem Gellius ait: *exempla* significationum posteriorum in libro scripta non fuisse. Minus apte h. l. tantum recepit illa vv. Long.; et post omisit; quo modo oratio non probe cohaerere mihi videtur.

§. 7. *Sicut M.*] Guelf. *sic M.* Dein edd. vett. et Steph. *inscripta est.* Simplex tuetur Guelf. — *Escendi*] Ita Carr. (Emendd. 1, 5.) e codd. et edd. ante Bonon. Vulg. *ascendi*; *adscendi* scripsit Long. V. 10, 15, 29. — *In contionem*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *in contione*. Dein *sicuti* pro *sicut* est ex edd.

sus est populi factus. Sicuti idem M. Tullius in *Oratore* ait: *Contiones saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent. Etenim exspectant aures, ut verbis colligetur sententia.* Item significare coetum populi assistentis, item orationem ipsam, quae ad populum diceretur, exempla in eo libro scripta non erant: sed nos postea Favorino desideranti harum omnium significationum monumenta, et apud Ciceronem, sicuti supra scripsi, et apud elegantissimos veterum reperta exhibuimus. Id autem quod potissimum expetebat, *contionem* esse dictam pro verbis et oratione, docuit titulus Tulliani libri, qui a M. Cicerone inscriptus est: *Contra contionem Q. Metelli*, quo nihil profecto significatur aliud, quam ipsa, quae a Metello dicta est, oratio. 8 9

CAPUT VIII.

Ὁμοιοτέλευτα καὶ ὁμοιόπτωτα, atque alia id genus, quae ornamenta orationis putantur, inepta esse et puerilia, Lucilii quoque versibus declarari.

Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα ceteraque huiusmodi scitamenta, quae isti ἀπειρόκαλοι, qui se Isocraticos videri volunt, 1

vett. et Guelf. Cic. Id enim exsp. aur., ut verbis colligentur sententiae. — *Oratore*] Cap. 50. — *Verbis*] Edd. vett. et Guelf. *ex verb.*

§. 8. *Sicuti*] Guelf. *sicut.*

§. 9. *Quod*] Edd. ante Iunt. om. *quod.* Cum iisdem et Iunt. Ald. mox scripsi *docuit titulus* (Iunt. *titulos*) pro *docui titulo.* Guelf. *docuit titulo.* qui deinde hab. *contra cont. esse dictam Q. Met.*

Cap. VIII. §. 1. Ἀπειρόκαλοι] Guelf. *apirocali.*

in collocandis verbis immodice faciunt et rancide, quam sint insubida et inertia et puerilia, facetissime hercle significat in quinto Satira-
2 rum Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter:

Quo me habeam pacto, tametsi non quaeris, docebo:
Quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est
Pars hominum, ut periisse velis, quem visere nolueris, cum debueris; hoc NOLUERIS *et* DEBUERIS, *te*
Si minus delectat, quod ἄτεχνον Isocratium est: Ὀ-

cf. 11, 7, 7. — *Isocraticos*] Vulg. (Guelf.) *Isocratios.* Nostrum est in edd. vett. — *Insubida*] Ante Steph. (Guelf.) *insipida*; nostrum hab. Lugd. ut. et Mem.; Reg. *insubdita.* v. Carr. l. l. 1, 12.

§. 2. *Ad*] Guelf. *a*; mox *hoc* pro *haec.* — *Tametsi* etc.] Sciopp. et I. Dousa ad Lucil., ut versus constaret, leg. *tamenetsi haud quaeri' docebo.* V. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 741. not. — *Mansti*] Ita correxit Nannius Miscell. 4, 26. pro (Guelf.) *mansi.* Idem deinceps: *quo maxima non est P. h.*; vulg. ante Steph. *quo in maxima non est P. h.* — *Periisse*] Guelf. *perisse.* — *Quem* etc.] Hunc vv. ordinem dederunt Guelf. Reg. Mem. Chifl. Lugd. ut. Pet. et Sciopp. atque Iunt. Vulg. inde ab Ald. *quem nolueris, cum Visere deb.*; *visere* om. edd. ante Iunt. Vv. *cum deb. hoc Nol.* om. Guelf. Deinceps F. Dousa: *hoc Nol' et Debueris te,* ut versus sibi constaret. Gron. pat. *hoc nolue et debueris te.* — Ἄτεχνον etc.] Ita edd. inde a Iunt.; edd. ante Iunt. *quod ἄτ. Is.* (Brix. Connell. Guelf. *Isocraticum*) *hoc est.* Guelf. *quod a te non et I.* Scalig. Lectt. Auson. 2, 4.: *τεχνίον Is. est, Ληρωδεςque si mitu; tum σομ.* Fr.

χληρῶδεςque simul totum ac συμμειραχιῶδες: Non operam perdo. Si tu hic.

CAPUT IX.

Quid significet apud M. Catonem verbum *insecendo*; quodque *insecendo* potius legendum sit, quam, quod plerique existimant, *insequendo*.

In libro vetere, in quo erat oratio M. Catonis *De Ptolemaeo contra Thermum*, sic scriptum fuit: *Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae causa fecit; eiusmodi scelera nefaria, quae neque insecendo, ne-* 1

Dousa: *Isocrataeum est.* Nannius: *Isocratium* Ὀχληρῶδεςque. Codd. omnes Gron. et Sciopp. exhibent, aut certe alludunt: *quod atechnon et Isocratium est*, tanquam in hoc exitu tres syllabae duplicata elisione in unam coalescant; quod monuit I. G. Mox καὶ edd. vett. pro *ac*. Eaedem dant σὺ μειραχιώδης, nulla interpretatione addita. Guelf. *ac sinum ratiodes*. In fine Guelf. Mem. Chifl. Pet. et Sciopp. *sicuti hic*; Linc. *sicut hic*; vulgat. retinent Reg. et Lugd. ut. Edd. ante Iunt. hab. *si tu huc*.

Cap. IX. *Insecendo*] Edd. vett. et Steph. ubique hab. *insecenda*, *insequenda*. Iunt. Ald. (non in ind. cap.) in fine lemmatis hab. *insequendo*. Guelf. *in secunda potius legendi quam*, reliquis om.

§. 1. *In l.*] Initium deest in Torn. et Guelf. atque deerat in edd. vett. usque ad vv. §. 8. *et sequor et item secta;* supplevit cum Canter. Nov. LL. 2, 6. Steph. e cod. Busl. — *Insecendo*, etc.] Canter. *fanda neque legenda*; sed addit, pro *fanda* fort. legend. esse *insecenda* (nisi quaedam Catonis hic desint); Steph. edidit: *insecenda fanda neque legenda*. Nostrum dederunt Rutgers. VV. LL. 4, 19. Aus. Popma ad Fragmm. Cat. et Scriver.; Sciopp. coni. *scelera insecenda, quae neq. fando neq. legendo aud.*; idem adscripsit: v. *insecenda*, ubi id in Steph. ed.

que legendo audivimus: supplicium pro factis dare oportet. Insecendo quid esset, quae-
2 ri coeptum. Tum, ex his, qui aderant, alter literator fuit, alter literas sciens, id est, alter docens, doctus alter. Hi duo inter sese dissentiebant, et grammaticus quidem contende-
3 bat; *insequendo* enim scribi, inquit, debet, non *insecendo*, quoniam *insequens* significat: dictumque est *inseque*, quasi: perge dicere et insequere; itaque ab Ennio scriptum in his versibus:

Inseque, Musa, manu Romanorum induperator
Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

4 Alter autem ille eruditior, nihil mendosum, sed recte atque integre scriptum esse, perseverabat; et Velio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam: qui in commentario, quod fecisset *De Usu Antiquae Locutionis*,

exstat, deesse in vet. cod. — *Pro* etc.] Scriver.: *profecto iis dari op.*

§. 2. *Insecendo*] Steph. et Canter. ex Busl. *insecenda*, h. l. et infra. Mox vv. *id est, alt. d., d. alter* om. Steph.; hab. cod. Canter.; nisi quod *alterum docens* praebet; Sciopp. etiam ea addidit, omissis tamen vv. *id est.*

§. 3. *Debet*] Canter. non hab. v. *debet.* — *Quoniam* etc.] Canter.: *quod in inseque significatur dictumque.* In Ms. fuit: *insequenda enim scribi inq., non insecenda, quoniam ins. sign., traditumque esse inseque.* Sciopp. adscripsit: *insequenda debere scribi cum qu. non insecenda, quod inseque signet, dictumque esse Inseque;* vel, *quod in Inseque significatur, dictumque.*

§. 4. *Mendosum*] Ms. Canter. et Sciopp. *mendum.* Canter. in marg.: Forte *mendosum.* —

scripserit, non *inseque* legendum apud Ennium, sed *insece:* ideoque a veteribus, quas *narrationes* dicimus, *insectiones* esse appellatas: Varronem quoque versum hunc Plauti de Menaechmis:

Haec nihilo mihi videntur esse sectius,
quam somnia,

sic enarrasse: nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia. Haec illi inter se certabant. Ego arbitror et a M. Catone *insecendo*, et a Q. Ennio *insece* scriptum, sine *u* litera. Offendi enim in bibliotheca Patrensi librum verae vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est Ὀδύσσεια, in quo erat versus primus, cum hoc verbo, sine *u* litera:

Virum mihi, Camoena, insece versutum...;

factus ex illo Homeri versu:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

Insectiones] Sic Steph. et Ms. Canter.; vulg. *sectiones*; *insect.* retinendum esse, totam disputationis seriem satis evincere admonuit Ois. V. fin. cap. — *Menaechmis*] 5, 7, 57. — *Sectius*] Edd. Plaut. *secius.* v. Canter. Ms. Canter. et Sciopp. *Nihilominus esse videtur sectius.* — *Enarrasse*] Ms. Cant. *enarras.* Cant. in marg.: forte *enarrasse.* Mox Sciopp. *ea* inducit.

§. 5. *Insece*] Sciopp. et Ms. Cant. *inscite.* Cant. in marg.: Forte *insece.* — *Verae*] Canter. et Sciopp. *mirae*; al. *merae*; Ois. *venerandae*, unde ex compendio scribendi factum: *verae.* Pro *Livii* Ms. Cant. hab. iterum *librum*; correxit Cant. in marg. — *Camoena*] Steph. *casmoena*; literam *s* induxit Sciopp. Principium hoc ipsum fuisse Odysseae Livianae contendit Both. (Scenic. Poët. Lat. V. 5. p. 17.) pro *Camoena* scribens *Camoenad*, ut integrum habeas versum Saturnium. — Ἄνδρα] Hunc vers. adiunxit Carr. (Antiq. 3, 17.) Gellium omittere potuisse, ideo,

6 Illi igitur aetatis et fidei magnae libro credo. Nam, quod in versu Plautino est, *sectius quam somnia*, nihil in alteram partem plus
7 argumenti habet. Etiamsi veteres autem non *inseque*, sed *insece* dixerunt, credo, quia erat levius leniusque: tamen eiusdem sententiae
8 verbum videtur. Nam et *sequo*, et *sequor*, et item *secta*, et *sectio* consuetudine loquendi differunt: sed qui penitus inspexerit, origo
9 et ratio utriusque una est. Doctores quoque et interpretes vocum Graecarum: *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα· καὶ· Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι*, dictum putant, quod Latine *inseque* dicitur. Namque in altero *n* geminum, in altero *p* esse trans-
10 latum dicunt. Sed etiam ipsum illud *ἔπη*, quod significat verba, aut versus, non aliunde esse dictum tradunt, quam *ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ*
11 *εἰπεῖν*. Eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesque *insectiones* appellitaverunt.

quod confideret, omnibus esse notissimum putabat I. G. Non hab. Cant.

§. 6. *Illi*] Ms. Cant. *illic*; Cant. in marg. *illi*. — *In* etc.] Ms. Canter. et Sciopp. *in alteras plus*.

§. 7. *Levius leniusque*] Ms. Cant. *lenius leviusque*, quod nescio quare sit mutatum.

§. 8. *Sectio*] Guelf. Torn. et edd. vett. *secutio*, s. *sequutio*. Edd. Ven. 1509. et Connell. pro *et sec.* hab. *quod secutio*.

§. 9. *Καὶ*] Long. *et*; interpretationem scil. pro v. Graeco, quod sane exstat in edd. vett., recipiens. — *Inseque*] Edd. vett. et Guelf. *insequi*. Mox ex litera *n* Connell. *enim* effecit. — *P esse*] *V. C.* 6. Sciopp.; Lugd. min. $\bar{q}$ $\overline{se}$; Linc. et Guelf. *g esse*. In edit. Torn. annotatum lego: s *ed. vet.*; *cod. Torn. paulo aliter*. Edd. vett. pro *p* hab. *ſ*; unde Brix. Ven. 1509. Iunt. Ald. dederunt *scilicet*. Connell. *in alteros esse*. Longol. om. literam *p*.

CAPUT X.

Errare istos, qui in exploranda febri pulsus venarum pertentari putant, non arteriarum.

In Herodis Cl. V. villam, quae est in agro 1
Attico, loco, qui appellatur *Cephisiae*, aquis et lucis et nemoribus frequentem, aestu anni medio, concesseram. Ibi alvo mihi cita et ac- 2
cedente febri rapida decubueram. Eo Calvi- 3
sius Taurus philosophus et alii quidam sectatores eius cum Athenis visendi mei gratia venissent, medicus, qui tum in iis locis repertus assidebat mihi, narrare Tauro coeperat, quid incommodi paterer, et quibus modulis quibusque intervallis accederet febris decederetque. Tum in eo sermone, cum iam me 4
sinceriore corpusculo factum diceret: Potes, inquit Tauro, tu quoque id ipsum comprehendere, *ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός*: quod nostris verbis profecto ita dicitur: *si attigeris venam illius.* Hanc loquendi imperitiam, 5
quod venam pro arteria dixisset, cum in eo docti homines, qui cum Tauro erant, tanquam in minime utili medico offendissent, atque id murmure et vultu ostenderent; tum

§. 11. *Appellitaverunt*] Guelf. *applicaverunt.*

Cap. X. §. 1. *Cl. V.*] Ita codd. et edd. vett. praeter Iunt. Vulg. *C. V.* Guelf. *c. B.* cf. 1, 2. 19, 12. — *Attico*] Guelf. *actice* (Atticae?).

§. 3. *Decederetque*] Guelf. *descender.*

§. 4. *Tauro*] Edd. vett. praeter Iunt. *Taure*, quod restituit Long. — *Profecto*] Guelf. *pro facto.*

§. 5. *Venam*] V. Foës. Oecon. Hippoc. in v. *φλέβες*. Loëns. Miscellan. 4, 22. Rhodigin. Antiq. 3, 14. quos laudavit Ois. — *In min.*] Guelf. om. *in*; mox *et.*

ibi Taurus, ut mos eius fuit, satis leniter: Certi, inquit, sumus, vir bone, non ignorare te, quid vena appelletur, et quid arteria; quod venae quidem suapte vi immobiles sint, et sanguinis tantum demittendi gratia explorentur; arteriae autem motu atque pulsu suo
6 habitum et modum febrium demonstrent: sed, ut video, pervulgate magis, quam inscite, locutus es; non enim te solum, [sed] alios quoque itidem errantis audivi venam pro arteria
7 dicere. Fac igitur, ut experiamur, elegantiorem esse te in medendo, quam in dicendo; et cum diis bene volentibus opera tua sistas hunc nobis sanum atque validum quam citissi-
8 me. Hoc ego postea cum in medico reprehensum esse meminissem, existimavi non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis, liberaliterque institutis turpe esse, ne ea quidem cognovisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quae non altius occultiusque remota sunt; et quae natura nobis tuendae valetudinis causa et in promtu esse et in propatulo voluerit: ac propterea, quantum habui temporis subsicivi, medicinae quoque disci-

Postea idem hab. *appellatur*; tum *sanguis* pro *sanguinis*. — *Demittendi*] Guelf. Linc. Mem. Chifl. Pet. *ademittendi*, vel *ad emittendi*; Iunt. edidit: *à demittendi*. Gron. pat. coni. *adimitandi*. Reg. et Lugd. ut. *admittendi*; conferre liceat: *admittere equum*, i. e. excitare, facere, ut currat. Supr. 10, 8. erat *dimittere sanguinem*.

§. 6. *Sed*] Reg. om. *sed*. v. supra.

§. 7. *Opera* etc.] Reg. *operam aut sistas*, unde I. G. coni. *ope amabili*; *ope* saepe in medendo usurpatum esse monens.

§. 8. *Non alt.*] Guelf. *nunc*. — *Subsicivi*] Al. *subcisivi* (Iunt. *subcissivi*) s. *succisivi* (ut Connell.);

plinae libros attigi, quos arbitrabar esse idoneos ad docendum, et ex iis, cum alia pleraque ab isto humanitatis usu non aliena, tum de venis quoque et arteriis didicisse videor, ad hunc ferme modum. *Vena* est conceptácu- 9
lum sanguinis, quod *ἀγγεῖον* medici vocant, mixti confusique cum spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, minus spiritus; *arteria* est conceptaculum spiritus naturalis mixti confusique cum sanguine; in quo plus spiritus est, minus sanguinis. *Σφυγμὸς* autem est intentio 10
motus et remissio in corde et in arteria, naturalis, non arbitrarii; a medicis autem ve- 11
teribus oratione Graeca ita definitus est: *Σφυγμός ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀποδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας.*

nostrum exstat in Reg. Lugd. ut. Guelf. edd. vett. Steph. aliisque. cf. 13, 24, 4. In scriptura et derivatione huius v. incerta malui optimorum libb. auctoritatem sequi, quam scribere *succis.*, quod in Praefat. Gell. §. 19. recepi, edd. vett. auctoritate nisus. Si a *sub* et *caedere* ducere volueris, recte fort. scribes *succisiv.* V. Schell. Lexic. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 607. Antea ordinem vv. vulgat.: *quant. temp. hab.* mutavi cum edd. vett., in quibus noster est. Guelf. om. v. *habui.* Sequens *discipl.* om. Steph., contra libb.

§. 10. *Arbitrarii*] Ita edd. vett. pro *arbitraria*; *natur. et arbitr.* refer. ad *motus.* Guelf. *arbitrari amedicis.*

§. 11. *Ἀποδιαίρετος*] Edd. vett. et Steph. *ἀδιαίρετος*; Steph. Specim. Emendd. p. 169. *ἀπροαίρετος*, i. e. involuntaria. Codd., ut Reg. apud Lamb., Mem. Lugd. Pet. nostrum exhib. I. G. interpretatur: intensio motus et contractio descendens et deveniens ab arteria et corde; Gellium enim videri istos genitivos iunxisse cum *διαστ.* et *συστ.*; sed Graecos cum adiectivo, ut originem demonstrent, etsi sentiatur alibi. Triller. ap. Falst. praeferebat *ἀδι-*

CAPUT XI.

Verba ex carminibus Furii Antiatis, inscite a Caesellio Vindice reprehensa, versusque ipsi, in quibus ea verba sunt, subscripti.

1 Non hercle idem sentio cum Caesellio Vindice, grammatico, ut mea opinio est, haud-
2 quaquam inerudito. Verum hoc tamen petulanter insciteque, quod Furium, veterem poëtam, dedecorasse linguam Latinam scripsit huiuscemodi vocum fictionibus, quae mihi quidem neque abhorrere a poëtica facultate visae sunt, neque dictu profatuque ipso tetrae aut insuaves esse: sicuti sunt quaedam alia ab il-
3 lustribus poëtis ficta dure et rancide. Quae reprehendit autem Caesellius Furiana, haec sunt: Quod terram in lutum versam *lutescere* dixerit; et tenebras in noctis modum factas *noctescere;* et pristinas recuperare vires *virescere;* et quod ventus mare caeruleum crispicans nitescere facit, *purpurat* dixerit: et opu-

αἱρ. Pulsus enim, ait, revera est indissolubilis expansio et contractio arteriae et cordis, quia sanguis ille floridus et spirituosus indesinenter ex corde in arteriam magnam propellitur. Post v. *καρδίας* edd. vett. addunt: *Vel* Σφυγμός ἐστι παλμὸς ἢ ζέσις φλεβὸς ἢ ἀρτηρίας i. e. Pulsus est subsultio et palpitatio vel ebulitio (aut fervor) venae vel arteriae; quae pro spuriis habentur.

Cap. XI. §. 2. *Vocum*] Guelf. *autem vocum.* — *Visae*] Ita Guelf. edd. vett. et Steph. In edd. recentt. (etiam Long.) legitur *visa.* — *Sic. sunt*] V. *sunt* om. Sciopp.

§. 3. *Terram in*] Guelf. *in terram.* — *Recuperare*] Edd. vett. *recipere*; Iunt. Ald. Guelf. *recuperare.* Steph. *reciperare.* 5, 17, 2. — *Crispicans*]

lentum fieri *opulescere*. Versus autem ipsos 4
ex poëmatis Furianis, in quibus haec verba
sunt, subdidi:

Sanguine diluitur tellus: cava terra lutescit.
Omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.
Increscunt animi; virescit vulnere virtus.
Sicut ful[i]ca levis volitat super aequora classis:
Spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas:
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

CAPUT XII.

Morem istum veteribus nostris fuisse, verba *patiendi* mutare, ac vertere in *agendi* modum.

Id quoque habitum est in oratione facien- 1
da elegantiae genus, ut pro verbis, habentibus
patiendi figuram, agentia ponerent: ac deinde

Sciopp. *crispans.* Deinceps cum Long. edidi: *nitescere facit,* edd. vett. secutus. Guelf. *inte,* s. *nite facit.*

§. 4. *Ipsos*] Edd. ante Iunt. et Guelf. om. *ipsos.* — *Tenebris*] Reg. *tenebras*; confert I. G. *victus pugnam* 17, 21, 9. — *Virescit*] Guelf. Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. *virescunt;* quod probavit I. G. ita ut *virtûs* pro *virtutes* scriptum sit. Recepit Long. Steph. edidit: *virescunt vuln. vires.* Non. sub h. v. tuetur vulgat. Barth. ad Stat. Theb. 5. laudat *virgescere.* — *Sicut f.*] Steph. *hic f.;* al. *sicut hiulca.* Pontan. *fulca* leg., probante I. G., quoniam codd. omnes (Torn.) et edd. *sicut f.* habeant. Guelf. *Sic⁹ f.* Vitium aliquod latere videtur. Haud inepte *Beloe* coni. *Sic fulica levius* etc. — *Viridis*] Edd. vett. praeter Iunt. *virides.*

Cap. XII. §. 1. *Vice*] Edd. ante Iùnt. om. v. *vi-*

2 haec vice inter sese mutua verterent. Iuventius in comoedia:

Pallium, inquit, *face ut splendeat.*

Nonne hoc impendio venustius gratiusque est,
3 quam si diceret: *[ne] maculetur?* Plautus etiam non dissimiliter:

Quid est hoc? rugat pallium; amictus non sum commode.

4 Itidem Plautus *pulveret* dicit, quod non

ce. Dein pro *sese* Steph. hab. *se*, invitis libb. Tum edd. ante Iunt. dant *invert.*

§. 2. *Iuventius*] Codd. Gron. (Torn. et duo codd. Gifan. ap. Barth. Advers. 21, 5.) dant *Iuventus*, *Inventus* aut (Sciopp. vet. cod.) *Viventus*; edd. vett. Steph. et Guelf. *Terentius* (ed. Rom. *Terrent.*); nostrum dedit cum Rutgers. VV. LL. 4, 19. Barth. l. l. De re cf. Ruddimann. I. p. 277. — *Face*] Edd. vett. *Flacci*, Bonon. *face*, cod. Torn. et Sciopp. *S. flocci*; ita etiam cod. Gifan. ap. Barth., nisi quod *splendeam* hab.; alius: *Pal., inq. flocci ut splendeam*; tertius: *verterentur* * * *in com. Pal. inq. flocci ut splendida nunc.* Acidal. ad Vell. 1, 8. p. 585. ed. Ruhnk. *P. face ut ne maculet*; Rutgers. l. l. *P., Philoti, ut splendeat, ne maculet*; eiectis vv. *inquit scil.* (hoc enim significari litera *S.*) Scriver. *P. inq., ne maculet, ut splendeat volo*; Sciopp. ap. Barth. deleto nomine coni. *Juben' tu.* Barth. l. l. *P. ne inquinet* (i. e. inquinetur), *flocce ut splendeant.* Codd. Reg. et Lugd. ut. et Guelf. *flocci ut splendeam* aut *splendean*, illud recepit Long.; corruptam scripturam praeferebat I. G., cui in fine appositum fuerit, propter quod a Gellio citetur hic locus. cf. Voss. Art. Gramm. 5, 3. Both. Poët. Scen. Lat. V. 5. P. 2. p. 96. coni.: —— *Pallium eloco*

Ut splendeat, ne maculet.

Mox *ne* om. Guelf. Reg. Linc. et Pet.

§. 3. *Dissimiliter* etc.] Guelf. *dissimiliter quidam hoc rugat* etc.

§. 4. *Quod non*] Ante Steph. erat: *non quod*;

pulvere impleat, sed ipsum pulveris plenum sit:

—— *Exi tu, Dave,*
Age, sparge: mundum esse hoc vestibulum volo.
Venus ventura est nostra; non hoc pulveret.

In Asinaria quoque *contemples* dicit pro *contempleris:* 5

Mecum caput contemples, siquidem e re consultas tua.

Cn. Gellius in *Annalibus: Postquam tempestas* 6
sedavit, Atherbal taurum immolavit. M. Ca- 7
to in *Originibus: Eodem convenae complures ex agro accessitavere; eo res eorum auxit.*
Varro in libris, quos *ad Marcellum De Lin-* 8
gua Latina fecit: *In priore verbo graves prosodiae, quae fuerunt, manent; reliquae*

correxit ille cum codd. (Guelf.); deinde idem dedit: *sed quod ips.* cum edd. ante Iunt.; contra codd. Guelf. Reg. Lugd. ut. Linc. Mem. Chifl. Pet. et edd. Iunt. Ald. — *Hoc*] Edd. vett. inde ab Ald. *hocce* (Iunt. *hosce*), et mox edd. ante Iunt. *nolo hoc p.*, quae restituit Long. Vulgatum firmat Guelf. — *Venus*] Sciopp. *Venens.*

§. 5. *Asinaria*] 3, 1, 35. — *Mecum*] Ita omnes codd. et Steph. cum Iunt. pro vulg. *meum.* Mox edd. vett. hab. *consultes.*

§. 6. *Cn. G.*] Edd. vett. cum Guelf. *Cn. Vellius*, quod corrigendum esse vidit Meurs. ad Macr. Sat. 1, 8. p. 243. Zeun. Ald. *Cn. Velleius* dedit.

§. 7. *Convenae*] Reg. *convenere*; edd. vett. *nomine*; Iunt. Ald. *convertens*, quod nonnullae edd. (Gryph.) in marg. hab.; *convenit* Guelf. Mem. Pet. Linc. Sciopp.; *convene* Lugd. ut. et Chifl. Pro *auxit* Reg. *ausit.* Ald. *anxit.*

§. 8. *Mutant*] Edd. vett. et Guelf. om. v. *Mu-*

mutant. Mutant, inquit elegantissime pro
9 *mutantur*. Potest etiam id quoque ab eodem Varrone in VII. *Divinarum* similiter dictum videri: *Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonam et Tulliam est animadver-*
10 *tere*. Verba autem patiendi pro agentibus in omnibus ferme veterum scriptis reperiuntur: ex quibus sunt pauca ista, quae nunc meminimus. *Muneror te* pro *munero:* et *significor* pro *significo:* et *sacrificor* pro *sacrifico:* et *assentior* pro *assentio:* et *faeneror* pro *faenero:* et *pigneror* pro *pignero:* et alia istiusmodi pleraque, quae, proinde ut in legendo fuerint obvia, notabuntur.

CAPUT XIII.

Quali talione Diogenes philosophus usus sit, pertentatus a dialectico quodam sophismatio impudenti.

1 Saturnalibus Athenis alea quadam festiva
2 et honesta lusitabamus huiuscemdi. Ubi conveneramus complusculi eiusdem studii homines, ad lavandi tempus, captiones, quae *so-*

tant; et nulla distinctione facta hab. *reliq. mutant inquit* etc.

§. 9. *Inter* etc.] Vv. *inter d. f. regum* angulis inclusit Sciopp. Dein cödd. Gron. dant cum edd. vett. *est enim adv.* aut *est anim.*, quod e Guelf. Reg. Lugd. mai. Linc. et Sciopp. receptum est pro: *est animum adv.*

§. 10. *Et sign.* etc] Guelf. *et sacr. pro sacr. et sign. pro sign.* — *Quae*] Pronom. *quae* accessit e Reg. Lugd. mai. et Torn.

Cap. XIII. *Sophismatio*] Edd. vett. et Guelf. *sophismatico.*

§. 2. *Ad lav.*] Edd. vett. *ad levandum t.*; cor-

phismata appellantur, mente agitabamus: eas-
que quasi talos, aut tesserulas in medium vice
sua quisque iaciebamus. Captionis solutae, 3
aut parum intellectae, praemium poenave erat
nummus unus sestertius. Hoc aere collecto, 4
quasi manuario, coenula curabatur omnibus,
qui eum lusum luseramus. Erant autem ca- 5
ptiones ad hoc fere exemplum; tametsi Latina
oratione non satis scite, ac paene etiam ille-
pide exponuntur: *Quod nix est, hoc grando
non est; nix autem alba est; grando igitur
alba non est.* Item aliud non dissimile: *Quod
homo est, non est hoc equus; homo autem
animal est; equus igitur animal non est.*
Dicere ergo debebat, qui ad sophisma diluen- 6
dum ac refellendum ritu aleatorio vocatus erat,
in qua parte, quoque in verbo captio foret;
quid dari concedique non oporteret: nisi di-
xerat, nummo singulo mulctabatur. Ea mul-
cta coenam iuvabat. Libet autem dicere, quam 7
facete Diogenes sophisma id genus, quod supra

rexit Steph., confirmantibus Reg. Guelf. Linc. et Lugd. mai.; min. et Pet. hab. *ad levandi t.*

§. 3. *Unus sest.*] Steph. contra libb. ordine inverso: *sest. unus.*

§. 4. *Collecto* etc.] Sciopp. adscripsit: f. *collato. Aes manuarium* est pecunia, quasi ex pluribus manibus collecta. Casaub. ad Suet. Aug. c. 71. cf. Turneb. Adv. 17, 1. — *Luseramus*] Reg. *luserant*, quod recepit Long.; Lugd. mai. *luseram usurant autem*; scil. ex *luseramus erant* ortum.

§. 5. *Non diss.*] Guelf. *non est diss.* — *Non* etc.] Ita codd. meliores Gron. Vulg. (Guelf.) *hoc non est eq.* Iunt. *hoc non eq.* omisso v. *est.* Mox pro *igitur* Guelf. et edd. ante Iunt. hab. *ergo.*

§. 6. *Ac*] Guelf. *aut.* — *Dixerat*] Guelf. *disserat. Dixerat* hab. etiam Non. sub. v. *singulum.*

dixi, a quodam dialectico ex Platonis diatriba per contumeliam propositum, remuneratus sit.
8 Nam cum ita rogasset dialecticus: *Quod ego sum, id tu non es*, et Diogenes annuisset, atque ille addidisset: *Homo autem ego sum:* cum id quoque assensus esset, et contra dialecticus ita conclusisset: *Homo igitur tu non es:* hoc quidem, inquit Diogenes, falsum est, et, si verum [id] fieri vis, a me incipe.

CAPUT XIV.

Quid sit numerus *hemiolios*, quid *epitritos:* et quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt vertere in linguam Latinam.

1 Figurae quaedam numerorum, quas Grae-
ci certis nominibus appellant, vocabula in lin-
2 gua Latina non habent; sed qui de numeris Latine scripserunt, Graeca ipsa dixerunt; fingere autem nostra, quoniam id absurde futu-
3 rum erat, noluerunt. Quale enim fieri nomen posset hemiolio numero, aut epitrito?
4 Est autem *hemiolios*, qui numerum aliquem totum in se[se] habet, dimidiumque [habet]

§. 8. *Id*] Edd. ante Iunt. om. *id.* — *Id f.*] Reg. om. *id;* praecedit *hoc.* Delevit Long. Iunt. hab.: *si verum si id f. v.*

Cap. XIV. *Hemiolios*] Guelf. *hemiolos.* Malim Graece haec exprimi, propter sqq. — *Sunt*] Cod. Torn. *sint.*

§. 4. *Hemiolios*] Vitruv. 3, 1. reddit latine: *sesquialterum*, et ἐπίτρ. *tertiarium s. adtertiarium.* V. Macrob. in Somn. Scip. 2, 1. p. 127. ed. Zeun. Salmas. de Mod. Usur. p. 314. Mox *totum* om. Steph. hab. edd. vett. Guelf. et Torn. Tum pro *se-se* Guelf. et edd. vett. hab. *se.* V. *hab.*, quod uncis

eius: ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti. *Epitritos* est, qui habet totum aliquem numerum et eiusdem partem tertiam: ut quattuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta ad triginta. Haec autem notare meminisseque, non esse ab[s] re visum est: quoniam, vocabula ista numerorum nisi intelliguntur, rationes quaedam subtilissimae, in libris philosophorum scriptae, percipi non queunt. 5 6

CAPUT XV.

Quod M. Varro in herois versibus observaverit rem nimis anxiae et curiosae observationis.

In longis versibus, qui *hexametri* vocantur, item in *senariis*, animadverterunt Metrici, duos primos pedes, item extremos duos, habere singulos posse integras partes orationis, medios haud unquam posse: sed constare eos semper ex verbis aut divisis, aut mixtis atque 1

seiunctum vides, exstat in Guelf. et edd. vett., unde restitui, quamvis suspectum sit.

§. 5. *Epitritos* etc.] Guelf. *Epitritus autem qui.*

§. 6. *Meminisseque* etc.] Edd. vett. praeter Iunt. et Guelf. *atque meminisse, non ab* (*ab* hab. etiam Iunt.) *re vis. est,* omisso v. *esse.* Guelf. *non esse ab re v.*

Cap. XV. *Herois*] Edd. quaedam (ut Gryph. 1542.) *heroicis*, contra codd. et edd. vett. atque Steph. — *Anxiae* etc.] Guelf. *anxie et curiose observatus* (anxii et curiosi observatus?).

§. 1. *Singulos posse*] Ita Guelf. et edd. vett. pro ordine vulg. *posse sing.*; praeterea iidem libb. hab. *singulas* pro *singulos.* — *Medios*] Cf. Muret. VV. LL. 2, 6. Castal. Obss. in Criticos 8, 5. (pag. 272.) *Ois.*

2 confusis. Marcus etiam Varro in libris *Disciplinarum* scripsit, observasse sese in versu hexametro, quod omnimodo quintus semipes verbum finiret: et quod priores quinque semipedes aeque magnam vim haberent in efficiendo versum atque alii posteriores septem: idque ipsum ratione quadam geometrica fieri disserit.

§. 2. *Sese*] Vulg. legitur *se*; *sese* dederunt Reg. Lugd. mai. et Torn. — *Versum*] Cum edd. vett. Long. *versum*. cf. Ruddimann. II. p. 254. not. 69. Vulg. *versu*.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER NONUS DECIMUS.

CAPUT I.

Responsio cuiusdam philosophi, interrogati, quam ob causam maris tempestate pallueret.

Navigabamus a Cassiopia ad Brundusium, mare Ionium violentum et vastum et iactabun- 1

LIB. XIX. CAP. I. *Responsio* etc.] Guelf. *Incipiunt capitula XVIIII. que cum agellii propria non adinvenirem ea ruditē* (ruditer) *ex textu ut legendi percipies excerpsi.* (usque ad lemma c. 10.). Haec lemmata non operae pretium erat hic addere, quippe quae cum Gellianis conferri nullo pacto possunt. cf. ad c. 2.

§. 1. *Cassiopia*] Graev. ad Suet. Ner. c. 22. in vet. lib. pro *Cassiopeia* legi *Cassopia* testatur. Reg. Lugd. mai. et alius cod. Bourdel. dant *Cassiopa Brundusium*; Lugd. min. Linc. Mem. Chifl. Pet. *a cassio p. ad brundis.* Guelf. *A. CASSIO. P. AD brundus.* Sciopp. annotat: al. *Cassiope*, f. *Cassope.* cf. Strab. 7. p. 499. Cic. ad Famil. 16, 9. Nostrum hab. edd. vett.; *Cassiopeia* edidit Steph. cum edd. inde a

2 dum. Nox deinde, quae diem primum secuta
est, in ea fere tota ventus a latere saeviens
3 navem undis compleverat. Tum postea com-
plorantibus omnibus nostris, atque in sentina
satis agentibus, dies quidem tandem illuxit:
sed nihil de periculo, de saevitiave remissum,
quin turbines etiam crebriores, et coelum atrum,
et fumigantes globi, et figurae quaedam nu-
bium metuendae, quas τυφῶνας vocabant, im-
pendere imminereque, ac depressurae navem
4 videbantur. In eadem fuit philosophus, in
disciplina Stoica celebratus, quem ego Athenis
cognoveram, non parva virum auctoritate, sa-

Bonon. *Brundusium* pro *Brundis.* hab. etiam edd. ante Iunt. Praecedens *ad* expungendum censebat V. D. in Miscell. Belgg. l. (1, 4.) l., suffulcientibus, ut ait, emendationem Mss. Reg. et Pembroc. Locum laudant Augustin. de Civ. D. 9, 4. et Sarisber. De Nug. Curial. 7, 3.

§. 2. *Deinde*, etc.] Steph. *deindeque diem -- est: in ea* etc.

§. 3. *Omnib. nostr.*] Ita edd. ante Iunt. et Guelf. pro *nostr. omnib.* — *Satis agentibus*] Al. (Gryph. marg. 1539.) *se angentibus.* Gryph. marg. 1542. *se agentibus.* Scalig. ad Fest. sub v. Sentinare: *atque sentinantibus.* — *De saev.* etc.] Ita edd. vett. ante Ald. et ita Salm., nisi quod *de* neglexit. Reg. cum aliis codd.: *saevitia vera missum,* quod recepit Long. qui edidit: *peric. atque saev. vera m.* Guelf. *de p. neque de saevitia vera missum turbines* etc.; *remissum* hab. etiam Torn. et edd. vett.; quae praeterea dant: *de saevitiave.* Al. cum Ald. *de p. atque saevitia rem.*; Lips. Elect. 2, 19.: *de p. de saevitia atque remis.*, comparans c. 9.: Poculis mox, sermonibus atque tempus fuit. (cf. Ruddimann. I. p. 324. annot. 11.) Lugd. min. *de p. neque de servicia verti* (superscripto *a*) *amissum.* Vulg. *de p. neque de saevitia amissum.* — Τυφῶνας] Edd. vett. ante Ald. *typhonas.* Guelf. *tiphonas;* idem mox om. *que.*

tisque attente discipulos iuvenes continentem. Eum tunc in tantis periculis, inque illo tumultu coeli marisque requirebam oculis; scire cupiens, quonam statu animi, et an interritus intrepidusque esset? Atque ibi hominem conspicimus impavidum et extrilidum, ploratus quidem nullos, sicuti ceteri omnes, nec ullas eiusmodi voces cientem, sed coloris et vultus turbatione non multum a ceteris differentem. At ubi coelum enituit, et deferbuit mare, et ardor ille periculi deflagravit, accedit ad Stoicum Graecus quispiam dives ex Asia, magno, ut videbamus, cultu paratuque rerum et familiae; atque ipse erat multis corporis animique deliciis affluens. Is quasi illudens: Quid hoc, inquit, est, o philosophe, quod, cum in periculis essemus, timuisti tu, et palluisti? Ego neque timui, neque pallui. Et philosophus aliquantum cunctatus, an respondere ei conveniret: Si quid ego, inquit, in tanta violentia tempestatum videor paulum pavefactus, non tu istius rei ratione audienda dignus es; sed tibi sane Aristippius ille discipulus pro

§. 5. *Interritus* etc.] Edd. vett. *intrepidus interritusque.* Nostrum ordinem firmat Guelf.

§. 6. *Extrilidum*] Interpretantur: exalbidum; al. constantem, infractum, extra laesionem constitutum. Gron. pat. coni. *consp. pavidum et exterritum.* V. Scheller. sub h. v. — *Sicuti*] *Sicut* edd. vett. Mox Guelf. *scientem.*

§. 7. *Affluens*] Ita Reg. pro *diffluens*; cf. Gifan. Obss. in L. L. p. 16.

§. 8. *Inquit, est*] Sic Reg. pro: *est, inquit.* cf. 4, 1, 17.

§. 10. *Aristippius ille*] Cum Ald. Steph. *Aristippus ille*, omisso v. *disc.* Ed. Bonon. *sed ubi sane Aristippus ille quodam pro me r.* Reg. Torn.

me responderit: qui in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus, quare philosophus timeret, cum ille contra nihil metueret? *Non eandem esse causam sibi, atque illi* respondit; quoniam is quidem esset non magno opere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis; ipsum autem pro Aristippia anima
11 timere. His tunc verbis Stoicus divitem illum
12 Asiaticum a sese amolitus est. Sed postea cum Brundusium adventaremus, malaciaque esset venti ac maris: percontatus eum sum, quaenam illa ratio esset pavoris sui, quam dicere

Guelf. aliique codd. cum edd. vett. *Aristippus ille disc.*; unde Sciopp. coni. *Aristippi. Aristippius* dedit I. G., et mox: *Aristippia anima* pro *Aristippi an.* Fort. tamen codd. et edd. vett. lectio ita probanda est, ut post *Aristippi* addas *Socratis*; quod innuere videntur Augustin. et Sarisber.: *At ille Aristippi Socratici responsum retulit*; et postea: *pro anima Aristippi.* De re cf. Diog. L. 2, 7, 4. Aelian. V. H. 9, 20. Mox post *qui* edd. vett. et Guelf. add. *quum* s. *cum* (Iunt. *quom*); unde suspicor ante v. *interrogatus* inserendum v. *esset*, quod post v. *homine* ita scriptum: *eet* facile excidere potuit. Possis etiam pro *inter.* legere *interrogaretur.* Marg. Gryph. hab. *qui in* omisso *cum.* — *A simill.* etc.] Guelf. *à simili motu hoc inter.* — *Magno opere*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *magnopere.*

§. 11. *Amolitus*] Reg. et Thuan. *molitus.* Guelf. *molitus* (sic!).

§. 12. *Malaciaque* etc.] Ita scripsi ex emendatione Gron., quae non multum recedit a codd. lectione. Reg. enim exhib. *mollicieque* (Salm. *mollitieque*) *essent v. ac maris*; Thuan. *mollicieque essent v.* omissis vv. *ac maris*; Lugd. mai. et Long. *mollicieque essent v. maris*; eodem modo Lugd. min., sed litera *e* erasa. Sciopp. ex cod. Fulv. et Giph. (p. 140.) adscripsit: *mollitiaeque.* Vulg. (Guelf.) *mollitique essent* (ed. Rom. *esset*) *venti maris.*

ei supersedisset, a quo fuerat non satis digne compellatus? Atque ille mihi placide et co- 13
miter: Quoniam, inquit, audiendi cupidus es, audi, quid super isto brevi quidem, sed necessario et naturali pavore, maiores nostri, conditores sectae Stoicae, senserint; vel potius, inquit, lege: nam et facilius credideris si legas, et memineris magis. Atque ibi coram ex 14
sarcinula sua librum protulit Epicteti philosophi quintum *Διαλέξεων*; quas ab Arriano digestas congruere scriptis *Ζήνωνος* et Chrysippi non dubium est. In eo libro scilicet Graeca ora- 15
tione scriptum ad hanc sententiam legimus: Visa animi, quas *φαντασίας* philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neque arbitraria; sed vi qua-

§. 13. *Senserint*] Guelf. *senserunt.* — *Nam*] Steph. om. *nam*; edd. vett. hab. *nam et facil*; H. de Marn. om. *et.* Codd. Gron. et Guelf. nostram exhib. lectionem, aut dant: *legendam et f.*, ut Reg. Lugd. mai. Mem. Pet.

§. 14. *Ibi*] Guelf. om. *ibi.* — *Ζήνωνος*] Vulg. (Mem. aliique codd.) *Zenonis;* Graece hoc nomen scriptum hab. Reg. Steph. cum edd. vett.; Lugd. ut. ZENωNIC. Guelf. *G.* cf. 1, 20, 9. Praeterea ed. Bonon. hab. *congr. cum scr.* Ζήν.

§. 15. *Scilicet* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *Graeca scil. or.* — *Visa*] Guelf. Chifl. et edd. ante Ald. dant: *vires*, aliae (ut Bonon. Ald.) *visiones; vis* Reg. Lugd. ut. et Mem., omisso *a*; *visa* Thuan.; Augustin. *animi visa, quas* etc.; Sarisber. *Visa, quae phant. app.* — *Accidentis*] In cod. Torn. *bu* super duabus extremis literis v. *accid.* positum est, additur *ad*, et mox *re pellitur* deleta *i* in v. *rei*; hinc Ois. *accidentibus ad animum repellitur;* Praeposit. *ad* om. Steph. *repell.* exstat in Guelf. Linc. et ed. H. de M. Opponit l. G. quod postea legitur: primo animi sui pulsu. — *Arbitraria*] Edd. vett. *arbitrii.*

dam sua inferunt sese hominibus noscitanda.
16 Probationes autem, quas *συγκαταθέσεις* vocant, quibus eadem visa noscuntur, ac diiudicantur, voluntariae sunt, fiuntque hominum arbitratu.
17 Propterea cum sonus aliquis formidabilis aut coelo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nuntius, vel quid aliud est eiusmodi factum; sapientis quoque animum paulisper moveri, et contrahi, et pallescere necessum est: non opinione alicuius mali praecepta, sed quibusdam motibus rapidis et inconsultis officium mentis atque rationis praevertentibus.
18 Mox tamen ille sapiens ibidem *τὰς τοιαύτας φαντασίας*, id est, visa isthaec animi sui terrifica non approbat: hoc est, *οὐ συγκατατίθεται, οὐδὲ προσεπιδοξάζει*, sed abiicit, respuitque; nec ei metuendum esse in iis quidquam videtur.
19 Atque hoc inter insipientis sapientisque ani-

Reg. Lugd. ut. Thuan. et Guelf. *arbitrariae* vel *arbitrarie*. Sciopp. *arbitrariae* adscripsit, cum in aliis sit *arbitriae*. Long. *arbitriaria*. Mox pronom. *sua* om. edd. ante Iunt. — *Hominibus* etc.] Vulg. *hominibus*. *Noscitandae* (Bonon. *Noscitandi*) *prob. autem*; correxerunt cum Salmas. ad Simplic. p. 32. Proust. et I. G. *noscitande* Guelf.

§. 17. *Coelo*] Edd. vett. praeter Iunt. *e coelo*. — *Nescius*] Ois. *nescii*; Scriv. *nescio cuius*, quod est etiam in marg. edd. quarundam (Gryph.). Guelf. *aut rep. aut nescius*. Mox Reg. *ex eiusmodi*, quod recepit Long.; rectius in *est eiusm.* mutari volebat I. G. Ante Steph. *est* post *factum* legebatur; quod cum codd. (Guelf.) et Iunt. om. Steph.; orationem tamen requirere aliquid instar fulcri, intellexit I. G., propterea *est* ante *eiusmodi* recepi. — *Praecepta*] Reg. et Lugd mai. *percepta*. — *Praevertentibus*] Edd. ante Iunt. *pervert*.

§. 18. *Id est*] Vv. *id ist* e Reg. et Lugd. mai. addidit I. G.

mum differre dicunt, quod insipiens, qualia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt saeva et aspera, talia esse vero putat; et eadem incepta, tanquam si iure metuenda sint, sua quoque assensione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει; hoc enim verbo Stoici, cum super ista re disserunt, utuntur. Sapiens autem, cum breviter 20
et strictim colore atque vultu motus est, οὐ συγκατατίθεται, sed statum, vigoremque sententiae suae retinet, quam de huiuscemodi visis semper habuit, ut de minime metuendis, sed fronte falsa et formidine inani territantibus. Haec Epictetum philosophum ex decretis Stoi- 21
corum sensisse atque dixisse, in eo, quo dixi, libro legimus: annotandaque esse idcirco existimavimus, ut rebus forte id genus, quibus dixi, obortis pavescere sensim, et quasi albescere, non insipientis esse hominis, neque ignavi putemus, et in eo tamen brevi motu naturali magis infirmitati cedamus, quam, quod esse ea, qualia visa sunt, censeamus.

§. 19. *Insipientes*] Haec explanantur in Cic. Tuscul. 4, 6. *I. G.* — *Sibi*] Pronom. *sibi* adiunxi ex Guelf. Steph. et edd. vett.; tum edd. vett. hab. *talia vero esse put.* Ceterum pro *vero* edd. ante Iunt. hab. *vere.* Ordinem vulgat. retinet Guelf. — *Tanquam si*] Vulg. *quae quasi.* Edd. vett. *tanquam si iure;* codd. Gron. et Guelf. *quanquam si i.*, recepit Long.; equidem edd. vett. praeferendam esse censui lectionem. Cod. Torn. tantum hab. *quamquam iure.* Dein Guelf. *probat.*

§. 20. *Et*] Edd. ante Iunt. *ac.* — *Fronte*] Guelf. *forte.*

§. 21. *Quo*] Guelf. *quem.* V. mox et 12, 13, 26. — *Obortis*] Edd. ante Bonon. *abortis.* — *Et in*] Guelf. om. *et.*

CAPUT II.

Ex quinque corporis sensibus duos esse cum belluis maxime communes: [quodque turpis et improba est voluptas, quae ex auditu, visu odoratuque procedit: quae vero ex gustu tactuque est, rerum omnium foedissima est, quum hae duae bestiarum etiam sint, reliquae hominum tantum].

1 Quinque sunt hominum sensus, quos Graeci αἰσθήσεις appellant, per quos voluptas animo aut corpori quaeri videtur: gustus, tactus, odoratus, visus, auditus. Ex his omnibus quae immodice voluptas capitur, ea turpis atque
2 improba existimatur; sed enim quae nimia ex gustu atque tactu est, ea voluptas, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium rerum foedissima est; eosque maxime, qui duabus istis belluinis voluptatibus sese dediderunt, gra-

Cap. II. *Quodque* etc.] His omnibus vv., quae uncis seiuncta vides, lemma auxi; edd. scil. vett. secutus, quae illa et h. l. et in ind. capp. exhibent. Primum illa omissa vides in Ald.; qua auctoritate ignoro. — Guelf. *Quod turpis et improba est voluptas, que ex auditu visu odoratuque procedit que vero ex gestuq; rerum omnium fedissima, cum he due bestiales sint, relique hominum tantum.* V. ad lemma c. 1.

§. 1. *Gustus, tactus*] Cf. supr. 7, 6. Macr. Sat. 2, 8. p. 377.: *tactus, gustus;* mox: *voluptas quae immodice c., improba est.* (al. apud eund. *improbata est.*)

§. 2. *Ea* etc.] Macr. *ea igitur gemina voluptas, sicut s. v. c.* — *Qui duab.* etc.] Macr. *qui sese duab. ist. v. ded.;* tum *appellaverunt* (sed mox *dicimus*) *vel ἀχρ. vel ἀκ.* Dein: *Istas autem volupt. duas, g. atq. t., id est, cibi et Veneris, solas hom. com. videmus esse cum beluis.* —

vissimi vitii vocabulis Graeci appellant, vel ἀκολάστους, vel ἀκρατεῖς. Nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperantes; ἀκολάστους enim, si interpretari coactius velis, nimis id verbum insolens erit. Istae autem voluptates 3
duae gustus atque tactus, id est, libidines in cibos atque in Venerem prodigae, solae sunt hominibus communes cum belluis, et idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quisquis est his ferinis voluptatibus praevinctus. Ceterae ex tribus aliis sensibus 4
proficiscentes hominum esse tantum propriae videntur. Verba super hac re Aristotelis phi- 5
losophi adscripsi; ut vel auctoritas clari atque incliti viri tam infamibus nos voluptatibus deterreret: *Διὰ τί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν γιγνομένην ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται.*

Vel ἀκολ.] Edd. vett. om. *vel.* Guelf. bis om. — *Coactius*] Edd. ante Bonon. *coactus.*

§. 3. *Belluis*] Ita Reg. et Lugd. mai.; reliqui codd. Gron. et Guelf. cum edd. vulgatis *bestiis.* v. titul. Cod. Torn. hab. *commun. omnibus cum belluis.* Addit I. G.: „unde etiam quum vocem *nobis* vulgo ejecerunt, videtur tamen ista vox per haec vv. confirmari.“ Quo autem loco ponenda sit illa vox *nobis*, non indicavit. An post *hominibus?* — *Ferinis* etc.] Macr. *ferarum vol. occupatus.*

§. 4. *Hominum* etc.] Macr. *hominum tant. propriae sunt.*

§. 5. *Aristotelis*] Problem. Aristot. 28, 7. Ethic. ad Nicom. 7, 4 sqq. — *Adscripsi* etc.] Macr. *in medium proferam; ut quid de his infamib. vol. tam clarus atque inclutus vir sentiat publicetur.* Mox Guelf. *vos* pro *nos.* — Γιγνομένην etc.] Edd. vett. ante Ald. hab. ἡ γιγ. οὐ ἂν ὑπερβ. (ἡ om. Bonon.); Connell. hab.: ἡδονὴ ἡ γιγνομένη. αὐ ἂν ὑπ. Reddunt: Cur incontinentes eos appellare solemus, qui voluptate contrectandi, aut gustandi exuperantur?

Οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀκόλαστοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. Τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν, ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ· ἀπ' ἐνίων δὲ, ἐν τῷ λάρυγγι. Διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. Οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν, οὐκ ἔτι; ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις· ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ, ἀτιμότεραι εἰσί· διὸ καὶ μάλιστα, ἢ μόναι ἐπονείδιστοι. Ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν, καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. Οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται· κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει· ὁρῶν μὲν γὰρ τὸ ὁρῶν, ἢ ὀσφραινόμενον χαίρει, ὅτι ἀπολαύει, καὶ ὅταν πληρωθῇ, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ, ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ τυρίχους ὀσμὴ, ὅταν ἄδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν

Macr. *εἰ γιγ.*; sed *εἰ* rectius abest. Ed. Gryph. habere videtur *ἐνγιγν*, Zeun. ad Macr. p. 823. legendum censebat: *διὰ τί κατὰ τὴν τῆς ἀφῆς ἢ γ. ἡδ. γιγνόμενοι, ἂν* (i. e. *ἐὰν*) *ὑπ.*; nam *γίγνεσθαι κατὰ s. περί τι esse*: versari in re, deditum esse rei. Mox Macr. *οἵ τε δὲ*; pro *δὲ* Zeun. malebat cum ed. vet. (Gryph.) et Gell. *γὰρ* vel *γε*. Tum Macr. post *ἀκόλ.* eddit: *οὗτοι*; quod recte om. edd. vett. — *Λάρυγγα*] Edd. vett. Macr. *φάρυγγα*; haud improbante Zeun., qui conferri iubet Foës. Oecon. Hipp. v. *φάρυγξ*. Deinceps Macr. *ἡ δὲ κατὰ τὴν ὀψ.* — *Ἅτε οὖν* etc.] Macr. *ἅτε δὲ οὐσῶν κοινῶν αἰσχρὰν εἶναι τὴν ὑποσταγὴν αὐτῶν, καὶ ἀτιμότ. εἰσί.* Nostram lectionem praefert Zeun. — *Διὸ*] Edd. vett. om. *διό*. — *Ἢ μόναι*] Macr. om. *ἢ*; et mox *καὶ* ante *ἀκόλ.* (quod hab. tamen edd. vett.). — *Ὁρῶν* etc.] Post v. *πάσχει* edd. vett Macr. addunt: *ὁρῶν* (*ὁρᾷ*) *μὲν γὰρ τὸ* (*ὁ*) *ὁρῶν, ἢ ὀσφρ.* etc. -- *ἀεὶ ἡδεῖα.* Eadem hab. edd. vett. Gell., unde restitui, quum vulg. legeretur: *πάσχει etc.* reliquis Graecis abiectis.

ἡδεῖα· ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα. Quis igitur habens aliquid humani pudoris voluptatibus istis duabus coeundi atque comedendi, quae sunt homini cum sue atque asino communes, gaudeat? Socrates quidem dicebat multos homines propterea velle vivere, ut ederent et biberent; se bibere atque esse, ut viveret. Hippocrates autem, divina vir scientia, de coitu venereo ita existimabat: partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixerunt. Namque ipsius verba haec traduntur: *Τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.* 6 7 8

CAPUT III.

Quod turpius est, frigide laudari, quam acerbius vituperari.

Turpius esse dicebat Favorinus philosophus, exigue atque frigide laudari, quam insectanter et graviter vituperari: Quoniam, inquit, qui maledicit et vituperat, quanto id acerbius facit, tam maximo ille pro iniquo et 1 2

§. 6. *Sunt*] Macr. v. *sunt* post *comm.* posuit; et pro *gaud. gratuletur.*

§. 7. *Quidem*] Guelf. *siquidem.*

§. 8. *Hippocrates*] Cf. Menag. ad Diog. Laërt. 9. p. 410. — *Dixerunt*] *Dixere* edd. vett.; vulgat. firmat Guelf. — Μικρὰν] In quibusd. edd. Macr. deest *μικρὰν*, sed addidit idem: *i. e. coitum esse parvum morbum comitialem.*

Cap. III. §. 2. *Maximo ille*] Steph. *tam maxime ille*, cum ante ipsum legeretur: *tam maxima mole.* Lips. Elect. 1, 21. *tam maxime*; sine *ille.* Reg. Lugd. ut. et Mem. *t. maximole.* Chifl. *maximo propinquo*; Linc. et Guelf. *maximo mole propinquo*; *maximo* dedit I. G. coll. c. 1, 19.: talia esse vero putat. Mox Guelf. *dicitur.* —

inimico ducitur, et plerumque propterea fidem non capit; sed qui infoecunde atque ieiune laudat, destitui a causa videtur: et amicus quidem creditur eius, quem laudare vult, sed nihil posse reperire, quod iure laudet.

CAPUT IV.

Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam lacessat.

1 Aristotelis libri sunt, qui *Problemata Physica* inscribuntur, lepidissimi et elegantiarum
2 omne genus referti. In his quaerit, quam ob causam eveniat, ut, quibus invasit repentinus rei magnae timor, plerumque alvo statim cita
3 fiant? Item quaerit, cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutius stetit, libido urinae
4 lacessat? Ac de alvo quidem inter timendum prona, atque praecipiti, causam esse dicit, quod timor omnis sit algificus, quem ille appellat ψυχροποιόν; eaque vi frigoris sanguinem caloremque omnem de summa corporis cute cogat penitus et depellat; faciatque simul, uti,

Eius] Steph. *ei*, contra libb.

Cap. IV. §. 1. *Aristotelis*] V. Problem. 8, 3. et sect. 27.

§. 2. *Fiant*] Guelf. om. hoc v.

§. 4. *Ac*] Cum Guelf. edd. vett. et Steph. Long. dedit *ac* pro *at*, quod primum video in ed. a. 1651. — *Omnis*] Edd. vett. *omnibus*. — Ψυχροποιόν] Al. (ut Steph. cum edd. vett.) ψυχροποιητικήν. Deinceps Guelf. *que vi fr.*; edd. vett. *quae vis fr.*; Steph. *qui vi f.*; literas *ea* qui adnectunt voci Graeci, literas sequentes in pronomen coguntur mutare. *I. G.* Nostra est codd. scriptura. — *Uti*, etc.] Edd. ante Iunt. *uti ii qui tim.* Connell. *ut ii qui t.*

qui timent, sanguine ex ore decedente pallescant: Is autem, inquit, sanguis et caldor in intima coactus movet plerumque alvum, et incitat. De urina celebra ex igni proximo facta, verba haec posuit: *Τὸ δὲ πῦρ διαχυλᾷ τὸ πεπηγὸς, ὥσπερ ὁ ἥλιος τὴν χιόνα.*

CAPUT V.

Ex Aristotelis libris sumtum, quod nivis aqua potui pessima sit, et quod ex nive crystallus concreatur.

In Tiburte rus concesseramus hominis amici divitis, aetate anni flagrantissima, ego et quidam alii aequales et familiares mei, eloquentiae aut philosophiae sectatores. Erat nobiscum vir bonus ex Peripatetica disciplina, bene doctus, et Aristotelis unice studiosissimus. Is nos aquam multam ex diluta nive bibentis coërcebat, severiusque increpabat, adhibebatque nobis auctoritates nobilium medicarum,

§. 5. *In intima*] Sic cum codd. (etiam Torn. et Guelf.) Gron.; Steph. cum Gryph. a. 1539. H. de M. aliisque edidit *in ultima*.

§. 6. *Celebra*] Edd. vett. *crebra; celebra* cum codd. (Guelf. Reg. Lugd. ut. Mem. Chifl. Pet. Linc., quorum nonnulli *celebrat*) dedit Steph.; Salm. coni. *de urinae elecebra;* Ois. *de urinae illecebra.* — 'O] Articul. ὁ om. edd. vett.

Cap. V. *Concreatur*] Malim *concreetur*, propter *sit*.

§. 1. *Tiburte* etc.] Guelf. *Tiburtiriis conc.* (*Tiburti rus?*). — *Aut*] Edd. vett. dant *et* pro *aut*; hoc firmat Guelf.

§. 3. *Aquam*] V. Ursin. Append. ad Ciaccon. Tricl. *I. G.* Macrob. Sat. 7, 12. p. 671 sq. — *Adhibebatque*] Vulg. *adhibebat*; Reg. *adhibebatque*. Mox

et cumprimis Aristotelis philosophi, rei omnis humanae peritissimi: qui aquam nivalem frugibus sane et arboribus foecundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse; tabemque et morbos sensim, atque in diem longam visceribus inseminare. Haec quidem ille ad nos prudenter, et benivole, et assidue dictitabat. Sed cum bibendae nivis pausa fieret nulla, promit e bibliotheca Tiburti, quae tunc in Herculis templo satis commode instructa libris erat, Aristotelis librum, eumque ad nos affert, et: Huius saltem, inquit, viri sapientissimi verbis credite; ac desinite valetudinem vestram profligare. In eo libro scriptum fuit, deterrimam esse potu aquam e nive, itemque solidius latiusque concretam esse eam, quam *χρύσταλλον* Graeci appellant: causaque ibi adscripta est huiuscemodi: Quoniam cum aqua frigore aëris duratur et coit, necessum est fieri evaporationem, et quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, et emanare. Id autem, inquit, in ea levissimum est, quod evaporatur; manet autem, quod est gravius,

4 5 6 7

Guelf. *omnibus* pro *omnis*. — *Morbos*] Ms. Pembroc. (v. Miscell. 1, 4. laud.) hab. *morbum*.

§. 4. *Inquit*, etc.] Edd. ante Iunt. *viri sap., inquit*. Guelf. *inq. sapient. viri*. V. *viri* fort. e marg. illatum.

§. 5. *Potu*] Edd. vett. praeter Iunt. et Guelf. *potui*. Mox *crystallon* latine exhibent edd. vett. ante Ald. praeter Connell. Guelf. *cristallon*.

§. 6. *Necessum*] Hoc pro *necesse* dederunt edd. vett. et Guelf. cf. 6, 1, 3. — *Evaporationem*] Reg. Thuan. Lugd. mai. *evap.*; vulg. *vapor.*; mox legitur v. *evap.* Guelf. *vaporatio*. Et Macr. *necesse est per evaporationem velut exprimi — auram illam tenuissimam*.

et sordidius, et insalubrius: atque in pulsu aëris verberatum in modum coloremque spumae candidae oritur. Sed aliquantum, quod 8
est salubrius, difflari, atque evaporari ex nive, indicium illud est, quod minor fit illo, qui ante fuerat, quam concresceret. Verba ipsa 9
Aristotelis ex eo libro pauca sumsi, et adscripsi: *Διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων ὕδατά φαῦλά ἐστιν; Ὅτι παντὸς ὕδατος πηγνυμένου τὸ λεπτότατον διαπνεῖται, καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. Σημεῖον δὲ, ὅτι ἔλαττον γίνεται, ἢ πρότερον, ὅταν ταχῆ παγέν. Ἀπεληλυθότος οὖν τοῦ ὑγιεινοτάτου, ἀνάγκη, τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶναι.* Hoc ubi 10
legimus, placuit honorem doctissimo viro haberi Aristoteli: atque ita postea ego bellum et odium nivi indixi; alii inducias cum ea varie factitabant.

§. 7. *Coloremque sp.*] Guelf. *colorem ratumque sp.* — *Oritur*] Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. et Sciopp. *oriuntur*; unde Gron. pat. *convertitur*.

§. 8. *Illo, qui*] Guelf. Reg. Lugd. ut. Mem. Chifl. Pet. Linc. Iunt. Ald. *illo, qui*, probante I. G. qui intellig. putat *amne, fluvio, rore* aut *madore*. Recepit Long. Videtur v. aliquod post *fuerat* excidisse. Gryph. edidit (1534.) *illo quae*; *illa quae* est in edd. vett. et Steph. Guelf. pro antecedenti *fit* hab. *sit*.

§. 9. Ἀπεληλυθότος] Ald. Steph. ἐπελ. et mox Steph. cum Iunt. ὑγειν.

§. 10. *Ubi*] Edd. ante Bonon. et Guelf. *ibi*.

CAPUT VI.

Quod pudor sanguinem ad extera diffundit, timor vero contrahit.

1 In Problematis Aristotelis philosophi ita scriptum est: *Διὰ τί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσιν, παραπλησίων τῶν παθῶν ὄντων; Ὅτι τῶν μὲν αἰσχυνομένων διαχεῖται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὥστε ἐπιπολάζειν· τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν, ὥστ' ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων*
2 *μερῶν.* Hoc ego Athenis cum Tauro nostro legissem, percontatusque essem, quid de ratione ista reddita sentiret? Dixit quidem, inquit, probe et vere, quid accideret, diffuso sanguine, aut contracto: sed cur ita fieret, non dixit.
3 Adhuc enim quaeri potest, quam ob causam pudor sanguinem diffundat, timor contrahat? cum sit pudor species timoris: atque ita definiatur: [Pudor est] timor iustae reprehensionis. Ita enim philosophi definiunt: *Αἰσχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου.*

Cap. VI. *Ad extera*] Cum Scriv. Ois. *exteriora*; Bad. et Ant. Gryph. *ad extera*; Connell. Seb. Gryph. Ascens. 1529. *ad extra.* Edd. vett. *ab extra.* Steph. *abextra*; Longol. *adextra.*

§. 1. *Problematis*] Guelf. *problemate.*

§. 3. *Quam*] Cf. Macrob. 7, 11. — *Definiatur*] Guelf. *diffin.* at mox *dzfin.* — *Pudor* etc.] Long. cum edd. vett. *Pudor est timor* etc. Vulg. deerant vv. *Pud. est*; nec hab. Guelf., fort. suppleta ex Graecis vv.

CAPUT VII.

Quid sit *obesum*; nonnullaque alia prisca vocabula.

In agro Vaticano Iulius Paulus poëta, vir 1
bonus, et rerum literarumque veterum impense doctus, herediolum tenue possidebat. Eo saepe nos ad sese vocabat, et olusculis pomisque satis comiter copioseque invitabat. At- 2
que ita molli quodam tempestatis autumnae die ego et Iulius Celsinus, cum ad eum coenassemus, et apud mensam eius audissemus legi Laevii Alcestin, rediremusque in urbem, sole iam fere occiduo, figuras habitusque verborum nove aut insigniter dictorum in Laeviano illo carmine ruminabamur: et, ut quaeque vox indidem digna animadverti subvenerat, qua nos quoque possemus uti, memoriae mandabamus. Erant autem verba, quae tunc sup- 3
petebant, huiuscemodi:

Corpore, inquit, *pectoreque undique obeso,*
Ac mente exsensa, tardigemulo senio oppressum.

Cap. VII. §. 1. *Herediolum*] Edd. vett. *praediolum*; *hered.* s. *herod.* praebent Guelf. Reg. Lugd. ut. et Pet.

§. 2. *Iulius C.*] Guelf. *Iul. Celsus.* Cf. c. 10. — *Audissemus*] Guelf. *audivissem.* — *Laevii*] Al. *Cn. Naevio* haec tribuunt. (Edd. vett. *Naevii* et post (Guelf.) *Naeviano.* Guelf. *neuualgestin.*) V. Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. p. 83. Lange Vindiciae etc. p. 9. fin. et p. 10. not. 12. — *Aut*] Marg. Gryph. *at.* — *Digna anim.*] Edd. vett. *anim. digna.* Nostrum firmat Guelf. Pro *dictor.* al. leg. *doctorum.* Mox Guelf. *quia* pro *qua.*

§. 3. *Corpore*] Cf. Voss. ad Tragicc. fragmm. p. 62. Mercer. ad Non. sub v. obesum, et Pric. ad

Obesum hic notavimus proprie magis, quam usitate dictum pro exili atque gracilento; vulgus enim ἀχύρως, ἢ κατὰ ἀντίφρασιν *obesum* pro
4 uberi atque pingui dicit. Item notavimus, quod *obliteram* gentem pro *obliterata* dixit;
5 item, quod hostis, qui foedera frangerent,
6 *foedifragos*, non *foederifragos* dixit; item, quod rubentem auroram *pudoricolorem* appel-
7 lavit, et *Memnonem nocticolorem;* item, quod forte *dubitanter*, et ab eo, quod est *sileo*, *silenta loca* dixit, et *pulverulenta*, et *pestilenta*, et *carendum tui est* pro *te*, quodque
8 *magno impete* pro *impetu;* item quod *forte-*
9 *scere* posuit pro *fortem fieri;* quodque *do-*
10 *lentiam* pro *dolore*, et *avens* pro *libens;* item *curis intolerantibus* pro *intolerandis*, quodque *manciolis*, inquit, *tenellis* pro *manibus:* et:

Appul. Apol. p. 123. *I. G.* — *Tardigemulo*] Guelf. Torn. et edd. vett. *tardigemulo*; quod restituit Long. in locum vulg. *tardigenulo*. cf. Il. 4, 315 sqq. Virg. Aen. 5, 431.: *tarda* trementi *genua* labant. Scalig. comparat Eurip. Alcest. 924 sqq. Both. legit: *Corpore pectoreque* (s. *pectorique*, ut *furfuri* pro *furfure*; coll. Osann. Analect. crit. p. 123.). *Undique ob., ac m.* etc. Guelf. *elensa* s. *densa* pro *exsensa*. — *Vulg. enim*] Vv. *vulg. enim* om. Guelf. et edd. vett., addidit Steph. e codd. (v. Specim. Emendd. p. 112.) Deinceps cum edd. vett. dedi ἢ pro *vel*. Firmat Guelf. qui nihil nisi suum *G.* hab. — *Uberi* etc.] Steph. cum edd. vett. *pro ping. atq. ub.*; ordinem nostrum confirmant Guelf. Reg. Lugd. ut. et Pet.; *ubere* hab. Connell.

§. 5. *Dixit*] Edd. vett. *dicit*. Guelf. om. h. v.

§. 6. *Pudoricolorem*] Guelf. *pudorico colore*.

§. 7. *Forte*] Sciopp. et Guelf. *fonte*. — *Et car.*] Guelf. *et quod car.*

§. 10. *Manciolis*, etc.] Ois. legit: *manucolis, inquit, pro tenellis manibus*. A *manu* enim confinxis-

quis tam siliceo? Item *fiere*, inquit, *impendio infit*, id est, *impense fieri incipit;* quod- 11
que *accipitret* posuit pro *laceret.* His nos 12
inter viam verborum Laevianorum annotatiunculis oblectabamus; cetera enim, quae vi- 13
debantur nimium poëtica, et prosae orationis usu alieniora, praetermisimus: veluti fuit, quod de Nestore ait, *triseclisenex*, et *dulciorelo-*
quuus: item, quod de tumidis magnisque flu- 14

se videri Laevium diminutiv. *manucolus* vel *manucola.* Sciopp. adscripsit: *manicolis* Scalig. Et ita Plaut. Pseud. 5, 1. Pro *tenel.* edd. vett. et Guelf. hab. *tene illis.* Ald. *teneillis.* Scalig. comparat Eurip. Alcest. 381.: ἐπὶ τοῖςδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου. v. Both. l. l. — *Quis* etc.] Ita Steph. ex vett. codd. (Guelf.) pro *quiescam si liceo* (Connell. *siliceo*; Ald. *seliceo*); ille tamen l. l. coni. *silicio*, ut poëtae aliquem *silices* in pectore gestare dicunt. Ceterum iam Iunt. dedit: *quis tam seliceo.* — *Fiere*] Iunt. *fliere.* Guelf. *fliere gere inq. imp. inf. It. fluere inq. imp. iussit id est imp. f. inc.* (sic!). Sciopp. *liere.* Long. cum edd. vett. *fiere.* Vulg. *fuere.*

§. 11. *Laceret*] Ita Reg. Vulg. (Guelf.) *iaceret*; unde Ois. coni. *raperet*; illud tamen praeferens, ut de accipitre dicatur, qui ex alto in praedam se *iacere* soleat. *Rapiat* vel *iaciat* potius scribendum fuisse vidit I. G. Pro *accipitret* Guelf. *accipit rei.*

§. 12. *Inter*] Guelf. *interim*; mox cum edd. vett. *Naev.* — *Oblectabamus*] Reg. *oblectabamur*; quod recepit Long.

§. 13. *Et prosae*] Olim erat (Guelf.) *explosae*; Iunt. *exprosae.* Steph. nostrum dedit. Sciopp. annotavit: *ex.* Ita V. C. Ful. et Giph. (Obss. LL. p. 200.) Long. *ex pros.* — *Veluti f.* etc.] Edd. ante Iunt. *veluti quod sic de N.* Guelf. *vel. quod fuit de N. ait.* Dein edd. vett. *dulciloquuus.* Iunt. Guelf. *dulciore locus.*

§. 14. *Item, quod*] Edd. ante Iunt. (praeter Rom.) hab. *itemque* pro *item quod.* Praeposit. *de*

15 ctibus inquit *multigrumis:* et flumina gelu
16 concreta *tegmine* esse *onychino* dixit: et quae multiplica ludens composuit: quale illud est, quod vituperones suos *subductisuperciliicarptores* appellavit.

CAPUT VIII.

Quaestio, an *harena*, *coelum*, *triticum*, pluralia inveniantur: atque inibi de *quadrigis*, *inimicitiis*, nonnullis praeterea vocabulis, an singulari numero comperiantur.

1 Adolescentulus Romae priusquam Athenas concederem, quando erat a magistris auditionibusque obeundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi gratia pergebam, sermonibusque eius purissimis, bonarumque doctrinarum plenis fruebar. Nec unquam factum est, quotiens eum vidimus, loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores, doctioresque:
2 veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re, sed a Latinae tamen lin-
3 guae studio non abhorrens. Nam, cum quispiam familiaris eius, bene eruditus homo, et

om. edd. vett. omnes cum Guelf. — *Multigrumis*] Sciopp. cum Lugd. ut. *muti*; Linc. *inutigrumis*; *mutigr.* scripsit Long. Guelf. *mutigrunus.*

§. 15. *Esse*] Guelf. *et.*

§. 16. *Multiplica*] Vulg. *multiplicia*, contra codd. omnes Gron. et Guelf. Mox *illud* pro *istud* est ex edd. vett. et Guelf. — *Subductisuperciliicarptores*] Ante Steph. (v. Specim. l. l. p. 113.) tribus vocabulis disiunctis legebatur: (Guelf.) *subducti supercilii carpt.*

Cap. VIII. §. 1. *Purissimis*] Cum Reg. Long. *plurimis.*

tum poëta illustris, liberatum se esse aquae intercutis morbo diceret, quod harenis calentibus esset usus; tum alludens Fronto: Morbo quidem, inquit, cares; sed verbi vitio non cares. Caius enim Caesar, ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeii socer, a quo familia et appellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, quos ad M. Ciceronem *De Analogia* conscripsit, *harenas* vitiose dici existimat; quod *harena* nunquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque *coelum*, neque *triticum*: contra autem 4
quadrigas, etiamsi currus unus equorum quattuor iunctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat; sicut *arma*, et *moenia*, et *comitia*, et *inimicitias*: nisi quid contra ea dicis, poëtarum pulcher-

§. 3. *Et tum*] Copulam om. edd. quaedam recentt.; *tum* om. Pet., quod haud improbat I. G., quia *tum* mox repetatur. Guelf. *et tamen*. Dein ex edd. vett. et Guelf. dedi *se esse* pro vulg. *esse se*. — *Harenis*] Cf. Intpp. Suet. Aug. c. 80. — *Alludens*] *Adlud.* Reg. Lugd. ut. Pet. Sciopp. et edd. vett.; Guelf. *allud.* Vulg. *illudens*. Mox pro *sed* edd. ante Bonon. hab. *si*. Tum eaedem hab. *Cn. Caes.* omisso *enim*. Connell. *C. Caes.* omissa etiam particula *enim*. — *Existimat*] Edd. vett. *existimabat*. De re cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 375 sqq. et 476. — *Coelum*] Guelf. *in celum*.

§. 4. *Etiamsi* etc.] Guelf. *etiamsi cur. etiam unus*. — *Quattuor*] Numerum om. Reg. — *Numero*] Guelf. om. h. v. — *Arma*] Reg. *sic. circa arma*; in quo v. (*circa*) aliud quoddam nomen fortasse latet. Idem *nisi* pro *ni* dedit. Marg. Gryph. hab.: Vetus exemplar habet *Nunc quid*. Alia nonnulla habent *Tu quid*. Guelf. *et comitia inimicitias inquit contra* etc.; mox: *quod et purges*.

rime, quo et te purges, et non esse id vitium
5 demonstres? De *coelo*, inquit ille, et *tritico* non infitias eo, quin singulo semper numero dicenda sint, neque de *armis*, et *moenibus*, et *comitiis*, quin figura multitudinis perpetua
6 censeantur; videbimus autem post de *inimicitiis*, et *quadrigis*. Ac fortassean de *quadrigis* veterum auctoritati concessero; *inimicitiam* tamen, sicut *inscientiam*, et *impotentiam*, et *iniuriam*, quae ratio est, quamobrem C. Caesar vel dictam esse a veteribus, vel dicendam a nobis non putat? quando Plautus, linguae Latinae decus, *deliciam* quoque ἐνικῶς dixerit pro deliciis:

Mea, inquit, *voluptas, mea delicia.*

Inimicitiam autem Q. Ennius in iilo memoratissimo libro dixit:

Eo, inquit, *ingenio natus sum; amicitiam*
Atque inimicitiam in fronte promtam gero.

Sed enim *harenas* parum Latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit, aut dixit? Ac propterea peto, ut, si C. Caesaris liber prae ma-

§. 5. *Moenibus*] Vulg. *moeniis*; Steph. cum Reg. et Lugd. mai. *moenibus*. Deinceps Reg. *quin in f.*

§. 6. *Ac* etc.] Guelf. *At fortasse hanc de q.* — *Sicut*] Guelf. *sicuti.* — *Plautus*] Poenul. 1, 2, 152. — Ἐνικῶς] Guelf. *emptos.* — *Libro*] *Loco* cum Scriver. malebat Ois. Saturas intelligendas esse (coll. 2, 29.) censebat I. G. *Achillem* vel *Neoptolemum* tragoedias Scriver. Non. sub v. Inimicitia: *Eo ego ingenio Natus sum, am. atq. inim. in frontem promptam g.*; Voss. ad Vett. Trag. *natu'* legi maluit, ut trochaic. quadratus esset. Sciopp. annotavit *prompta.* Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. p. 72.: Eo ego ing. n. sum: am. atq. in. in frontem Promtam gero. — *Enim*] Reg. om. *enim.* Mox edd. vett. hab. *oro te, aut alius scr.* — *Prae*] Edd. ante Bonon. *pro.* —

nibus est, promi iubeas: ut, quam confidenter hoc indicat, aestimari a te possit. Tunc, pro- 7
lato libro *De Analogia* primo, verba haec ex eo pauca memoriae mandavi. Nam, cum 8
supra dixisset, neque *coelum*, neque *triticum*, neque *harenam* multitudinis significationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram, et pluris terras, et urbem, et urbes, et imperium, et imperia dicamus; neque quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque harenam multitudinis appellatione convertere possimus?* His deinde verbis lectis sibi Fronto 9
ad illum poëtam: Videturne tibi, inquit, C. Caesarem de statu verbi contra te satis aperte

Indicat] Sic Reg. (unde Lamb. *iudicat*) et Lugd. mai. Salm. coni. *edicat*. Vulg. *dicat*; referendum esse v. ad festa et sacra, quae *indicuntur*, monuit I. G.; alludere Gellium mox per voces *provoc.* et *legis*. Deinceps Guelf. *extim.*

§. 7. *Tunc*] Guelf. *eum* (tum) prò *tunc*.

§. 8. *Supra dixisset*] Steph. *cum praedix.* cum Lugd. min.; obstantibus reliquis libb. (Guelf. Reg. Torn. et edd. vett.). Dein *neque trit.* pro *triticumve* (*ve* om. Lugd. min.) dedi e Reg. Postea idem lib. dedit *ar. mult. appellatione convertere* pro: *ar. in mult. appellationem c.*; *convertere* esse declinare per suos casus annotavit I. G.

§. 9. *Sibi*] Salm. malebat *ibi*. Edd. ante Iunt. om. *sibi*. — *C. Caesarem*] Ita edd. vett. ante Iunt.; Iunt. Ald. dederunt *C. Caes.* (sic!); unde seriores effecerunt *C. Caesar*, ut vulg. (Guelf.) legebatur. Correxi cum Long. cf. 6, 5, 5. — *Satis ap.*] H. de Marn. edidit: satisque ap., satis const.; Steph. satisque ap. satisque const.; Proust. vv. *satis ap.* om. Nostra lectio exstat in codd. Gron. Sciopp. et edd. vett. (Brix. Ald. Bad. Gryph.). Linc. *apte* dat pro *aperte*, ex compendio scrib. *apte*, ut est in Guelf.

10 satisque constanter pronuntiasse? Tum permotus auctoritate libri poëta: Si a Caesare, inquit, ius provocandi foret, ego nunc ab hoc Caesaris libro provocassem. Sed quoniam ipse rationem sententiae suae reddere supersedit, nos te nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes, et in *quadriga* dicenda,
11 et in *harenis*. Tum Fronto ita respondit: *Quadrigae* semper, etsi multiiugae non sunt, multitudinis tamen tenentur numero: quoniam quattuor simul equi iuncti *quadrigae*, quasi *quadriiugae* vocantur. Neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singu-
12 laris numeri unitatem: eandemque [de arena] rationem habendam, sed in specie dispari; nam cum *harena* singulari numero dicta multitudinem tamen et copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium, indocte et inscite *harenae* dici videntur: tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed haec ego, inquit, dixi non

§. 10. *Tum*] *Tunc* est in edd. vett. et Guelf. — *Harenis*] Edd. vett. et Guelf. *arena*, s. *harena*.

§. 11. *Multiiugae*] Explicat et illustrat Scheffer. de Re Vehic. 1, 12. p. 145. *I. G.* cf. Ruddimann. I. p. 158. annot. 81. Dein *ten. num.* pro *num. ten.* est ex Guelf. et edd. vett. Tum pro *quadriiugae* edd. ante Iunt. hab. *quadriagae*, Bonon. *quadrigae*. Postea Guelf. in singulis numeri *unitate*.

§. 12. *Eandemque*] Steph. addiderat post *eandemque* vocem *ibi*, quae deest in codd. omnibus Gron. et Guelf. Delevi. Vv. *de arena* om. Steph. cum Guelf. Reg. Linc. et Pet. *Eandem quoque de arena rat. h.* est in edd. vett. — *Numero*] Reg. *in num.* — *Sit*] Guelf. *sicut*. Idem mox om. *haec*. — *Dixi*] V. *dixi* adiunxi ex edd. vett. Steph. et Guelf.

ut huius sententiae legisque fundus subscriptorque fierem; sed ut ne Caesaris, viri docti, opinionem ἀπαραμύθητον destituerem. Nam 13
cum *coelum* semper ἐνικῶς dicatur, *mare* et *terra* non semper, et *pulvis*, *ventus* et *fumus*, non semper: cur *inducias*, et *caeremonias* scriptores veteres nonnunquam singulari numero appellaverunt? *ferias*, et *nundinas*, et *inferias*, et *exsequias* nunquam? Cur *mel*, et *vinum*, atque id genus cetera multitudinis numerum capiunt? *lacte* non capiat? Quaeri, 14
inquam, ista omnia, et enucleari, et excudi ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin iis quoque ipsis, quae iam dixi, demoratus vos esse video alicui, opinor, negotio destinatos. Ite ergo nunc; et, 15
quando forte erit otium, quaerite, an *quadrigam*, et *harenas* dixerit e cohorte illa dumtaxat antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poëtarum, id est, classicus, assiduusque aliquis scriptor, non proletarius? Haec quidem 16

— *Fundus*] I. e. auctor. cf. 16, 13. *Ois.* — Ἀπαραμύθητον] I. e. confirmatione carentem, sine subsidio. *Steph.* p. 11. Al. interpretantur: sine consolatione; *solatium* poni pro *subsidio* admonuit I. G.

§. 13. *Cum*] Reg. *cur*, quasi iam inde inciperet oppositionis exaggeratio. *I. G.* — *Non semper*] Guelf. *et non s.* — *Ferias*] Cf. Ruddimann. I. p. 156. annot. 76. — *Numerum*] Ed. Bip. *et num.*; *et* nusquam conspicio. Deinceps edd. ante Iunt. cum Guelf. hab. *multitud. numer.* pro *numer. mult.* — *Lacte*] *Lacte* pro *lac* dederunt Reg. et Lugd. mai. cf. 12, 1, 17.

§. 14. *Excudi*] Vulg. *excuti*. Long. cum Torn. et edd. vett. *excudi*. Guelf. et Connell. *excludi*. — *Demoratus*] Vulg. *demoratos*; nostrum restitui ex Guelf. Iunt. Steph. et ed. a. 1651. Pro *video* tamen maluerim *videor*.

Fronto requirere nos iussit vocabula: non ea re, opinor, quod scripta esse in ullis veterum libris existimaret, sed ut nobis studium lectitandi in quaerendis rarioribus verbis exerceret.
17 Quod unum ergo rarissimum videbatur, invenimus *quadrigam* numero singulari dictam in libro *Satirarum* M. Varronis, qui inscri-
18 ptus est: *Exdemetricus*. *Harenas* autem πληθυντικῶς dictas minore studio quaerimus, quia praeter C. Caesarem, quod equidem meminerim, nemo id doctorum hominum dedit.

CAPUT IX.

Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio.

1 Adolescens e terra Asia, de equestri loco, laetae indolis, moribusque et fortuna bene ornatus, et ad rem musicam facili ingenio ac lubenti, coenam dabat amicis ac magistris, sub urbe in rusculo, celebrandae lucis annuae,

§. 16. *Ullis*] Ita Guelf. Reg. edd. vett.; Steph. cum Lugd. min. *nullis*; Ald. et Bad. *illis*; Bipont. *in nonnullis*, nescio unde. — *Rarioribus*] Guelf. om. h. v.

§. 17. *Exdemetricus*] Reg. *exdemiticus*; Salm. in eo legit: *exdemeticus*, ut exhib. Lugd. mai. Sciopp. adscripsit: F. *Rex Demetrius*; Lugd. min. *exdemetricis*.

§. 18. *Meminerim*] Reg. et Lugd. mai. *exmemin.*, quod recepit Long. An fort. legend.: quoad equidem eius memin.? cf. Ruddimann. II. p. 310. n. 25. In fine Gron. pat. *edidit*.

Cap. IX. §. 1. *Rem*] Edd. ante Iunt. om. *rem*. — *Lubenti*] Vulg. *libenti*; *lub.* Reg. et Lugd. ut. — *Rusculo*] Connell. Ascens. et Sciopp. *Tusculo*. Vv.

quam sibi principem vitae habuerat. Venerat 2
tum nobiscum ad eandem coenam Antonius
Iulianus rhetor, docendis publice iuvenibus
magister, Hispano ore, florentisque homo fa-
cundiae, et rerum literarumque veterum pe-
ritus. Is, ubi eduliis finis et poculis mox 3
sermonibusque tempus fuit, desideravit exhi-
beri, quos habere eum adolescentem sciebat,
scitissimos utriusque sexus qui canerent voce,
et qui psallerent. Ac, posteaquam introducti 4
pueri puellaeque sunt, iucundum in modum
Ἀναχρεόντεια pleraque, et Sapphica, et poëta-
rum quoque recentium idyllia quaedam *ἐρωτικὰ*
dulcia, et venusta cecinerunt. Oblectati autem 5
sumus, praeter multa alia, versiculis lepidis-

sub urbe, quae praecedunt, om. edd. vett. Guelf. et Ms. Pembroc. unde suspecta sunt. Mox Guelf. *lucis animae.* — *Sibi* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro *princip. sibi vit.*; praeterea eaedem ante Ald. hab. *habuerit.* Guelf. *habuit.* Steph. *princ. sui vitae hab.*

§. 2. *Docendis*] Guelf. *docendi*; mox *spano ore frontisque h. f.*

§. 3. *Sermonibusque*] Ita edd. vett. et omnes codd. Gron. Guelf. et Torn.; Lips. Elect. 2, 19.: *sermonibus atque.* Gryph. marg. *moxque sermonibus.* Steph. *mox serm.*, sine *que.*

§. 4. *Ac*] Guelf. *at.* — *Iucundum*] Edd. vett. *iucundumque*; quod si probare volueris, vel antea *quam* delendum fuerit, vel postea legendum: *cecinerunt, oblectati sumus*, abiecta particula *autem.* — *Idyllia* etc.] Vulg. *ἐλεγεῖα quaed. ἐρωτικὰ s. erotica cecinerunt*; Guelf. *G. quaed. erot. dulc. et ven. cec. ἐλεγεῖα* esse factitium vocabulum et recens admonuit I. G., pro quo Reg. *de se itaque quedam herotica.* Lugd. mai. *adele. ita quaedam*; unde I. G. *ἀδηλα, illaque quaedam ἐρωτικά*; Regii vero scripturam videri ducere ad: *idyllia quaedam*; quod recepit Long., qui quare vv. *dulcia et ven.* omiserit, ignoro. *Cecinerunt* hab. omnes libb. Al. *accinerunt.*

simis Anacreontis senis: quos equidem scripsi, ut interea labor hic vigiliarum et inquies suavitate paulisper vocum atque modulorum acquiesceret;

6 Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν μὲν οὐχί·
(Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;)
Ποτήριον δὲ κοῖλον
Ὅσον δύνῃ βαθύννον,
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ
Μήτ' ἄστρα μήθ' ἁμάξας,
Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα,
(Τί Πλειάδεσσι κἀμοὶ,
Τί δ' ἀστράσιν Βοώτεω;)
Ποίησον ἀμπέλους μοὶ,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους πατοῦντας

De carmine cf. Brod. ad Anthol. p. 255. quem laudavit I. G.

§. 5. *Atque* etc.] Guelf. *ac mod. acquiescet.*

§. 6. Τορεύσας] Salmas. ad Solin. p. 1044. cf. Anacr. Carm. 17. — Πανοπλίαν] Edd. vett. πανοπλίας. Ceterum in iisdem ante Ald. versus ita distincti sunt, ut ex duobus unus existeret. — Ποίει etc.] Edd. vett. et cod. Franequer. ap. Wesseling. Obss. 1, 16. p. 59. καὶ μὴ ποιεῖ κατ' αὐτό. — Μὴ etc.] Vv. μὴ στυγν. Ὠρ. om. edd. vett. et cod. Franeq., deinceps que hab. τί πλειάδων (Franeq. Πληιάδ.) μέλλει μοι, τί δ' ἀστέρος B., ut fere apud Anacr. legitur. cf. p. 86. ed. Schaef. — Καὶ χ.] Hic vers. male exciderat in edd. Gron. et Bip.; restitui cum Long. ex edd. vett. et Steph. Versum 14. om. cod. Vatic. (v. *Classical Journal*, 1811. V. 4. p. 199 sq. Fischer. ed. Anacr. 1739. p. XIII.); et pro eo habet hos versus:

Καὶ Μαινάδας τρυγώσας,
Ποίει δὲ ληνὸν οἴνου,
Ληνοβάτας πατοῦντας

Ὁμοῦ καλῷ Ἀναίῳ
Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.

Tum Graeci plusculi, qui in eo convivio erant, homines amoeni, et nostras quoque literas haud incuriose docti, Iulianum rhetorem lacessere insectarique adorti sunt, tanquam prorsus barbarum et agrestem; qui ortus terra Hispania foret, clamatorque tantum, et facundia rabida, iurgiosaque esset, eiusque linguae exercitationes doceret, quae nullas voluptates nullamque mulcedinem Veneris atque Musae haberet: saepeque eum percontabantur, quid de Anacreonte, ceterisque id genus poëtis sentiret? et ecquis nostrorum poëtarum tam fluentes carminum delicias fecisset? Nisi Catullus, inquiunt, forte pauca, et Calvus itidem pauca. Nam Laevius implicata, et Hortensius invenusta, et Cinna illepida, et Memmius dura, ac deinceps omnes rudia fecerunt, atque absona. Tum ille pro lingua patria, tanquam pro aris et focis, animo irritato indignabundus: Cedere equidem, inquit, vobis debui, ut in tali asotia atque nequitia archimimum vin- 7 8

Τοὺς Σατύρους γελῶντας,
Καὶ χρυσοὺς τοὺς ἔρωτας,
Καὶ Κυθέρην γελῶσαν.

§. 7. *Et ag.*] Guelf. om. *et.* — *Et ecquis*] Reg. et Lugd. mai. *et quis*; unde I. G. *ecquis*, quod recepit Long. Lugd. min. *sentiret et h' quis.* Guelf. *et hec quis nostrum poët.* — *Laevius*] Edd. vett. *Naevius.* cf. Osann. Analect. Critt. p. 53. Guelf. *lenius.* Idem antea om. vv. *et Calv. it. p.* — *Memmius*] Cf. Macrob. Sat. 1, 10. p. 250. Zeun.

§. 8. *Pro aris*] Guelf. *protaris.* — *Asotia*] Longol. cum edd. vett.: *ἀσωτίᾳ*, omissis vv. *atque nequitia*, quae hab. Steph. et Guelf., et nihil de his I. G. Sequens *archim.* effecit hic ex codd. *arti-*

ceretis: et sicut in voluptatibus cultus atque victus, ita in cantilenarum quoque multis
9 anteiretis. Sed ne nos, id est, nomen Latinum, tanquam profecto vastos quosdam et insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse aiunt: et audite, ac discite, nostros quoque antiquiores ante eos, quos nominastis,
10 poëtas, amasios ac Venereos fuisse. Tum resupinus, capite convelato, voce admodum quam suavi versus cecinit Valerii Aeditui, veteris poëtae, item Porcii Licinii, et Quinti Catuli, quibus mundius, venustius, limatius,

mium (ut est in Guelf.), *arcinnum* (Torn. et Sciopp.) vel *arcinum*. Olim erat *artium*, s. (edd. vett.) *artium nos*. Ois. *carminum*, quod venustum esse negat I. G. propter *tali*, in quo includatur et significetur materia ἀσωτίας et nequitiae ex praecedentibus, quae per illam vocem respiciantur. — *Multis*] Ois. *modulis*. Gryph. marg.: „In antiquo libro scriptum erat: *multis par*. Unde suspicor scriptum fuisse: *multis parasangis*."

§. 9. *Vastos*] Cum Salm. ad Solin. p. 124. Ois. *vascos*; reprobante I. G. qui laudat annotatt. patris ad Liv. 24. fin. Barbarum, agreste, rude, absonum, vastum et insubidum optima esse parallela dicit. Gryph.: *tanquam profestos quosdam et insub.* Gryph. marg. 1542. *tanq. profecto vastos q. et ins.* Guelf. *tanq. profacto v. q. et in subdos.* — *Mihi*] Guelf. *me;* mox: *pallio mihi cap.* — *Operire*] Scil. prae pudore, ut liberius diceret. v. I. G. cf. Plat. Phaedr. p. 300.: Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ, ἵνα ὅτι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον καὶ μὴ βλέπων πρός σε, ὅπ' αἰσχύνης διαπορῶμαι. Mox edd. ante Iunt. om. *in*.

§. 10. *Catuli*] Guelf. edd. Bonon. Iunt. Steph. bis *Catulli*. Reliquae edd. nostrum hab. Intellige Q. Lutatium Catulum, de quo v. Lange Vindic. etc. p. 11. not. 13. —

pressius, Graecum Latinumve nihil quidquam reperiri puto. Versus Aeditui: 11

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis:
Quid mi abs te quaeram? Verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subido mihi sudor.
Sic tacitus, subidus: duplo ideo pereo.

Atque item alios versus eiusdem addidit, non 12 hercle minus dulces, quam priores:

Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus sic, lucet pectore flamma satis.

Pressius] Reg. *persius;* Lugd. mai. *pessius;* unde Salm. et Gron. pat. *tersius.* Guelf. *presius*; tum: *reperire puto. Vers. Valerii aed.*

§. 11. *Mi*] Edd. ante Ald. et Guelf. *mihi.* Cum Scriver. Ois. *me absente querar.* Deinceps pro *verba* Long. recepit *membra* e Guelf. Reg. Mem. Chifl. Pet. Lugd. mai. Sciopp. et edd. ante Iunt., quibus accedit Franequeran. cod. ap. Burmann. Anthol. V. 1. p. 671 sq. — *Subido*] Cum Guelf. et edd. vett. Long. *subito*, ut edidit Scalig. in Catal. Vett. Poët. Praeterea edd. vett. ante Ald. et Guelf. hab. *mihi sub.* et mox *si tac.* pro *sic t.* Scal. *Si taceo subidus.* V. Ois. qui explicat: Cum libidine aestuem et tamen tacere cogar, ideo duplo pereo. cf. Scheller. sub v. *sub.* Turn. Adv. 17, 1. Scal. *duplo iterum pereo;* Reg. Guelf. et alii Mssti (etiam Franequer.): *dupli deo*, s. *dupli deo.*

§. 12. *Dulces*] Edd. ante Iunt. *dulcis.* — *Phileros*] Nomen servi. v. Burmann. Guelf. *phileres.* — *Nil* etc.] Codd. *nil* aut (Franequer. Guelf. Iunt.) *nihil est opus n.*, unde I. G. *qua est nil opus nobis.* Long. recepit: *qua nil est opu' nob.* Guelf. om. *nobis.* Deinceps: *ibim. sic* dedit Long. cum Salm. pro vulg. *ibimus, hic luc.; sic* hab. codd. Gron. Frane-

Istam non potis est vis saeva exstinguer
venti,
Aut imber coelo candidu' praecipitans?
At contra, hunc ignem Veneris, nisi s
Venus ipsa,
Nulla 'st quae possit vis alia opprimere

13 Item dixit versus Porcii Licinii hosce:

Custodes ovium, teneraeque propaginis
agnûm
Quaeritis ignem? Ite huc. Quaeritis?
Ignis homo 'st.
Si digito attigero, incendam silvam simul
omnem:
Omne pecus: flamma 'st, omnia quae
video.

quer. Guelf. et Iunt., *hic luc.* edd. vett. praeter Iunt. et Scalig. in Catalect. v. Burmann. p. 671. col. 1. — *Non*] *Non* pro *nonne* positum est; propterea *interrogationis* signum addidit I. G. Turneb. Adv. 14, 18. malebat: *nam*, quod annotaverunt etiam Sciopp. et Salm. atque praetulit Burmann. Ois. coni. *sat*, s. cum Scriver.: *omnem.* — *Si*] Al. *sit.* Edd. ante Ald. et Guelf. *nisi Ven. ipsa*, omissa partic. *si.* Ald. et Ascens. *si non V.*, quod edidit Long. v. Burmann.

§. 13. *Licinii*] Sciopp. *Licini.* — *Teneraeque*] Cf. Victor. VV. LL. 12, 11. *I.G.* Guelf. et Cod. Franeq. *vendere prop. agn.* Long. edidit *videre prop. agn.*, ut est in edd. vett., praeter Iunt. ubi est: *C. ov. tenere pr. agn.* Nostrum dedit iam Turneb. Advers. 14, 18. V. Burmann. l. l. p. 674. — *Quaeritis*] Paul. Iustus (in Specim. Observv. Critt. p. 16.) propter repetitionem, inconcinnam et supervacaneam, ut ipsi visum est, verbi *quaeritis* malebat *creditis*; quod belle certe conveniat cum paradoxo illo, quod subiiciat de igne. Toll. ad Auson. Epigr. 34. p. 28. coni.: *Custod. ovium teneraeque propaginis, ignem Quaeritis? ignem, (ite* (Guelf. *Item*) *huc) quaeritis? Ignis h. est.* Probavit Burmann. l. l. — *Si*] i. e. si levi iniuria affecero. *Victor.* v. Burmann. — *Qua*]

Q. Catuli versus illi fuerunt: 14

Aufugit mihi animus; credo, ut solet, ad Theotimum
Devenit. Sic est; perfugium illud habet.
Quid si non interdixem, ne illunc fugitivum
Mitteret ad se intro, sed magis eiiceret?
Ibimu' quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur,
Formido. Quid ago? Da Venu' consilium.

CAPUT X.

Verba haec: *praeter propter*, in usu vulgi prodita, etiam Ennii fuisse.

Memini, me quondam et Celsinum Iulium 1
Numidam ad Frontonem Cornelium, pedes

Ita etiam cod. Franeq. Al. (Torn. edd. vett. et Guelf.) *quae*; quod restituit Long.

§. 14. *Aufugit mihi*] Cf. Scalig. Epistol. 3, 245. p. 527. ed. a. 1627. Burmann. l. l. p. 670. Voss. Institt. Poëtic. 3, 11, 9. Mem. Lugd. min. et Sciopp. *offugit*; Guelf. *effug.*; *mi* pro *mihi* edidit Long. V. *credo* om. Guelf. — *Illud*] Guelf. *ille.* — *Illunc*] Long. *illuc*, ut est in Guelf. et edd. vett. praeter Iunt.; Connell. *illud.* Pro *interdix.* edd. ante Bonon. et Guelf. hab. *interdixissem.* Nostrum dedit iam Turneb. Advers. 14, 18. — *Verum*, etc.] Sciopp. *verbum ne ipsi ti ten.*; Guelf. *verbum ne imperiti teneamur*; *verbum* est in codd. omnibus et edd. ante Bonon.; *ti* in quibusdam; ut etiam *ne*. *Verum* hab. iam Bonon. et Connell. Pro *ipsi* Brix. dat *ipsui*; *ti* om. edd. praeter Rom.

Cap. X. §. 1. *Iulium Numidam*] Reg. et Lugd. mai. *Iulianum Idam*, unde I. G. nostrum effinxit. cf. c. 7. et infr.: Iulius Cels. Vulg. *Iulianum Num.*

tunc graviter aegrum, ire et visere. Atque ibi [, qui] introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi, circumundique sedentibus multis doctrina, aut genere, 2 aut fortuna nobilibus viris. Assistebant fabri aedium complures, balneis novis moliendis adhibiti; ostendebantque depictas in membranulis 3 varias species balnearum. Ex quibus cum elegisset unam formam, speciemque veris: interrogavit, quantus esset pecuniae conspectus 4 ad id totum opus absolvendum? Cumque architectus dixisset, necessaria videri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis: Et praeterpropter, inquit, alia quinquaginta. 5 Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumtu institerat, aspiciens ad eum amicum, qui dixerat, quinquaginta esse alia opus praeterpropter, quid hoc verbi esset:

— *Et visere*] Copulam e Reg. et Guelf. adiunxit Steph. Scriver. *intervisere*. Iuret. ad Symmach. Epist. 4, 15. praeferebat vulgat. Sequens *qui* om. Reg. et Lugd. mai., unde Salm. *atque ubi intr.; ibi* retinere licet, modo post *sumus* ponas maiorem, quam incisum, interpunctionem. — *Scimpodio*] Edd. ante Iunt. *symphodio*. Ald. *sympodio*. V. Cael. Rhodig. LL. Antiqq. 27, 25. Guelf. *stinpondio*.

§. 3. *Speciemque*] Ed. Brix. *spēsque;* reliquae edd. *spēmque s. speciemque*. V. *veris* om. nonnulli, ut cum Salmas. ad Hist. Aug. p. 338. Ois.; invitis libb. (Torn. Guelf. et edd. vett.) Marg. Gryph. hab. *verbis*. Lips. Elect. 1, 21. malebat: *operis*, quod recepit Steph. Lugd. min. exhib. *veneris*. Gron. pat. supplet: *faciendis*, ut opponatur pictis. Falster. haud improbabiliter coni. *veteris*; sc. *balnei*; credibile enim esse, fabros aedium veteres et novas species ostendisse. — *Conspectus*] Reg. *sumtus*, quod recepit Long.; Lugd. mai. *q. esset espectus ad.*

§. 4. *Praeterpropter*] Guelf. *praeter.*

praeterpropter, interrogavit? Atque ille ami- 6
cus: Non meum, inquit, hoc verbum est, sed multorum hominum, quos loquentis id audias. Quid autem id verbum significet, non ex me, 7
sed ex grammatico quaerendum est; ac simul digito demonstrat grammaticum, haud incelebri nomine Romae docentem, sedentem. Tum grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate motus: Quaerimus, inquit, quod 8
honore quaestionis minime dignum est. Nam 9
nescio quid hoc praenimis plebeium est, et in opificum sermonibus, quam in hominum doctorum, notius. At enim Fronto, iam voce 10
atque vultu intentiore: Itane, inquit, magister, dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur, quo et M. Cato, et M. Varro, et pleraque aetas superior, ut necessario et Latino usi sunt? Atque ibi Iulius Celsinus ad- 11
monuit, in tragoedia quoque Q. Ennii, quae *Iphigenia* inscripta est, id ipsum, de quo quaerebatur, scriptum esse, et a grammaticis contaminari magis solitum, quam enarrari. Quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Ennii 12
iubet. In eius tragoediae choro inscriptos esse hos versus legimus:

§. 5. *Opus*] Cum edd. vett. et Guelf. Long. om. v. *opus* et vv. *quid -- interrog.*

§. 7. *Demonstrat gramm.*] Guelf. *gramm. demonstrat.*

§. 9. *Quam in* etc.] Cum edd. vett. et Guelf. Long. om. vv. *in h. doct.* ita ut *quam notius* dictum fuerit *valde notum*, ut *quam plures* sunt *permulti*. V. ad 1, 7.

§. 10. *Iam*] Guelf. om. *iam.*

§. 11. *Q. Ennii*] Praenomen *Q.* addidi ex edd. vett.

Otio qui nescit uti, plus negoti habet,
Quam cum est negotium in negotio.
Nam cui, quod agat, institutum est, nullo negotio
Id agit; studet ibi; mentem atque animum delectat suum.
Otioso in otio animus nescit, quid velit.
Hoc idem est: neque domi nunc nos, nec militiae sumus,
Imus huc: illuc hinc: cum illuc ventum est, ire illuc lubet,

§. 12. *Otio* etc.] Milites cum ob maris malaciam Aulide morarentur, hunc in modum de otio conquesti videntur, quod negotio ipso molestius foret. *Voss.*, qui vers. 1. legit: plus hab. negotii. Both. Poët. Lat. Scen. V. 5. p. 51.: — — — — *Otio qui nescit utier Plus n. h., quam c.* etc. V. 3.: *nullod is negotio;* v. 4.: *agitat;* v. 5.: *otiod in otioso;* v. 6.: *Hoc hdc itidem est, neque* etc. In reliquis lectionem vulgatam retinet. — *Est*] Guelf. om. *est.* Sensus huius v. est: ubi opus, in quo laborat, multum negotii ei facessit. — *Quod*] Edd. ante Iunt. *quid.* — *Nullo* etc.] Reg. et Lugd. mai. *in illis negotium*; Mem. et Pet. *in illo negotio*; ex illis codd. I. G. effecit: *multus negotium Id agit*; notam iam esse hanc eius vocis commoditatem et efficaciam. Voss. *is nullo neg.* — *In otio*] Ante Lips. (Antiq. LL. 5, 4.) erat (edd. vett. et Guelf.): *initio.* — *Est*] Reg. *esse*, nota plurium literarum vel unius imposita postremae. Lugd. ut. Mem. *est em. neq.* Pet. *est eumque d.* Chifl. et Guelf. *est enim neq.* Sciopp. *est eni: neq.; enim* exhib. etiam edd. ante Iunt., probante I. G. qui: Hoc, ait, quod nunc nobis contingit, plane idem est, manere nempe hic, an domum redire, aut ulterius pergere; etenim ita agimus, ut neuter status nobis nunc adsit. Voss. ad Fragm. Vett. Trag. p. 33. dat: *Hoc ita est.* Dein Guelf. *neq. d. neque nos de militie s.* Etiam Sciopp. *de mil.* pro *nec m.* — *Imus* etc.] Reg.: *Im. hunc illuc hinc*; unde *illuc hinc* legend. esse pro (Guelf.) *hinc illuc*

Incerte errat animus; praeterpropter vitam vivitur.

Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: Audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse *praeterpropter*, et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? Petimus igitur, dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, qui sit notus huiusce versus sensus: 13

Incerte errat animus; praeterpropter vitam vivitur.

Et grammaticus sudans multum, ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exsurgit: et abiens: Tibi, inquit, Fronto, postea uni dicam, ne inscitiores audiant ac discant. 14

vidit I. G.; idem coni. etiam: *Im. hinc illuc*; *hinc, cum illuc v. est*; *ire illuc l.* Vulg. *ire illinc lub.*; *illuc* hab. Reg.; *illinc iubet* Sciopp. et Guelf. — *Vitam*] Salm. ad Solin. p. 879. *vita;* interdum hoc modo, interdum alio vivi; modo longius, modo propius ab hoc vel illo vivendi proposito discedi; *vitam* retinent omnes libb. I. G.: quum utraque praepositio interdum instar adverbii, interdum ex proprietate sua usurpari soleat separatim, quidni et iunctim? Sensum ita reddunt: vivimus ita, ut videamur propter quidvis potius, quam propter vitam. Scalig. de Caus. L. L. c. 157. Al.: aut eis viam rectae rationis, aut ultra fere versantur homines. *Vergier: L'on vit ainsi, embarrassé de soi même.*

§. 13. *Praeterpropter*] Guelf. *praeter.* — *Notus*] Sciopp. cum pluribus codd. *motus*; quod recepit Long. Edd. vett. et Guelf. hab. *quid sit notus* (edd. ante Iunt.) s. *motus.* Pro *huiusce* edd. ante Iunt. dant *eiusce.*

§. 14. *Inscitiores*] Reg. et Lugd. mai. *inscitores.* Gebhard. (Antiq. LL. 2, 18.) e Palat. profert: *rusticiores*, quod dat etiam Linc. Deinceps Reg.:

simis Anacreontis senis: quos equidem scripsi, ut interea labor hic vigiliarum et inquies suavitate paulisper vocum atque modulorum acquiesceret:

6 Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν μὲν οὐχί·
(Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;)
Ποτήριον δὲ κοῖλον
Ὅσον δύνῃ βάθυνον,
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ
Μήτ' ἄστρα μήθ' ἁμάξας,
Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα,
(Τί Πλειάδεσσι κἀμοί,
Τί δ' ἀστράσιν Βοώτεω;)
Ποίησον ἀμπέλους μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους πατοῦντας

De carmine cf. Brod. ad Anthol. p. 255. quem laudavit I. G.

§. 5. *Atque* etc.] Guelf. *ac mod. acquiescet.*

§. 6. Τορεύσας] Salmas. ad Solin. p. 1044. cf. Anacr. Carm. 17. — Πανοπλίαν] Edd. vett. πανοπλίας. Ceterum in iisdem ante Ald. versus ita distincti sunt, ut ex duobus unus existeret. — Ποίει etc.] Edd. vett. et cod. Franequer. ap. Wesseling. Obss. 1, 16. p. 59. καὶ μὴ ποιεῖ κατ' αὐτό. — Μὴ etc.] Vv. μὴ στυγν. Ὠρ. om. edd. vett. et cod. Franeq., deinceps que hab. τί πλειάδων (Franeq. Πληάδ.) μέλλει μοι, τί δ' ἀστέρος B., ut fere apud Anacr. legitur. cf. p. 86. ed. Schaef. — Καὶ χ.] Hic vers. male exciderat in edd. Gron. et Bip.; restitui cum Long. ex edd. vett. et Steph. Versum 14. om. cod. Vatic. (v. *Classical Journal*, 1811. V. 4. p. 199 sq. Fischer. ed. Anacr. 1739. p. XIII.); et pro eo habet hos versus:

Καὶ Μαινάδας τρυγώσας,
Ποίει δὲ ληνὸν οἴνου,
Ληνοβάτας πατοῦντας

Ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ
Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.

Tum Graeci plusculi, qui in eo convivio erant, homines amoeni, et nostras quoque literas haud incuriose docti, Iulianum rhetorem lacessere insectarique adorti sunt, tanquam prorsus barbarum et agrestem; qui ortus terra Hispania foret, clamatorque tantum, et facundia rabida, iurgiosaque esset, eiusque linguae exercitationes doceret, quae nullas voluptates nullamque mulcedinem Veneris atque Musae haberet: saepeque eum percontabantur, quid de Anacreonte, ceterisque id genus poëtis sentiret? et ecquis nostrorum poëtarum tam fluentes carminum delicias fecisset? Nisi Catullus, inquiunt, forte pauca, et Calvus itidem pauca. Nam Laevius implicata, et Hortensius invenusta, et Cinna illepida, et Memmius dura, ac deinceps omnes rudia fecerunt, atque absona. Tum ille pro lingua patria, tanquam pro aris et focis, animo irritato indignabundus: Cedere equidem, inquit, vobis debui, ut in tali asotia atque nequitia archimimum vin- 7 8

Τοὺς Σατύρους γελῶντας,
Καὶ χρυσοὺς τοὺς ἔρωτας,
Καὶ Κυθέρην γελῶσαν.

§. 7. *Et ag.*] Guelf. om. *et.* — *Et ecquis*] Reg. et Lugd. mai. *et quis*; unde I. G. *ecquis*, quod recepit Long. Lugd. min. *sentiret et h' quis.* Guelf. *et hec quis nostrum poët.* — *Laevius*] Edd. vett. *Naevius.* cf. Osann. Analect. Critt. p. 53. Guelf. *lenius.* Idem antea om. vv. *et Calv. it. p.* — *Memmius*] Cf. Macrob. Sat. 1, 10. p. 260. Zeun.

§. 8. *Pro aris*] Guelf. *protaris.* — *Asotia*] Longol. cum edd. vett.: *ἀσωτίᾳ*, omissis vv. *atque nequitia*, quae hab. Steph. et Guelf., et nihil de his I. G. Sequens *archim.* effecit hic ex codd. *arti-*

ceretis: et sicut in voluptatibus cultus atque victus, ita in cantilenarum quoque multis
9 anteiretis. Sed ne nos, id est, nomen Latinum, tanquam profecto vastos quosdam et insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse aiunt: et audite, ac discite, nostros quoque antiquiores ante eos, quos nominastis,
10 poëtas, amasios ac Venereos fuisse. Tum resupinus, capite convelato, voce admodum quam suavi versus cecinit Valerii Aeditui, veteris poëtae, item Porcii Licinii, et Quinti Catuli, quibus mundius, venustius, limatius,

mium (ut est in Guelf.), *arcinnum* (Torn. et Sciopp.) vel *arcinum*. Olim erat *artium*, s. (edd. vett.) *artium nos*. Ois. *carminum*, quod venustum esse negat I. G. propter *tali*, in quo includatur et significetur materia ἀσωτίας et nequitiae ex praecedentibus, quae per illam vocem respiciantur. — *Multis*] Ois. *modulis*. Gryph. marg.: „In antiquo libro scriptum erat: *multis par*. Unde suspicor scriptum fuisse: *multis parasangis*."

§. 9. *Vastos*] Cum Salm. ad Solin. p. 124. Ois. *vascos*; reprobante I. G. qui laudat annotatt. patris ad Liv. 24. fin. Barbarum, agreste, rude, absonum, vastum et insubidum optima esse parallela dicit. Gryph.: *tanquam profestos quosdam et insub.* Gryph. marg. 1542. *tanq. profecto vastos q. et ins.* Guelf. *tanq. profacto v. q. et in subdos.* — *Mihi*] Guelf. *me;* mox: *pallio mihi cap.* — *Operire*] Scil. prae pudore, ut liberius diceret. v. I. G. cf. Plat. Phaedr. p. 300.: Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ, ἵνα ὅτι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον καὶ μὴ βλέπων πρός σε, ὑπ' αἰσχύνης διαπορῶμαι. Mox edd. ante Iunt. om. *in*.

§. 10. *Catuli*] Guelf. edd. Bonon. Iunt. Steph. bis *Catulli*. Reliquae edd. nostrum hab. Intellige Q. Lutatium Catulum, de quo v. Lange Vindic. etc. p. 11. not. 13. —

pressius, Graecum Latinumve nihil quidquam reperiri puto. Versus Aeditui: 11

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis:
Quid mi abs te quaeram? Verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subido mihi sudor.
Sic tacitus, subidus: duplo ideo pereo.

Atque item alios versus eiusdem addidit, non 12 hercle minus dulces, quam priores:

Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus sic, lucet pectore flamma satis.

Pressius] Reg. *persius;* Lugd. mai. *pessius;* unde Salm. et Gron. pat. *tersius.* Guelf. *presius*; tum: *reperire puto. Vers. Valerii aed.*

§. 11. *Mi*] Edd. ante Ald. et Guelf. *mihi.* Cum Scriver. Ois. *me absente querar.* Deinceps pro *verba* Long. recepit *membra* e Guelf. Reg. Mem. Chifl. Pet. Lugd. mai. Sciopp. et edd. ante Iunt., quibus accedit Franequeran. cod. ap. Burmann. Anthol. V. 1. p. 671 sq. — *Subido*] Cum Guelf. et edd. vett. Long. *subito*, ut edidit Scalig. in Catal. Vett. Poët. Praeterea edd. vett. ante Ald. et Guelf. hab. *mihi sub.* et mox *si tac.* pro *sic t.* Scal. *Si taceo subidus.* V. Ois. qui explicat: Cum libidine aestuem et tamen tacere cogar, ideo duplo pereo. cf. Scheller. sub v. *sub.* Turn. Adv. 17, 1. Scal. *duplo iterum pereo;* Reg. Guelf. et alii Mssti (etiam Franequer.): *duplideo*, s. *dupli deo.*

§. 12. *Dulces*] Edd. ante Iunt. *dulcis.* — *Phileros*] Nomen servi. v. Burmann. Guelf. *phileres.* — *Nil* etc.] Codd. *nil* aut (Franequer. Guelf. Iunt.) *nihil est opus n.*, unde I. G. *qua est nil opus nobis.* Long. recepit: *qua nil est opu' nob.* Guelf. om. *nobis.* Deinceps: *ibim. sic* dedit Long. cum Salm. pro vulg. *ibimus*; *hic luc.*; *sic* hab. codd. Gron. Frane-

Istam non potis est vis saeva exstinguere venti,
Aut imber coelo candidus praecipitans?
At contra, hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nulla 'st quae possit vis alia opprimere.

13 Item dixit versus Porcii Licinii hosce:

Custodes ovium, teneraeque propaginis agnûm
Quaeritis ignem? Ite huc. Quaeritis? Ignis homo 'st.
Si digito attigero, incendam silvam simul omnem:
Omne pecus: flamma 'st, omnia qua video.

quer. Guelf. et Iunt., *hic luc.* edd. vett. praeter Iunt. et Scalig. in Catalect. v. Burmann. p. 671. col. 1. — *Non*] *Non* pro *nonne* positum est; propterea interrogationis signum addidit I. G. Turneb. Adv. 14, 18. malebat: *nam*, quod annotaverunt etiam Sciopp. et Salm. atque praetulit Burmann. Ois. coni. *sat*, s. cum Scriver.: *omnem.* — *Si*] Al. *sit.* Edd. ante Ald. et Guelf. *nisi Ven. ipsa*, omissa partic. *si.* Ald. et Ascens. *si non V.*, quod edidit Long. v. Burmann.

§. 13. *Licinii*] Sciopp. *Licini.* — *Teneraeque*] Cf. Victor. VV. LL. 12, 11. *I.G.* Guelf. et Cod. Franeq. *vendere prop. agn.* Long. edidit *videre prop. agn.*, ut est in edd. vett., praeter Iunt. ubi est: *C. ov. tenere pr. agn.* Nostrum dedit iam Turneb. Advers. 14, 18. V. Burmann. l. l. p. 674. — *Quaeritis*] Paul. Iustus (in Specim. Observv. Critt. p. 16.) propter repetitionem, inconcinnam et supervacaneam, ut ipsi visum est, verbi *quaeritis* malebat *creditis*; quod belle certe conveniat cum paradoxo illo, quod subiiciat de igne. Toll. ad Auson. Epigr. 34. p. 28. coni.: *Custod. ovium teneraeque propaginis, ignem Quaeritis? ignem, (ite* (Guelf. *Item*) *huc) quaeritis? Ignis h. est.* Probavit Burmann. l. l. — *Si*] I. e. si levi iniuria affecero. *Victor.* v. Burmann. — *Qua*]

Q. Catuli versus illi fuerunt: 14

Aufugit mihi animus; credo, ut solet, ad Theotimum
Devenit. Sic est; perfugium illud habet.
Quid si non interdixem, ne illunc fugitivum
Mitteret ad se intro, sed magis eiiceret?
Ibimu' quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur,
Formido. Quid ago? Da Venu' consilium.

CAPUT X.

Verba haec: *praeter propter*, in usu vulgi prodita, etiam Ennii fuisse.

Memini, me quondam et Celsinum Iulium 1
Numidam ad Frontonem Cornelium, pedes

Ita etiam cod. Franeq. Al. (Torn. edd. vett. et Guelf.) *quae*; quod restituit Long.

§. 14. *Aufugit mihi*] Cf. Scalig. Epistol. 3, 245. p. 527. ed. a. 1627. Burmann. l. l. p. 670. Voss. Institt. Poëtic. 3, 11, 9. Mem. Lugd. min. et Sciopp. *effugit*; Guelf. *effug.*; *mi* pro *mihi* edidit Long. V. *credo* om. Guelf. — *Illud*] Guelf. *ille*. — *Illunc*] Long. *illuc*, ut est in Guelf. et edd. vett. praeter Iunt.; Connell. *illud*. Pro *interdix.* edd. ante Bonon. et Guelf. hab. *interdixissem*. Nostrum dedit iam Turneb. Advers. 14, 18. — *Verum*, etc.] Sciopp. *verbum ne ipsi ti ten.*; Guelf. *verbum ne imperiti teneamur*; *verbum* est in codd. omnibus et edd. ante Bonon.; *ti* in quibusdam; ut etiam *ne*. *Verum* hab. iam Bonon. et Connell. Pro *ipsi* Brix. dat *ipsui*; *ti* om. edd. praeter Rom.

Cap. X. §. 1. *Iulium Numidam*] Reg. et Lugd. mai. *Iulianum Idam*, unde I. G. nostrum effinxit. cf. c. 7. et infr.: Iulius Cels. Vulg. *Iulianum Num.*

tunc graviter aegrum, ire et visere. Atque ibi [, qui] introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi, circumundique sedentibus multis doctrina, aut genere, 2 aut fortuna nobilibus viris. Assistebant fabri aedium complures, balneis novis moliendis adhibiti; ostendebantque depictas in membranulis 3 varias species balnearum. Ex quibus cum elegisset unam formam, speciemque veris: interrogavit, quantus esset pecuniae conspectus 4 ad id totum opus absolvendum? Cumque architectus dixisset, necessaria videri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis: Et praeterpropter, inquit, alia quinquaginta. 5 Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumtu instituerat, aspiciens ad eum amicum, qui dixerat, quinquaginta esse alia opus praeterpropter, quid hoc verbi esset:

— *Et visere*] Copulam e Reg. et Guelf. adiunxit Steph. Scriver. *intervisere*. Iuret. ad Symmach. Epist. 4, 15. praeferebat vulgat. Sequens *qui* om. Reg. et Lugd. mai., unde Salm. *atque ubi intr.; ibi* retinere licet, modo post *sumus* ponas maiorem, quam incisum, interpunctionem. — *Scimpodio*] Edd. ante Iunt. *symphodio*. Ald. *sympodio*. V. Cael. Rhodig. LL. Antiqq. 27, 25. Guelf. *stinpondio*.

§. 3. *Speciemque*] Ed. Brix. *spēsque;* reliquae edd. *spēmque s. speciemque*. V. *veris* om. nonnulli, ut cum Salmas. ad Hist. Aug. p. 338. Ois.; invitis libb. (Torn. Guelf. et edd. vett.) Marg. Gryph. hab. *verbis*. Lips. Elect. 1, 21. malebat: *operis*, quod recepit Steph. Lugd. min. exhib. *veneris*. Gron. pat. supplet: *faciendis*, ut opponatur pictis. Falster. haud improbabiliter coni. *veteris*; sc. *balnei*; credibile enim esse, fabros aedium veteres et novas species ostendisse. — *Conspectus*] Reg. *sumtus*, quod recepit Long.; Lugd. mai. *q. esset espectus ad.*

§. 4. *Praeterpropter*] Guelf. *praeter.*

praeterpropter, interrogavit? Atque ille ami- 6
cus: Non meum, inquit, hoc verbum est, sed
multorum hominum, quos loquentis id audias.
Quid autem id verbum significet, non ex me, 7
sed ex grammatico quaerendum est; ac simul
digito demonstrat grammaticum, haud incele-
bri nomine Romae docentem, sedentem. Tum
grammaticus usitati pervulgatique verbi ob-
scuritate motus: Quaerimus, inquit, quod 8
honore quaestionis minime dignum est. Nam 9
nescio quid hoc praenimis plebeium est, et
in opificum sermonibus, quam in hominum
doctorum, notius. At enim Fronto, iam voce 10
atque vultu intentiore: Itane, inquit, magister,
dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum
videtur, quo et M. Cato, et M. Varro, et
pleraque aetas superior, ut necessario et La-
tino usi sunt? Atque ibi Iulius Celsinus ad- 11
monuit, in tragoedia quoque Q. Ennii, quae
Iphigenia inscripta est, id ipsum, de quo
quaerebatur, scriptum esse, et a grammaticis
contaminari magis solitum, quam enarrari.
Quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Ennii 12
iubet. In eius tragoediae choro inscriptos esse
hos versus legimus:

§. 5. *Opus*] Cum edd. vett. et Guelf. Long. om. v. *opus* et vv. *quid -- interrog.*

§. 7. *Demonstrat gramm.*] Guelf. *gramm. demonstrat.*

§. 9. *Quam in* etc.] Cum edd. vett. et Guelf. Long. om. vv. *in h. doct.* ita ut *quam notius* dictum fuerit *valde notum*, ut *quam plures* sunt *permulti.* V. ad 1, 7.

§. 10. *Iam*] Guelf. om. *iam.*

§. 11. *Q. Ennii*] Praenomen *Q.* addidi ex edd. vett.

Otio qui nescit uti, plus negoti habet,
Quam cum est negotium in negotio.
Nam cui, quod agat, institutum est, nullo negotio
Id agit; studet ibi; mentem atque animum delectat suum.
Otioso in otio animus nescit, quid velit.
Hoc idem est: neque domi nunc nos, nec militiae sumus,
Imus huc: illuc hinc: cum illuc ventum est, ire illuc lubet,

§. 12. *Otio* etc.] Milites cum ob maris malaciam Aulide morarentur, hunc in modum de otio conquesti videntur, quod negotio ipso molestius foret. *Voss.*, qui vers. 1. legit: plus hab. negotii. Both. Poët. Lat. Scen. V. 5. p. 51.: — — — — *Otio qui nescit utier Plus n. h.*, *quam c.* etc. V. 3.: *nullod is negotio;* v. 4.: *agitat;* v. 5.: *otiod in otioso;* v. 6.: *Hoc hâc itidem est*, *neque* etc. In reliquis lectionem vulgatam retinet. — *Est*] Guelf. om. *est.* Sensus huius v. est: ubi opus, in quo laborat, multum negotii ei facessit. — *Quod*] Edd. ante Iunt. *quid.* — *Nullo* etc.] Reg. et Lugd. mai. *in illis negotium*; Mem. et Pet. *in illo negotio*; ex illis codd. I. G. effecit: *multus negotium Id agit*; notam iam esse hanc eius vocis commoditatem et efficaciam. Voss. *is nullo neg.* — *In otio*] Ante Lips. (Antiq. LL. 5, 4.) erat (edd. vett. et Guelf.): *initio.* — *Est*] Reg. *esse*, nota plurium literarum vel unius imposita postremae. Lugd. ut. Mem. *est em. neq.* Pet. *est eumque d.* Chifl. et Guelf. *est enim neq.* Sciopp. *est eni: neq.; enim* exhib. etiam edd. ante Iunt., probante I. G. qui: Hoc, ait, quod nunc nobis contingit, plane idem est, manere nempe hic, an domum redire, aut ulterius pergere; etenim ita agimus, ut neuter status nobis nunc adsit. Voss. ad Fragm. Vett. Trag. p. 33. dat: *Hoc ita est.* Dein Guelf. *neq. d. neque nos de militie s.* Etiam Sciopp. *de mil.* pro *nec m.* — *Imus* etc.] Reg.: *Im. hunc illuc hinc*; unde *illuc hinc* legend. esse pro (Guelf.) *hinc illuc*

Incerte errat animus; praeterpropter vitam vivitur.

Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad 13
grammaticum iam labentem: Audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse *praeterpropter*, et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? Petimus igitur, dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, qui sit notus huiusce versus sensus:

Incerte errat animus; praeterpropter vitam vivitur.

Et grammaticus sudans multum, ac rubens 14
multum, cum id plerique prolixius riderent, exsurgit: et abiens: Tibi, inquit, Fronto, postea uni dicam, ne inscitiores audiant ac discant.

vidit I. G.; idem coni. etiam: *Im. hinc illuc*; *hinc, cum illuc v. est*; *ire illuc l.* Vulg. *ire illinc lub.*; *illuc* hab. Reg.; *illinc iubet* Sciopp. et Guelf. — *Vitam*] Salm. ad Solin. p. 879. *vita;* interdum hoc modo, interdum alio vivi; modo longius, modo propius ab hoc vel illo vivendi proposito discedi; *vitam* retinent omnes libb. I. G.: quum utraque praepositio interdum instar adverbii, interdum ex proprietate sua usurpari soleat separatim, quidni et iunctim? Sensum ita reddunt: vivimus ita, ut videamur propter quidvis potius, quam propter vitam. Scalig. de Caus. L. L. c. 157. Al.: aut eis viam rectae rationis, aut ultra fere versantur homines. *Vergier: L'on vit ainsi, embarrassé de soi même.*

§. 13. *Praeterpropter*] Guelf. *praeter.* — *Notus*] Sciopp. cum pluribus codd. *motus*; quod recepit Long. Edd. vett. et Guelf. hab. *quid sit notus* (edd. ante Iunt.) s. *motus.* Pro *huiusce* edd. ante Iunt. dant *eiusce.*

§. 14. *Inscitiores*] Reg. et Lugd. mai. *inscitores.* Gebhard. (Antiq. LL. 2, 18.) e Palat. profert: *rusticiores*, quod dat etiam Linc. Deinceps Reg.:

Atque ita omnes, relicta ibi quaestione verbi, consurreximus.

CAPUT XI.

Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum iuvenis lusit, dum tragoediis contendit.

1 Celebrantur duo isti Graeci versiculi, multorumque doctorum hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi, et venustissi-
2 mae brevitatis. Neque adeo pauci sunt veteres scriptores, qui eos Platonis esse philosophi affirmant; quibus ille adolescens luserit, cum tragoediis quoque eodem tempore faciendis praeluderet:

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

aut si disc., quasi vellet: *ac sic disc.* I. G.; *aut sic d.* dedit Long. — *Quaestione verbi*] Guelf. *verbi qu.*

Cap. XI. *Ponit*] V. *ponit* ad *caput* refert I. G. Ab alio quodam, non a Gellio, hos titulos proficisci hinc argui putabat Steph.

§. 1. *Doctorum*] V. *doctor.* exstat in Guelf. edd. vett. et Steph.; restituit Long., omissum, operarum fort. vitio, in edd. Gron. et Bip.

§. 2. *Qui*] Reg. *quidem*, Lugd. mai. *quid.* An fort. legend. *qui quidem?* — *Eodem*] Lugd. mai. *eodemque.* Pet. *eodem quoque.* Guelf. Linc. *tr. eo quoque t.* De v. *prael.* v. Gron. ad Senec. Herc. fur. 222. cf. Macrob. Sat. 2, 2. qui hab. *eadem aetate.* Versus Platonis ita reddidit *Fontenelle* Gallus in Dialog. Mort. T. 1. p. 100. ed. Amstel. 1764.: *Lorsqu' Agathis par un baiser de flamme Consent à me payer des maux que j'ai sentis, Sur mes levres soudain je sens venir mon ame, Qui veut passer sur celles d'Agathis.* Cf. Diog. Laërt. 3, 32.

[Hoc distichon] amicus meus οὐκ ἄμουσος adolescens in plures versiculos licentius liberiusque vertit; qui quoniam mihi quidem visi sunt non esse memoratu indigni, subdidi: 3

Dum semihiulco savio 4
Meo puellum savior,
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite;
Animula aegra et saucia
Cucurrit ad labias miki,
Rictumque in oris pervium,
Et labra pueri mollia,
Rimata itineri transitus,
Ut transiliret, nititur.

§. 3. *Hoc distichon*] Edd. vett. et Guelf. om. vv. *Hoc dist.*; et abesse possint; atque eiecit Long. Equidem uncis seiunxi.

§. 4. *Semihiulco*] Ita scripsi secutus vestigia cod. Reg., ubi est: *idem ipse. mihi vicos avio*, et Lugd. mai. atque Torn. *dempse mihi vicos avio*, (Torn. *vico s.*) Scriv. *semihiculco suavio* dedit pro *semihulco s.* Scalig. Catalect. *basio.* Edd. vett. Gell. et Macr. *semhiulco.* Iunt. et Guelf. *semiulco.* Burmann. Anthol. Lat. V. 1. p. 668. *semihulco savio.* Sequens *meo* pro *meum* est e Reg. Vulgat. tamen firmare videtur Macr. — *Dulcemque florem*] V. Muret. ad Catull. 24. Triller. ap. Falster. p. 340. malebat: *Dulcemque rorem.* — *Animula* etc.] Scal. *Anima tunc aegra.* Scriver. *anima intus aeg.* Cum codd. Gron. et Guelf. Long. *anima aegra et s. Currit*; I. G.: interlapsa fort. litera *a* pro *Accurrit. Anima* hab. etiam Torn. edd. vett. et adscripsit Sciopp. Macr. *Anima aegra amore et saucia.* Ed. Gryph. Macr. pro *amore* hab. *tunc.* — *Rictumque* etc.] Scalig. et Scriv. *orisque rictum perv.* Burmann. coni.: *rict.que in oris parvulum.* Ed. Gryph. Macr. *Orisque rict. perv.*; alia ap. Zeun. et edd. Gell. praeter Iunt. *rictumque oris p.* — *Itineri*] Macr. *itiner*, qui est nominat. antiquus. v. Meurs. ad Macr. — *Ut*]

Tum si morae quid plusculae
Fuisset in coetu osculi;
Amoris igni percita
Transisset, et me linqueret:
Et mira prorsum res foret,
Ut ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus viverem.

CAPUT XII.

Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris, suaeque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit.

1 Herodem Atticum, consularem virum, Athenis disserentem audivi Graeca oratione, in qua fere omnis memoriae nostrae universos gravitate, atque copia, et elegantia vocum

Sciopp. *ubi.* — *Coetu*] Scal. et Scriv. cum edd. quibusdam Macr. *coïtu*; *coetu* antique esse scriptum pro *coïtu* admonuit Ois. V. Pontan. ad Macr. Pro *osculi* edd. ante Bonon. hab. *oculi*. *Coetum osc.* intellig. de mixtura animarum inter osculandum. *Pontan.* — *Linqueret*] Guelf. *relinq.* — *Prorsum* etc.] Olim legebatur: *prorsus res maneret*; Macr. *prorsus res fieret*, s. *foret*. Scriv. *forem Manente apud me m. Ad p. eunte viv.* Codd. Gron. *res moneret* (Long.) s. (Guelf. Torn.) *moveret*. Iunt. *prorsus res moveret*. Deinceps Guelf. *et* pro *ut*; tum Steph. *ad puer. at intus*, contra libb.; Macr. (ed. Gryph. et Meurs.) et Burmann. *ut intus*; al. *et int.* Ceterum in edd. ante Ald. versus ita distincti sunt, ut ex duobus unus factus sit. Correxit etiam quaedam sed infeliciter Barth. ad Claudian. p. 791. v. Burmann. p. 747. col. 1.

Cap. XII. §. 1. *Fere omnis*] Guelf. *ferme omnes*. Lugd. mai. Linc. et Iunt. etiam hab. *omnes*, unde Gron. pat. *homines*.

longe praestitit. Disseruit autem contra ἀπά- 2
θειαν Stoicorum, lacessitus a quodam Stoico, tanquam minus sapienter et parum viriliter dolorem ferret ex morte pueri, quem amaverat. In ea disser[ta]tione, quantulum memini, 3
huiuscemodi sensus est: quod nullus usquam homo, qui secundum naturam sentiret et saperet, affectionibus istis animi, quas πάθη appellabat, aegritudinis, cupiditatis, timoris, irae, voluptatis, carere et vacare totis posset, et omnino non dolere; atque, si posset etiam obniti, ut totis careret, non ex re id esse melius; quoniam langueret animus et torperet, affectionum quarundam adminiculis, ut necessario plurimum imperio, privatus. Dicebat 4
enim sensus istos motusque animi, qui cum immoderatiores sunt, vitia fiunt, innexos implicatosque esse vigoribus quibusdam mentium et alacritatibus; ac propterea, si omnino omnis 5

§. 2. *Amaverat*] Guelf. *amaverit.*

§. 3. *Dissertatione*] Edd. ante Bonon. *disertione*; Guelf. Iunt. Ald. et Steph. *dissertiones* cf. 17, 19, 2. — *Totis* etc.] Steph. aliique: *totus posset*; *atque si p.*, omissis reliquis. Codd. (Torn. Guelf.) *totius* (*totius* hab. etiam Iunt.) *posset et rhetor* (al., ut Torn. et Guelf., *et* om.) *non dolore* (Torn. et Ms. Pembroc. *dolere*). Sciopp. *totius posset rhetoris non dolere.* V. D. in Miscell. Belgg. l. supra (1, 4.) l. p. 441. locum sic corrigit: *vac. totis poss., et* ῥητῶς (i. e. ad literam, plane, stricto sensu verborum) *non dolere.* Auctorem hic videri servare ipsissima Attici verba; ut supra: quas πάθη appellabat. — *Id esse mel.*] Edd. vett. *id esse mel.* Reposui *esse* cum Long. Non tamen hab. Guelf. — *Plurimum* etc.] Sciopp. cum plerisque Gron. codd. *plurum periret* pro *plur. imp.* Torn. *plurumperiet priv.* Iunt. *plurium imp. pr.* Guelf. *plurum veniret priv.*

§. 4. *Enim*] Guelf. *eam.*

eos imperitius convellamus, periculum esse, ne eis adhaerentes, bonas quoque et utiles
6 animi indoles amittamus. Moderandos esse igitur, et scite considerateque purgandos censebat, ut ea tantum, quae aliena sunt, contraque naturam videntur, et cum pernicie agnata sunt, detrahantur; ne profecto id accidat, quod cuipiam Thraco insipienti et rudi, in agro, quem emerat, procurando, venisse
7 usu fabula est. Homo Thracus, inquit, ex ultima barbaria, ruris colendi insolens, cum in terras cultioris, humanioris vitae cupidine, commigrasset, fundum mercatus est, oleo atque vino constitutum. Qui nihil admodum super vite aut arbore colenda sciret, videt forte vicinum rubos late atque alte obortas excidentem, fraxinos ad summum prope verticem deputantem, suboles vitium e radicibus caudicum super terram fusas revellentem, stolones in pomis aut in oleis proceros atque decretos amputantem: acceditque prope, et

§. 5. *Imperitius*] Guelf. om. hoc v.

§. 6. *Videntur*] Guelf. edd. vett. et Long. *viderentur*. — *Thraco*] Edd. vett. praeter Iunt. *Thracio* et mox *Thracius*, quod restituit Long. Vulgat. firmat Guelf. — *Venisse* etc.] Guelf *venisset Usus fab. est.*

§. 7. *Barbaria*] Guelf. *barbara*; mox *humaniorisque*. — *Oleo* etc.] Edd. vett. *olea utque vite consitum*. Steph. nostrum, certe *constitut.*, cum codd. dedit; de *olea atque vite* nihil annotatum reperio. Gron. pat. coniecit: *convestitum*. Guelf. *oleo atq. vino conscitum quia nih.* etc. Idem mox om. v. *vite*. Long. cum edd. vett. edidit *qui*, *quia nihil* etc. — *Obortas*] Edd. ante Iunt. et Long. *obortos*. Guelf. *abortos excind.* cf. Ruddimann. I. p. 11. not. 60. — *Revellentem*] Guelf. *evell.* — *Decretos*] Edd. vett. *decerptos*. Codd. (Torn. et nonnulli Gron.) *decertos*,

cur tantam ligni atque frondium caedem faceret, percontatus est. Et vicinus ita respon- 8
dit: Ut ager, inquit, mundus purusque fiat, eiusque arbor atque vitis foecundior. Discedit 9
ille a vicino gratias agens, et laetus, tanquam adeptus rei rusticae disciplinam. Tum falcem ibi ac securim capit; atque ibi homo miser imperitus vites suas sibi omnis et oleas detruncat; comasque arborum laetissimas, uberrimosque vitium palmites decidit, et frutecta atque virgulta simul omnia, pomis frugibusque gignendis felicia, cum sentibus et rubis, purificandi agri gratia, convellit; mala mercede doctus audaciam, fiduciamque peccandi imitatione falsa eruditus. Sic, inquit, isti 10
apathiae sectatores, qui videri se esse tranquillos, et intrepidos, et immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus vehementioris

unde quidam *desertos*; nostrum Guelf. et Steph.; *detortos* Gron. pat.; Ois. malebat: *excretos*, i. e. enatos. Linc. *dectos*. Paul. Iustus in Specim. Observv. Critt. p. 11. coni. *duratos*. Opponi suboles vitium stolonibus; illas, utpote tenellas, manu tantum revellere agricolam; hos *duratos*, robustos, firmos falce computare.

§. 8. *Et v.*] Gron. pat. *ei*. Mox *eiusque* pro *eius* est ex edd. vett. et Steph.

§. 9. *Laetissimas*] Guelf. *lectiss.* — *Frutecta*] Loca ponuntur pro ipsis fruticibus. v. Voss. Etymol. Salm. ad Solin. c. 34. Long. edidit *fruteta*; cum Ald.; edd. vett. ante Ald. et Guelf. hab. *fructeta*.

§. 10. *Se*] Guelf. *sese*, omisso v. *esse*. — *Vehementioris*] Edd. vett. et Long. *vehementioribus*. Nostrum firmat Guelf. Dein pro *corpore* cum Lips. ad Tacit. Germ. c. 12. et Sciopp. ed. Bip. hab. *torpore*. Dein *quasi* om. Guelf.

animi officiis amputatis, in corpore ignavae et quasi enervatae vitae consenescunt.

CAPUT XIII.

Quos *pumiliones* dicimus, Graece *νάνους* appellari.

1 Stabant forte una in vestibulo Palatii fabulantes Fronto Cornelius, et Festus Postumius, et Apollinaris Sulpicius. Atque ego ibi assistens cum quibusdam aliis, sermones eorum, quos de literarum disciplinis habebant,
2 curiosius captabam. Tum Fronto Apollinari: Fac me, inquit, oro, magister, ut sim certus, an rectè supersederim *nanos* dicere, parva nimis statura homines, maluerimque eos *pumiliones* appellare? quoniam hoc scriptum esse in libris veterum memineram: *nanos* autem sordidum esse verbum et barbarum cre-
3 debam. Est quidem, inquit, hoc, Apollinaris, in consuetudine imperiti vulgi frequens, sed barbarum non est, censeturque linguae Graecae origine; *νάνους* enim Graeci vocaverunt brevi atque humili corpore homines, paulum supra terram exstantes; idque ita dixerunt, adhibita quadam ratione etymologiae cum sententia vocabuli competente; et, si memoria, inquit, mihi non labat, scriptum hoc est in comoedia Aristophanis, cui nomen est *Ἀχλαΐς*.

§. 3. *Est quid.* etc.] Ita edd. vett. et Guelf. pro vulg. ordine: *Est quid. hoc inq. Apoll.* quem profectum credo e manu Steph. h. l. ut 20, 1, 4. Ordinem tamen nostrum esse duriorem non nego. — *Vocaverunt*] Guelf. *vocavere.* — *Ἀχλαΐς*] Steph. cum Pet. *ἀχαλές.* Edd. ante Ald. *ἀχλαιὴς, i. e. minime plorans.* Brix. et Bonon. *ἀχλανὴς*, addita eadem in-

Fuisset autem verbum hoc a te civitate donatum, aut in Latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores, essetque id impendio probabilius, quam quae a Laberio ignobilia nimis et sordentia in usum linguae Latinae intromissa sunt. Tum Festus Postumius gram- 4
matico cuipiam Latino, Frontonis familiari: Docuit, inquit, nos Apollinaris, *nanos* verbum Graecum esse; tu nos doce, in quo de mulis, aut eculeis humilioribus vulgo dicitur, anne Latinum sit? et apud quem scriptum reperiatur? Atque ille grammaticus, homo sane per- 5
quam in noscendis veteribus scriptis exercitus: Si piaculum, inquit, non committitur, praesente Apollinare, quid de voce ulla Graeca Latinave sentiam, dicere, audeo tibi, Feste, quaerenti respondere, esse hoc verbum Latinum, scriptumque inveniri in poëmatis Helvii Cinnae, non ignobilis, neque indocti poëtae; versusque eius ipsos dixit, quos, quoniam memoriae mihi forte aderant, adscripsi:

terpretatione. Nostrum e Palat. protulit Gebhard. Antiqq. LL. 2, 23. Quid si nostrum ex compendio scribendi ortum dicamus ex Ἐκκλησιαζ.? Quaeritur, utrum tale quid ibi legatur; quanquam ex memoria citet Gell. s. Apollinar. In Salm. exemplari adscriptum: In Εἰρήνῃ habes *ναννοφωνὴς*; sed omnino leg. *κωκαλός*. Cf. Fabric. Bibl. Gr. V. 2. p. 368. 371. ed. Harl. — *A te* etc.] Guelf. *a te civ. a te don.* — *Laberio*] Cf. 16, 7.

§. 4. *Inquit, nos*] Guelf. *nos inquit.* Idem mox om. v. *esse*, pro quo hab. *et.*

§. 5. *Atque*] Guelf. *at.* — *Ulla*] Edd. vett. *illa.* — *Helvii* etc.] Lugd. min. *helvici inae*; Linc. *helinici videri ne non ig.* Lugd. mai. *helvicis*; Reg. *helvicii.* Possis suspicari: *Helvidii*; sed notus est C. Helvius Cinna. v. Scheller. sub v. *Cinna*; supr. c. 9. Guelf. *in poëmate heli ruine*; mox *forte mihi.* —

At nunc me Genumana per salicta
Binis rheda rapit citata nanis.

CAPUT XIV.

Contemporaneos fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium, aetatis suae doctissimos Romanos: et quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque in vulgus non exeunt.

1 Aetas M. Ciceronis et C. Caesaris praestanti facundia viros paucos habuit: doctrinarum autem multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina ha-
2 buit M. Varronem et P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum, quae per literas condidit, in propatulo

Genumana] Ita I. G. secutus codd. Reg. Lugd. mai. Mem. Pet. et Sciopp. ubi est *genumana*; Lugd. min. *genum ana*; Linc. *genummana*. Guelf. *genù mana*. In Gallica regione Gallico etiam curru utitur Poëta. Edd. vett. *genii nana*; unde Dausq. Orthogr. nova et ant. V. 2. *genuina*; Barth. Adv. 4, 20. *geniata*; Voss. Etym. *Genusina* s. *Bebiana*; Scalig. *geniana* (ad Varron. R. R. p. 246.). — *Binis*] Cum Guelf. et aliis libb. (edd. vett.) Long. *Bigis*. Pro *nanis* Guelf. (ubi post *navis* legitur *G.*) edd. vett. praeter Bonon. Connell. hab. *navis*; *mannis* legi posse existimabat Heins. ad Ovid. Trist. 2. T. 3. p. 536. Burmann.

CAP. XIV. §. 1. *Paucos*] Funcc. de Vir. Aet. L. L. P. II. p. 3. annot. *e.* cum Gron. pat. scribendum esse censuit: *non pauc.*; s. *haud p.*, per similitudinem imminutis literis. Atque sane hanc emendationem non probare non potueris, si legeris modo Vellei. Paterc. 2. 36. cf. Dial. de Corrupt. Eloq. 17, 1. et Quintil. 12, 10. — *Columina*] Edd. vett. *culmina*. Deinceps Guelf. *habuit*.

frequentique usu feruntur. Nigidianae autem 3
commentationes non perinde in vulgus exeunt;
et obscuritas subtilitasque earum, tanquam
parum utilis, derelicta est. Sicuti sunt, quae 4
paulo ante legimus in *Commentariis* eius, quos
Grammaticos inscripsit; e quibus quaedam
ad demonstrandum scripturae genus exempli
gratia sumsi. Nam, cum de natura atque 5
ordine literarum dissereret, quas grammatici
vocales appellant, verba haec scripsit, quae
reliquimus inennarrata ad exercendam legen-
tium intentionem: *A et O semper principes* 6
sunt: I et V semper subditae. E et subit
et praeit; in Euripo praeit; et subit in
Aemilio. Si quis putat, praeire V in his
verbis: Valerius, Vennonius, Volu-
sius: aut I in his: iampridem, iecur,
iocum, iucundum, errabit: quod hae lite-
rae, cum praeeunt, ne vocales quidem sunt.
Item ex eodem libro verba haec sunt: *Inter* 7
literam N et G est alia vis: ut in nomine
anguis, et angaria, et ancorae, et in-
crepat, et incurrit, et ingenuus; in

§. 3. *Subtilitasque*] Sciopp. *sublimitasque*. Deinceps pro *tanq.* Steph. dederat *tandem*, invitis libb.

§. 4. *E quibus*] Edd. ante Ald. et Guelf. *e quib.* pro *ex q.* Iunt. *Et quib.*

§. 6. *Principes*] In diphthongis. cf. Schneid. Gramm. Lat. 1, 1. p. 49 sqq. Mox pro *subit* edd. vett. praeter Connell. hab. *subdit*, hic et mox. Pro *Euripus* in edd. vett. est *Eurippus*. Ante sequens *subit* adiunxi *et* ex edd. vett. (Rom. hab. *E.*) — *Valerius*, etc.] Edd. vett. ante Iunt. *Valeri, Vennoni, Volusi.* — *Praeeunt*] Guelf. *praeerint.*

§. 7. *Angaria*] Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. *angari* (ab *angarus*), quod recepit Long. V. Scheller. sub v. *Angaria*. De re cf. Schneid. l. l. p. 316 sqq.

omnibus enim his non verum N, sed adulterinum ponitur. Nam N non esse, lingua indicio est; nam si ea litera esset, lingua
8 *palatum tangeret.* Alio deinde in loco ita scriptum: *Graecos non tantae inscitiae arcesso, qui Ov ex O et Y scripserunt, quantae, qui EI ex E et I; illud enim inopia fecerunt; hoc nulla re subacti.*

§. 8. *Ita*] Pro *ita* in edd. vett. exstat *est*. Fortasse utroque conjuncto leg. *ita est script.* — *Graecos*] Cf. Rutgers. VV. LL. 3, 16. p. 239. Reines. VV. LL. 3, 7. p. 473. *Gron.* Add. Schneid. Gramm. Lat. 1, 1. p. 85 sq. — *Non tantae*] Reg. *notatae.* — Ov] Ita Long. Vulg. *Ou.* Guelf. ϑ. Idem mox cum Reg. om. *quantae.* Edd. vett.: *ov ex* o *et* u (Iunt. Ald. *y*) et mox: *ει* (edd. inde a Venet. 1509. Connell. *ei*) *ex* e *et* i. cf. Schneid. l. l. 2, 1. p. 66 sq.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER VIGESIMUS.

CAPUT I.

Disceptatio Sex. Caecilii iureconsulti et Favorini philosophi de legibus duodecim tabularum.

Sextus Caecilius, in disciplina iuris, atque in 1
legibus populi Romani noscendis interpretandisque, scientia, usu, auctoritateque illustri fuit. Ad eum forte in area Palatina, cum sa- 2
lutationem Caesaris opperiremur, philosophus Favorinus accessit, collocutusque est, nobis multisque aliis praesentibus. In illis tunc 3
eorum sermonibus orta mentio est legum Decemviralium, quas Decemviri, eius rei gratia a populo creati, composuerunt, inque duo-

LIB. XX. CAP. I. §. 1. *In*] Praepos. *in* repetita est e Reg. et Lugd. mai. —. *Scientia* etc.] Guelf. et Steph. *scientia usus auct.*

§. 3. *Eorum*] Connell. om. *eorum*. — *Composuerunt* etc.] Steph. *comp. in d. tab.*; omissis vv. *que*

4 decim Tabulas conscripserunt. Eas leges cum Sex. Caecilius, inquisitis exploratisque multarum urbium legibus, eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptas diceret: Sit, inquit, hoc, Favorinus, in pleraque earum legum parte, ita uti dicis; non enim minus cupide Tabulas istas duodecim legi, quam illos decem libros Platonis *De Legibus*. Sed quaedam istic esse animadvertuntur aut obscurissima, aut dura; aut lenia contra nimis et remissa; aut nequaquam ita, ut scriptum est,
5 consistentia. Obscuritates, inquit Sex. Caecilius, non assignemus culpae scribentium, sed insci[en]tiae non assequentium. Quanquam ii quoque ipsi, qui, quae scripta sunt, minus
6 percipiunt, culpa vacant. Nam longa aetas

et *conscrips.* Copula *que* carent etiam Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Linc. et Torn. Lamb. in marg. ad v. *inque* adscripsit: c: *et in*; quod ex cod. Reg. videtur excerptum; idque probabat I. G.

§. 4. *Sit*, etc.] Steph. *S. hoc inq. F.*, contra libb. Codd. nonnulli Gron. et Guelf. pro *sit* dant *sed*; edd. vett. *sic.* Bonon. Ald. hab. *sit.* V. 19, 13, 3. — *Decem*] Falster. *duodecim.* — *Esse*] Edd. vett. om. *esse.* — *Obscurissima*, etc.] Ita Steph. Sed edd. vett. *obs. aut levia: contra dura nim.*; codd. Gron. et Guelf. *obs. aut levia contra nimis;* omisso v. *dura.* Recepit Long. I. G.: Est molestum in ista Stephanica digestione, quod *obscurissima* dicantur in superlativo, quum de his mox vel minimum sequatur, et longe amplius disceptetur de aliis qualitatibus, quae in positivo dictae sunt. Leg. *obscura aut durissima aut lenia contra nimis.* Scil. quum versus finivisset in *obscu-*, et hinc sequens debuisset incipere *ra aut durissima*, septem primores literae praetermissae fuerint, et *durissima* interciderint. Ita fere I. G.

§. 5. *Inscientiae*] Edd. vett. et Guelf. *inscitiae.* cf. 1, 15, 16.

verba atque mores veteres obliteravit, quibus verbis moribusque sententia legum comprehensa est. Trecentesimo quoque anno post Romam conditam Tabulae compositae scriptaeque sunt; a quo tempore ad hunc diem anni esse non longe minus septingenti videntur. Dure autem scriptum esse in istis legibus quid 7
existimari potest? Nisi duram esse legem putas, quae iudicem arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est, capite punitur: aut quae furem manifestum ei, cui furtum factum est, in servitutem tradit; nocturnum autem furem iure occidendi tribuit. Dic enim, quaeso, dic, 8
vir sapientiae studiosissime, an tu aut iudicis illius perfidiam contra omnia [iura] divina at-

§. 6. *Atque mores*] Guelf. *moresque.* — *Quoque*] Edd. vett. *namque;* Ois. *quippe;* nostrum dedit Steph. cum Reg. Lugd. ut. Mem. Chifl. Pet. Linc. Guelf. Gron. adscripsit: *IIIoque* Gr. — *Septingenti*] *Sexcenti* malebat Ois. propter aetatem Gellii; opposuit I. G.: videtur Gell. praetulisse rotundum centenarium, illis qui excedunt annis non numeratis.

§. 7. *Quid*] Edd. ante Iunt. *qui.* Guelf. *quod.* — *Dicendam*] Hotomann. ad XII. tabb. Sciopp. et Gron. *iudicandam,* haud improbante I. G. coll. simili errore 19, 8. (?) ubi *dicat* pro *indicat* edebatur. Marcil. ad XII. tabb. *disceptandam.* — *Punitur*] Edd. ante Iunt. *poenit?*, s. (Brix.) *ponit?*, quod vides ortum ex *poenit˜*, i. e. *poenitur.* Guelf. *punitur.* cf. Zumpt. Gramm. lat. p. 190. — *Iure occ.*] Lugd. min. *ius occidenti; iure occ.* pro vulg. *ius occidendi* (Connell. *occidi*) dederunt Reg. et Lugd. mai. Intellig. cum iure oc. (*mit dem Rechte*).

§. 8. *Dic, v.*] Guelf. om. *dic.* — *An tu aut*] Ita edd. vett. Vulg. *an aut* omisso pronomine *tu.* — *Iura*] V. *iura* om. iidem codd. (Reg. et Lugd. mai.), qui mox *sua* pro *suum* dant; quod recepit Long. —

que humana iusiurandum suum pecunia vendentis, aut furis manifesti intolerandam audaciam, aut nocturni grassatoris insidiosam violentiam, non dignam esse capitis poenae exi-
9 stimes? Noli, inquit Favorinus, ex me quaerere, quid ego existimem. Scis enim, solitum esse me pro disciplina sectae, quam colo, in-
10 quirere potius, quam decernere. Sed non levis existimator, neque aspernabilis est populus Romanus, cui delicta quidem isthaec vindicanda, poenae tamen huiuscemodi nimis durae esse visae sunt; passus est enim leges istas de tam immodico supplicio, situ atque
11 senio emori; sicut illud quoque, inhumaniter scriptum, improbitavit: quod, si homo in ius vocatus, morbo aut aetate aeger, ad ingrediendum invalidus est, arcera non sternitur: sed ipse aufertur, et iumento imponitur, atque ex domo sua ad Praetorem in Comitium nova funeris facie effertur. Quam enim ob causam morbo affectus, et ad respondendum pro sese non idoneus, iumento adhaerens in ius ad-

Poenae] Vulg. *poena*. Guelf. et edd. ante Iunt. praeter Connell. *poene* (i. e. *poenae*). cf. Ruddimann. II. p. 108. Deinceps eaedem edd. hab. *existimas*.

§. 9. *Sectae*] Academicae. v. 11, 5.

§. 10. *Existimator*] Edd. vett. et Long. hab. *aestimator*. — *Huiuscemodi*] Edd. Venet. Bonon. Iunt. Ald. Gryph. Steph. aliique *huiusmodi*, contra reliquos libb. (Guelf. Reg. Lugd. ut. Mem. Chifl. Torn. Sciopp. edd. Rom. et Brix.). Dein ordinem vv. vulgat. *passus enim est* cum Long. correxi ex edd. vett. cf. Ruddimann. I. p. 322. — *Supplicio*] Edd. ante Iunt. *iudicio*.

§. 11. *Inhumaniter*] Vulg. *non hum.*; Reg. *inhum.* Idem cum Lugd. mai. *improbit.* dedit pro *improbavit*. — *Pro sese*] Sciopp. *proesse*. Guelf. *per sese*.

versario deportatur? Quod vero dixi, videri 12
quaedam esse impendio molliora: nonne tibi
quoque videtur nimis esse dilutum, quod ita
de iniuria punienda scriptum est: SI. INIU-
RIAM. ALTERI. FAXIT. VIGINTI. QUINQUE.
AERIS. POENAE. SUNTO. Quis enim erit
tam inops, quem ab iniuriae faciendae libi-
dine viginti quinque asses deterreant? Itaque 13
cum eam legem Q. quoque Labeo vester in
libris, quos ad duodecim Tabulas conscripsit,
non probaret [: Quidam], inquit, Lucius Ve-
ratius fuit [,] egregie homo improbus atque
immani vecordia. Is pro delectamento habe-
bat, os hominis liberi manus suae palma ver-
berare. Eum servus sequebatur, ferens cru-
menam plenam assium: et, quemcunque de-
palmaverat, numerari statim secundum duo-

§. 12. *Nimis*] Edd. vett. om. *nimis*. Delevit Long. — *SI* etc.] Edd. vett. Guelf. et Torn. *Si iniuria alteri faxit; vig.* etc. Marg. Gryph. 1542. *iniuriam*. Vulg. *si ini. faxit alteri*, ordinem vv. cum Long. mutavi. Pro *sunto* Guelf. *sumpto*. — *Iniuriae* etc.] Edd. vett. *ab iniuriae faciendae*, sine v. *libidine;* hinc Gryph. cum Ascens. *ab iniuria facienda*; correxit Steph. e vett. libb. cum Pithoeo. Accedit Guelf.

§. 13. *Quoque L.*] Ita edd. vett. pro *Q. Lab. quoque*. — *Quidam*] *Quidam* om. Long. cum Guelf. Torn. et edd. vett. Dein Long. cum edd. vett. *Nerat.*; nostram scripturam hab. Guelf. — *Ferens* etc.] Ita Reg. Lugd. mai. Torn. Vulg. *crum. pl. ass. portitans*. In aliis (ut etiam in Guelf.) neutrum partic. exstat. Nescio unde Long. duplex particip. habeat: *fer. crum., plen. as. portitans*. Ceterum servos pecuniam ferre solitos esse adscripsit quidam in Salmas. exempl., laudato Casaub. ad Appul. Apolog. 155. Deinceps cum Reg. et Lugd. mai. Long. *ut quemque d.*; *ut* hab. etiam Torn. —

decim Tabulas quinque et viginti asses iubebat. Propterea, inquit, Praetores postea hanc abolescere et relinqui censuerunt, iniuriisque aestimandis recuperatores se daturos edixerunt.
14 Nonnulla autem in istis legibus nec consistere quidem, sicuti dixi, visa sunt, velut illa lex talionis: cuius verba, nisi memoria me fallit, haec sunt: SI. MEMBRUM. RUPIT. NI. CUM.
15 EO. PACIT. TALIO. ESTO. Praeter enim ulciscendi acerbitatem ne procedere quoque executio iustae talionis potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quaero, an efficere possit rumpendi pariter membri aequilibrium? In qua re primum ea difficultas est
16 inexplicabilis. Quid si quis membrum, inquit, alteri imprudens ruperit? Quod enim imprudentia factum est, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus et consultus non eadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quonam igitur modo imprudentem poterit

Quinque etc.] Steph. contra libb. *viginti et quinque.*

§. 14. *Sicuti*] Edd. ante Iunt. et Guelf. *sicut.* V. 12, 13, 9. — *NI* etc.] Turneb. Adv. 29, 33. *ni pagit* (s. *ni pagunt*), *tal. e.*; edd. vett. Guelf. et Torn. *meum* (Torn. *ni cum*) *e pacto tal.* cf. Fest. sub v. *Talionis.*

§. 15. *Iustae*] Vulg. *iusta*; *iustae* exstat in Guelf. Reg. Lugd. ut. Pet. Linc. et Steph.; *iuste* adscripsit Scipp. cf. Ruddimann. I. p. 17. annot. 92.

§. 16. *Quid* etc.] Long. cum edd. vett. *Quin* (Connell. *Quid*) *si membr.* omisso pronom. *quis.* Guelf. *quis in membrum inq.* Dein Guelf. edd. vett. et Long. *alter* pro *alteri.* — *Imprudentia*] Reg. *imprudentia.* Vulg. *per imprudentiam*, ex sqq. fortasse ortum. — *Similitudinem*] Guelf. *similitudine.* Idem statim om. v. *modo*; postea pro *ius* dat *illius.*

imitari, qui in exsequenda talione non licentiae ius habet, sed imprudentiae? Sed et si 17
prudens ruperit, nequaquam patietur aut altius se laedi, aut latius. Quod cuiusmodi libra atque mensura caveri possit, non reperio. Quin etiam, si quid plus erit, aliterve com- 18
missum, res fiet ridiculae atrocitatis, ut contraria actio mutuae talionis oriatur, et adolescat infinita quaedam reciprocatio talionum. Nam de immanitate illa secandi partiendique 19
humani corporis, si unus ob pecuniam debitam iudicatus addictusque sit pluribus, non libet meminisse; et piget dicere. Quid enim videri potest efferatius, quid ab hominis ingenio diversius, quam quod membra et artus inopis debitoris brevissimo laniatu distrahebantur, sicut nunc bona venum distrahuntur? Tum Sex. Caecilius amplexus utráque manu 20
Favorinum: Tu es, inquit, unus profecto in nostra memoria non Graiae modo, sed Ro-

§. 17. *Non reperio*] Guelf. om. vv. *non rep.*

§. 18. *Fiet*] Guelf. *siet* habere videtur.

§. 19. *Iudicatus*] Edd. vett. et Long. *adiudicatus*; Iunt. Ald. *adiiudicatus*. Probaverim *diiudic.*, sed cf. §. 44. Deinceps Guelf. *additusq.* De sensu legis XII. tabular. de *secando corpore* (v. §. 49.) quam fuerunt qui non proprie intelligendam esse censerent, v. quae pluribus disputata sunt a V. D. *Y* in *Classical Journal* 1811. V. 4. p. 504 sqq. — *Brevissimo*] Salm. coni. *ferissimo*; al. *saevissimo*. Nostrum tuetur Falster. p. 341.; sectionem corporis debitoris in brevissimas sive exiguas partes earumque inter plures divisionem significari. Deinceps *distrahantur* pro *distraheb.* hab. edd. vett.

§. 20. *Graiae*] Guelf. *grave*. Lugd. mai. *gratiae*; Reg. *grece*. Fort. scrib. *graecae*. Deinceps *sed R. quoque rei* dedi cum iisdem libb. et Torn.; Steph. cum Guelf. Lugd. min. Pet. et Lino. om. v. *quoque*.

manae quoque rei peritissimus. Quis enim philosophorum disciplinae suae leges tam scite atque docte callet, quam leges tu nostras De-
21 cemviralis percalluisti? Sed, quaeso tecum tamen, degrediare paulisper e curriculis istis disputationum vestrarum Academicis, omissoque studio, quidquid libitum est, arguendi, tuendique, consideres gravius, cuimodi sint ea,
22 quae reprehendisti. Nec ideo contemnas Legum istarum antiquitates, quod plerisque ipsis iam populus Romanus uti desiverit. Non enim profecto igneras legum opportunitates et medelas, pro temporum moribus et pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum praesentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari atque flecti: neque uno statu consistere, quin, ut facies coeli et maris, ita rerum atque fortunae tem-
23 pestatibus varientur. Quid salubrius visum est rogatione illa Stolonis iugerum de numero praefinito? Quid utilius plebiscito Voconio de coërcendis mulierum hereditatibus? Quid tam necessarium existimatum est propulsandae civium luxuriae, quam lex Licinia, et Fannia, aliaeque item leges sumtuariae? Omnia tamen

Ante Steph. erat: *sed et R. rei p.* Guelf. tantum: *sed rom. rei.*

§. 21. *Tecum* etc.] Ante Lips. (Elect. 1, 21.) erat (Guelf.): *te, cum tamen degr.*; *tecum* pro *te* positum. V. Ruddimann. II. p. 371. annot. 10. Dein *digred.* edd. vett. — *Cuimodi*] Edd. vett. et Guelf. *cuiusmodi.* 12, 2, 2.

§. 22. *Generibus*] Guelf. om. hoc v. et mox v. *est.*

§. 23. *Visum*] Guelf. om. hoc v. — *Existimatum*] Edd. ante Iunt. *aestimatum.* — *Fannia*] Guelf. *Favonia*; mox *operata* pro *operta.*

haec obliterata et operta sunt civitatis opulentia quasi quibusdam fluctibus exaestuantis. Sed cur tibi esse visa est inhumana lex omnium, mea quidem sententia, humanissima, quae iumentum dari iubet aegro aut seni in ius vocato? Verba sunt haec de lege: SI. IN. IUS. VOCAT: SI. MORBUS. AEVITAS. VE. VITIUM. ESCIT. QUI. IN. IUS. VOCABIT. IUMENTUM. DATO. SI. NOLET. ARCERAM. NE. STERNITO. An tu forte morbum appellari hic putas aegrotationem gravem cum febri rapida et quercera, iumentumque dici pecus aliquod unicum tergo vehens? Ac propterea minus fuisse humanum existimas, aegrotum, domi suae cubantem, iumento impositum in ius rapi? Hoc, mi Favorine, nequaquam ita est. Nam *morbus* in lege ista non febriculo-

24 25 26 27

§. 24. *Lex*] Edd. vett. et Long. om. v. *lex*; hab. tamen Guelf.

§. 25. *Verba* etc.] Cum Reg. et Lugd. mai. Long. dedit: *Verba sunt haec legis Si in ius vocato. Verba sunt haec de lege Si in ius vocat: Si morbus* etc. Illud *vocato* posterius exstitisse putabat I. G. apposita litera o pro *etc.* vel *&c.* aut simili. Quid priora illa *Verba -- vocato* sibi velint, non video. Nonnullis veterum in more fuisse, cum e XII. tabulis legis alicuius caput aliquod referrent, legis principium praemittere, observavit Gothofred. ad Legg. XII. Tabb. 1. quem laudavit Ois., cuius v. annotat. Pro *vocat si* Gryph. marg. hab. *vocato*. — *ESCIT.*] Al. *esit*, pro *erit*. *Ois.* Edd. vett. *extit*; Connell. *extitit*; Iunt. Ald. *esset*. Guelf *estit*. — *NOLET.*] Scil. *actor*. *Ois.* refellens Raevardum, *si volet arceram* legere volentem. Sequens *ne* om. Guelf.

§. 26. *Quercera*] Edd. ante Iunt. praeter Connell. *quertera*. — *Ac*] Guelf. *At*.

§. 27. *Nimium*] Nonnullae edd. recentt. *nimis*, contra libb.

sus, neque nimium gravis, sed vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiae demonstratur; non periculum vitae ostenditur. Ceteroqui morbum vehementiorem, vim graviter nocendi habentem, legum istarum scriptores alio in loco, non per se morbum, sed *morbum*
28 *sonticum* appellant. *Iumentum* quoque non id solum significat, quod nunc dicitur; sed vectabulum etiam, quod a iunctis pecoribus trahebatur; veteres enim nostri *iumentum* a
29 *iungendo* dixerunt. *Arcera* autem vocabatur plaustrum tectum undique et munitum, quasi arca quaedam magna, vestimentis instrata, qua nimis aegri aut senes portari cubantes so-
30 lebant. Quaenam tibi igitur acerbitas esse visa est, quod in ius vocato paupertino homini, vel inopi, qui aut pedibus forte aegris esset, aut quo alio casu ingredi non quiret, plaustrum esse dandum censuerunt? Neque insterni tamen delicate arceram iusserunt,

§. 28. *A iunctis*] Vulg. *adiunct.* sine *a.* Reg. et Lugd. mai. simplex *iunctis* pro *adiunct.* dederunt. I. G. malebat *a iunctis*; quod video exstare in edd. ante Iunt. Recepi. Praeterea I. G. e Regii: *iunctis temporibus pectorib.* coni.: *iunctis temoni pecorib.* Dein *enim* accessit ex edd. vett. — *Iumentum*] V. Non. sub v. *Ium.* I, 269.

§. 29. *Arcera*] Non. sub v. *Arcera*, I, 270. Sciopp.: imo *Arcerra* pro *arcella*, quod est diminutiv. ex *arcula*. v. Fest. Deinceps Guelf. *vocatur.* Dein Reg. *plaustr.* pro *plostr.* V. mox. — *Aegri*] V. Scheffer. de Re Veh. 1, 18. p. 268 sq.

§. 30. *Igitur*] Guelf. om. *igitur.* — *Paupertino*] Edd. vett. *pauperrimo*, contra codd. Et appositus est positivus *inopi.* cf. Steph. Specim. Emendd. p. 136. — *Plaustrum*] Ita cum omnibus libb. Gron. Steph. pro *plostrum* Guelf. et edd. vett. Mox pro *insterni* edd. ante Iunt. hab. *instrui.* —

quoniam satis esset invalido cuicuimodi vectabulum. Atque id fecerunt, ne causatio ista aegri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus, iurisque actiones declinantibus. Sed enim ipsum vide. Iniurias fa- 31
ctas quinque et viginti assibus sanxerunt. Non omnino omnis, mi Favorine, iniurias aere isto pauco diluerunt: tametsi [et] haec ipsa paucitas assium grave pondus aeris fuit; nam librariis assibus in ea tempestate populus usus est. Sed iniurias atrocioris, ut de osse fracto, 32
non liberis modo, verum etiam servis factas impensiore damno vindicaverunt; quibusdam 33
autem iniuriis talionem quoque apposuerunt; quam quidem tu talionem, vir optime, iniquius paulo insectatus es; ac ne consistere quidem dixisti, lepida quadam sollertia verborum; quoniam talioni par non sit talio, neque rumpi membrum facile possit ad alterius ru-

Cuicuimodi] Sic Carrio (Steph.), probante I. G., etsi eius codd. tantum *cuimodi* haberent. Edd. vett. etiam *cuimodi*. Bonon. *huiusmodi*. v. ad 2, 8, 6. Long. cum Ald. et Guelf. edidit: *cuius modi*. Deinceps *vectaculum* est in edd. vett. et Guelf. — *Fidem detr.*] Ois. *forum*. Edd. ante Iunt. *fide tractantibus*.

§. 31. *Iniurias*] Sciopp. voci *iniur.* praescripsit *in*. Iunt. Ald. et Gryph. hab. *vide quod in iniur.* Edd. vett. *vide quod iniur.* Chifl. *ipsum mihi iniur.*, Linc. *ipsum mihi inde iniur.*; unde I. G.: *ipsum mihi vide. Ini.*, quod recepit Long. Vulgatum tuetur Guelf. Pric. ad Appul. Miles. 11. p. 703.: *sed enim id ips.* — *Et h.*] Edd. vett. et Guelf. om. *et.* — *Grave* etc.] Reg. et Lugd. mai. *gravitandus eres* aut *aeres*. — *In ea temp.*] Reg. *in eam tempestatem*.

§. 33. *Apposuerunt*] Quaedam edd. recentt *oppos.* contra libb.; Mem. et Pet. *impos.* reliqui *app.* vel *adpos.* — *Ad* etc.] Lugd. ut. et Iunt. *id*; Guelf. *Id*; Reg. *dalterius ruptae aeq.*; *ruptae* hab. etiam

34 pturae, ut ais tu, aequilibrium. Verum est, mi Favorine, talionem parissimam fieri difficillime; sed Decemviri minuere atque exstinguere volentes huiuscemodi violentiam pulsandi atque laedendi talione, eo quoque metu coërcendos esse homines putaverunt: neque eius, qui membrum alteri rupisset, et pacisci tamen de talione redimenda nollet; tantam esse habendam rationem arbitrati sunt, ut, an prudens imprudensve rupisset, spectandum putarent; aut talionem in eo vel ad amussim aequipararent, vel in librili perpenderent: sed potius eundem animum, eundemque impetum in eadem parte corporis rumpendi, non eundem quoque casum exigi voluerunt, quoniam modus voluntatis praestari posset, casus ictus
35 non posset. Quod si ita est, ut dico, et ut ipse aequitatis habitus demonstrat; taliones illae tuae reciprocae argutiores profecto, quam
36 veriores fuerunt. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus poenae putas: quae, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? Praesertim cum ha-

Lugd. ut. aliique; recepit Long. Gron. malebat: *in alterius rupti.*

§. 34. *Parissimam*] Cf. Mercer. ad Non. p. 109. Ruddimann. I. p. 175. Edd. vett. et Steph. cum Lugd. min. Pet. et Mem. *rarissimum*; cf. Ruddimann. I. p. 17. annot. 92. *rarissime* Reg. et Lugd. mai.; *gratissimum* Guelf. Chifl. et Linc. — *Talione*] V. *talione* cum Long. ex Guelf. Torn. et edd. vett. praeter Iunt. restitui. — *Praestari p.*] Guelf. et edd. vett. ante Ald. *praestare.* Bonon. *praestari possit.* Guelf. post *casus* hab. hanc lineolam: / ut ad antecedd. illud v. *cas.* referendum videatur.

§. 35. *Et ut ipse*] Ita Guelf. et edd. vett. pro vulg. ordine: *ut et ipse.*

beas facultatem paciscendi; et non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris. Quod 37
edictum autem praetorium de aestimandis iniuriis probabilius esse his potest? Nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad aestimationem iudicis redigi necessario solitam. Nam si reus, qui depecisci noluerat, iudici 38
talionem imperanti non parebat, aestimata lite iudex hominem pecuniae damnabat; atque ita, si reo et pactio gravis, et acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniae mulctam redibat. Restat, ut ei, quod de sectione 39
partitioneque corporis immanissimum esse tibi visum est, respondeam. Omnibus quidem virtutum generibus exercendis colendisque populus Romanus e parva origine ad tantae amplitudinis instar emicuit; sed omnium maxime atque praecipne fidem coluit, sanctamque habuit tam privatim, quam publice. Sic con- 40
sules clarissimos viros hostibus confirmandae fidei publicae causa dedit. Sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi, quam pro-

§. 37. *Autem*] Guelf. *aut*; mox *extimand.* et sic mox et §. 38. — *Esse* etc.] *Esse his pot.* edd. vett.; pronom. om. Steph. Codd. omnes Gron. et Guelf.: *esse ex his nolo;* unde I. G. *probabilius, ecce, est his? Nolo* etc. *ex iis* annotatum est ex cod. Torn. Fort. legend. *probabilius esse credis?* Long. edidit: *prob. esse ex his potest.* Equidem interim tantum *his* restitui.

§. 38. *Depecisci*] Ita Lugd. ut. et Pet.; Reg. *depisci.* Vulg. (Guelf.) *depacisci.*

§. 39. *Restat, ut*] Haec vv. *Restat ut* usque ad illa in fine huius cap. *caute vivendi disciplina est* desunt in Reg. et Lugd. mai. — *Partitioneque*] Edd. ante Iunt. *partioneque.* Connell. *pactioneque.*

§. 40. *Haberi*] V. *haberi* om. Steph. hab. edd.

pinquos, tuendumque esse contra cognates censuit. Neque peius ullum facinus existimatum est, quam si cui probaretur, clientem
41 divisui habuisse. Hanc autem fidem maiores nostri non modo in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt; maximeque in pecuniae mutuaticae usu atque commercio; adimi enim putaverunt subsidium hoc inopiae temporariae, quo communis omnium vita indiget, si perfidia debitorum sine
42 gravi poena eluderet. Confessi igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirendae pecuniae causa, quam dissolverent:
43 eosque dies Decemviri *iustos* appellaverunt, velut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessatio-

vett. Torn. et Guelf. — *Peius*] Edd. vett. *prius*; *peius* cum Iunt. Bad. Steph. Pet. Linc. Guelf.; *poetus* Lugd. min.; unde Gron. *poenius*, probante I. G., comparans compositum *impune*. Deinceps Long. *aestimatum est*; quod hab. edd. vett. praeter Iunt. — *Cui*] Marg. Gryph. *quis*, quod praeferebat Rittershus. comment. in XII. Tabb. c. 12. Suspicabar legend. esse *si qui*, quod nunc video a Steph. iam editum. — *Divisui*] Edd. vett. inde ab Ald. *derisui*; nostrum est in codd. Gron. et Guelf. I. G. conferri iubet Torrent. ad Horat. Od. 2, 18, 25.

§. 41. *Mutuaticae*] Steph. Specim. Emendd. p. 191 sq. malebat: *mutuaticiae*. — *Omnium*] Edd. vett. praeter Iunt. *hominum*. Dein Rittersh. l. l. malebat *cluderet* pro *elud.*

§. 42. *Confessi*] Ed. Rom. et Guelf. *confessis*. Dein Guelf. etiam: *debitis*.

§. 43. *Iustitium*] Salmas. de Mod. Usur. c. 18. et ad marg. h. l. volebat: *iustidium* ex vetustissimo, ut ait, libro. Mem. et Chifl. *iustitium* exhib. Pet. *iusticium*, ut hab. edd. vett.; *iuditium* Lugd. min., *institutum* Guelf. — *Eos*] Salm. et Marcil. ad XII.

nem: quibus diebus nihil cum iis agi iure posset: post deinde, nisi dissolverent, ad Praetorem vocabantur: et ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur, nervo quoque aut compedibus vinciebantur. Sic enim sunt, opinor, verba legis: AERIS. CONFESSI. REBUS. Q. IURE. IUDICATIS. TRIGINTA. DIES. IUSTI. SUNTO. POST. DEINDE. MANUS. INIECTIO. ESTO. IN. IUS, DUCITO. NI. IUDICATUM, FACIT. AUT. QUIS. ENDO. EM. IURE. VINDICIT. SECUM. DUCITO. VINCITO. AUT. NERVO. AUT. COMPEDIBUS. QUINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AUT. SI. VOLET. MA- 44 45

tabb. p. 68.: *reos*, quod recepit Ois., reprobante I. G. — *Nihil* etc.] Guelf. alio ordine: *agi cum his nihil iure p.*

§. 44. *Dissolverent*] Edd. vett. praeter Connell. *dissolverant.* — *Addicebantur*] Ois. *adduceb.* v. I. G. Deinceps ille cum Salm. l. l. legit: *nervoque aut;* v. quae opposuit I. G. Sane, ait, ipsa verba legis non imperant, ut vinciatur, sed permittunt, ut et liceat abducere et liceat vincire, si ita velit; sed non, ut non liceat mitius consulere.

§. 45. *AERIS.* etc.] *Aer. c. debitique iure iud.* Ois. Al. legunt: *Aer. conf. debitique iud.* cf. 15, 13. Mox Guelf. *sumpto* pro *sunto.* — *POST.* etc.] Lugd. min. *pede inde.* Sciopp.: V. C. *pedeinde* f. *postidea indu manus iactio.* — *QUIS.* etc.] Ita Salm. correxit. Vulg. *qui* (Steph. *quis*) *endo eo in iure*; edd. vett. *qui pseudo* (Rom. *seudo*) *eo in iure;* codd. *quis endo* s. *qui sendo.* Marcil. *quips endo.* Hotomann. *quis pro eo endo iure vindex sit. Endo em iure* est pro: *eum in iure*; transpositione sollemni XII. tabulis. Salmas. *vindicet* etiam scripsit; sed praecedit *dicit.* Edd. vett. hab. *vim dicit*; Bonon. *vindicat.* Petav. *vindicit* dat. Fuit qui legeret *vindex est.* In aliis codd. postrema syllaba per notam scribitur. Linc. *iure uni dicet.* Guelf. om. vv. *quis — nervo.* — *NE. M.* etc.] Al. (ut Sciopp.) *ne maiore, aut si v.,*

IORE. VINCITO. SI. VOLET. SUO. VIVITO. NI. SUO. VIVIT. QUI. EM. VINCTUM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. ENDO. DIES. DATO.
46 SI. VOLET. PLUS. DATO. Erat autem ius interea paciscendi; ac, nisi pacti forent, ha-
47 bebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies, trinis nundinis continuis, ad Praetorem in Comitium producebantur, quantaeque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. Tertiis autem nundinis capite poenas dabant, aut
48 trans Tiberim peregre venum ibant. Sed eam capitis poenam sanciendae, sicuti dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu, novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti
49 sibi hominis permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes invidiam me

minore v.; v. Ois.; Salm. *ne maioribus, aut, si volet, minoribus vinc.* vel: *ne maiore, aut si voles, min.*; nam ad compedes pondus referendum, non ad nervum. Ed. Rom. *aut si nolet: suo invito, si vol.* etc. reliquae edd. *aut si nolet* (Iunt. Ald. *volet*) *suo vivito.* Guelf. *si vol. suo invito in suo vivit.* — *EM.*] Edd. vett. et Guelf. *eum.* — *LIBRAS.*] Raevard. *libram;* Forner. Select. 1, 6. *libra s. libram S.* i. e. selibram, s. libram semis. v. Ois. Deinceps *farri* hab. edd. ante Iunt. *endo* restituit I. G. cum Torn. Turn. l. l. Scriv. et Sciopp. pro *in.* Linc. *lib. farciendo dies;* Guelf. Lugd. min. et Chifl. *l. feriendo d.* Mem. et Pet. *ferriendo. In dies* est *in dies singulos.* Ois. Vv. *si vol. pl. dato* om. Guelf.

§. 47. *Nundinis*] V. Putean. de *Nundinis* Rom. c. 3. 11. *I. G.* — *Praedicabatur*] Guelf. *praedicabantur.* — *Trans*] Cf. Turn. Adv. 24, 43.

§. 48. *Sicuti*] Vulg. *sicut*; nostrum hab. edd. vett. et Guelf. 12, 13, 9. — *Partiri*] Hoc v. om. Guelf.

istam forte formidare: TERTIIS. inquit, NUNDINIS. PARTIS. SECANTO. SI. PLUS. MINUS. VE. SECUERUNT. SE. FRAUDE. ESTO. Nihil profecto immitius, nihil immanius: nisi, ut re ipsa apparet, eo consilio tanta immanitas poenae denuntiata est, ne ad eam unquam perveniretur. Addici namque nunc et vinciri multos videmus, quia vinculorum poenam deterrimi homines contemnunt. Dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi, neque audivi; quoniam saevitia ista poenae contemni non quita est. An putas, Favorine, si non illa etiam ex duodecim Tabulis de testimoniis falsis poena abolevisset: et si nunc quoque, ut antea, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio deiiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus? Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii, bene atque caute vivendi disciplina est. Historia de Metto Fufetio Albano nobis quoque, non admodum numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota non est. Qui, quoniam pactum atque condictum cum rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis evinctus in diversa nitentibus laceratus est; novum atque asperum supplicium, quis

50 51 52 53 54

§. 50. *Pervenirentur*] A creditoribus scil. v. I. G. Iunt. *nunquam perv.*

§. 53. *Abolevisset*] Guelf. *adolevit.*

§. 54. *Metto*] *Metto* pro *Metio* dederunt Reg. Lugd. ut. Mem. Pet. *Meto* adscripsit Sciopp. et hab. Iunt. cf. Schneid. Gramm. lat. 1, 2. p. 446. V. quos laudavit Long. Liv. 1, 27. 28. Valer. Max. 7, 4, 1. alios. — *Non* etc.] Guelf. *non modo admod.*; mox: *liberos lactantib.*; tum: *quoniam qui* pro: *qui quon.* — *Poëta*] Virgil. Aen. 8, 643.

negat? Sed, quid elegantissimus Poëta dicat? vide:

— *At tu dictis, Albane, maneres.*

Haec taliaque alia ubi Sex. Caecilius, omnibus, qui aderant, ipso quoque Favorino approbante atque laudante, disseruit, nuntiatum est, Caesarem iam salutari: et separati sumus.

CAPUT II.

Vocabulum *sitìcinum* in M. Catonis oratione quid significet.

1 *Siticines* scriptum est in oratione M. Catonis, quae [in]scribitur *Ne imperium sit veteri, ubi novus venerit. Siticines*, inquit, 2 *et liticines, et tubicines.* Sed Caesellius Vin- in *Commentariis Lectionum Antiquarum* scire quidem se, ait, *liticines* lituo cantare, et *tubicines* tuba: quid istuc autem sit, quod *siticines* cantant, homo ingenuae veritatis scire 3 sese negat. Nos autem in Capitonis Attei

§. 55. *Haec* etc.] Long. cum edd. vett. et Guelf. *haec atque alia.* cf. 1, 3, 29. Deinceps Guelf. *ibi;* ita ut post *dissèruit* maiori interpunctione distinguendum sit.

Cap. II. *Siticinum*] Cf. Kirchmann. de re fun. Rom. 2, 4. p. 135. Non. Marcell. sub h. v.

§. 1. *Inscribitur*] Mssti tantum *scribitur. I. G.* Etiam Guelf. — *Et tub.*] Guelf. om. vv. *et tub.*

§. 2. *Caesellius*] Guelf. *Cecilius.* — *Liticines lituo*] Idem: *Sitic. situo.* — *Quod* etc.] I. e. cur siticines referantur inter cantores. *I. G.* Vulg. inde a Steph. ex emendatione Magii (Miscell. 1, 13.) legebatur: *quo sit. cantent*, contra libb. omnes. Gryph. 1539. *quod sit. cantent.* v. I. G. Guelf. *quid s. cantant;* mox *se* pro *sese.*

Coniectaneis invenimus, *siticines* appellatos, qui *apud sitos canere* soliti essent, hoc est, vita functos et sepultos: eosque habuisse proprium genus tubae, qua canerent, a ceterorum tubicinum [proprietate] differens.

CAPUT III.

Quam ob causam L. Attius poëta in pragmaticis, *sicinnistas* nebuloso nomine esse, dixerit.

Quos *sicinistas* vulgus dicit, qui rectius 1
locuti sunt, *sicinnistas*, litera *N* gemina, dixerunt. *Sicinnium* enim genus veteris salta- 2
tionis fuit. Saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum L. 3
Attius poëta in *Pragmaticis*, appellarique *sicinnistas* ait *nebuloso nomine*: credo propter-

§. 3. *Functos* etc.] Edd. ante Iunt. *vit. f.*, *et finitos et sep.* Elmenh. in Indice Appul. sub v. *Definire* ex cod. Bremensi laudat: *hoc est*, *finitos et sep.*; nostrum hab. codd. Gron. Guelf. *invita functos et finitos et sep.* — *Qua* etc.] Ita edd. vett. cum codd. Gron. et Guelf.; nisi quod hi (praeter Guelf.) om. v. *propriet.* Torn. om. etiam *tubic.* Steph. ediderat tantum: *tubae*, *a ceterorum differens.* Amare Gellium interdum adfluere admonuit I. G.

Cap. III. Hoc cap. ante Steph. (etiam in cod. Torn. et Guelf.) cum praecedenti cohaerebat, ita ut lemma huius cap. cum antecedente cap. 2. post *significet* legeretur. Bonon. et Guelf. hab. *et quam ob c.*; in ind. cap. Bon. om. *et.* Pro *pragm.* Guelf. et edd. vett. hab. *grammaticis*; sed in ipso cap. hab. *pragm.* Correxit Ald. h. l. edens *prag.* sed in ind. capp. hab. etiam *grammaticis.* De re v. quos laudavit I. G. Meurs. Orchestra, Reines. VV. LL. 1, 23. Voss. Etym. sub v. *Sic.* et Institutt. Poët. 2, 28.

ea *nebuloso*, quod *sicinnium* cur diceretur, [ei] obscurum esset.

CAPUT IV.

Artificum scenicorum studium amoremque inhonestum probrosumque esse: et super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

1 Comoedos quispiam, et tragoedos, et tibicines dives adolescens, Tauri philosophi discipulus, liberos homines in deliciis, atque in 2 delectamentis habebat. Id genus autem artifices Graece appellantur *Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον* 3 *τεχνῖται*. Eum adolescentem Taurus a sodalitatibus, convictuque hominum scenicorum abducere volens, misit ei verba haec ex Aristotelis libro exscripta, qui *Προβλήματα ἐγκύκλια* inscriptus est, iussitque, ut ea quotidie lecti- 4 taret: *Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσιν; Ἢ ὅτι ἥκιστα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι; διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας αὐτῶν τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι· καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἰσὶν, ὅτε δὲ ἐν ἀπορίαις· ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά.*

§. 3. *Ei*] Edd. vett. et Guelf. om. *ei*. Delevit Long.

Cap. IV. *Scenicorum*] Cf. Lange Vindiciae p. 29. not. 40. Iusti Specim. Obss. Critt. c. 1.

§. 1. *In delect.*] Guelf. *in delicament.*

§. 2. *Graece* etc.] Guelf. *graeci appellant omni G.*

§. 3. *Haec* etc.] Guelf. *hec Aristoteles libro scripta quae G.* reliquis huius cap. omissis. — *Ut*] Edd. ante Iunt. *uti.*

§. 4. Ἢ] Edd. vett. om. ἤ. — Αὐτῶν] Eaedem om. *αὐτῶν*; Iunt. Ald. etiam sequens τό. — Ὅτι] Eaedem praeter Bonon. hab. *ὅτε*.

CAPUT V.

Exempla epistolarum Alexandri regis et Aristotelis philosophi ita uti sunt edita: eaque in linguam Latinam versa.

Commentationum suarum artiumque, quas 1
discipulis tradebat Aristoteles philosophus, regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. Alia erant, quae nominabat ἐξωτερικὰ, alia, quae appellabat ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ di- 2
cebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatemque argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροατικὰ autem voca- 3
bantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur; quaeque ad naturae contemplationes, disceptationesve dialecticas pertinebant. Huic disciplinae, quam dixi ἀκροα- 4
τικὴν, tempus exercendae dabat in Lycio matutinum: nec ad eam quenquam temere admittebat, nisi quorum ante ingenium, et eruditionis elementa, atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas vero exo- 5

Cap. V. §. 1. Ἐξωτερικὰ] Sciopp.: Ἐσωτερικά. Clemens Alex. 5, 237. Cf. Salmas. ad Epictet. et Simplic. p. 228. Themist. 1, 9. has epistolas etiam exhibet. V. *S. Croix*, *Examen des Histor. d'Alex.* p. 198 sqq. ed. II. — Ἀκροατικά] Edd. vett. hic et in seqq. semper ἀκροαματ., ut apud Plutarch. Vit. Alex. c. 7. etiam legitur.

§. 2. *Facultatemque*] Vulg. *facultatem*; *que* accessit e Reg. et Lugd. mai. et Torn. De re cf. Cic. de Fin. 5, 5. Aristot. Reip. 3, 6. 7, 1.

§. 4. *Admittebat*] Steph. cum Mem. Chifl. Lugd. ut. Pet. Linc. Guelf. *mittebat*; compositum exstat in Reg. et edd. vett. Mox pro *stud.* Guelf. *sardium.*

§. 5. *Exotericas* etc.] Latine hoc v. iam hic

tericas auditiones, exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat, easque vulgo iuvenibus sine delectu praebebat; atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat, illum alterum supra ἑωθινόν; utroque enim tempore ambu-
6 lans disserebat περιπατῶν. Libros quoque suos, earum omnium rerum commentarios, seorsum divisit, ut alii Exoterici dicerentur, partim
7 Acroatici. Acroaticos cum in vulgus ab eo editos rex Alexander cognovisset, atque ea tempestate armis exercitam omnem prope Asiam teneret, regemque ipsum Darium proeliis et victoriis urgeret, in illis tamen tantis negotiis literas ad Aristotelem misit, non eum recte fecisse, quod disciplinas acroaticas, quibus ab

scriptum hab. codd. Gron. et Guelf., ut in sqq. Vulg. ἐξωτερικάς. Vv. *auditiones exerc.que dic.* addidit Steph. cum Guelf. Reg. Lugd. ut. et Pet.; atque exstant iam in edd. vett. ante Ald. — *Delectu*] Iunt. *dilectu.* Guelf. *dilecta.* Deinceps *dabat* pro (Guelf.) *praebebat* hab. edd. vett. Hoc fort. dedit quidam, quia supra (§. 4.) legitur iam *dabat.* — Περιπατῶν] Ita Iunt.; vulg. verb. Graecum omissum erat; sed edd. ante Iunt. hab. περίπατον *i. e. deambulationem;* ita ut fere sic scribendum fuerit: ἑωθινὸν (*utroq. enim t. amb. dis.*) περίπατον. Quod tamen paulo durius mihi videtur; neque opus erat repetitione v. περίπατον.

§. 6. *Lib. quoq.*] *Libros quoque* pro vulg. *librosque* dederunt Reg. Lugd. mai. et Torn. — *Exoterici*] Longol. cum edd. vett. ἐξωτερικοὶ, mox ἀκροατικοί. Edd. vett. ἀκροαματ.

§. 7. *Acroaticos*] Pro *Acroaticos* (quod om. Guelf.) edd. vett. dant *Quos.* Illud ab interprete quodam adscriptum intrusum esse videtur. — *Exercitam*] Edd. vett. *exercituque.* Guelf. *exercitum coëm* (communem) *pr. A.* Litera *c* etiam *que* indicare videtur. — *Acroaticas*] Latine hoc v. profert Reg. et

eo ipse eruditus foret, libris foras editis invulgasset: *Nam qua*, inquit, *alia re praestare ceteris poterimus, si ea, quae ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? Quippe ego doctrina anteire malim, quam copiis atque opulentiis.* Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: *Acroaticos libros, quos editos quereris, et non perinde ut arcana absconditos, neque editos scito esse, neque non editos; quoniam iis solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt.* Exempla utrarumque literarum, sumta ex Andronici philosophi libro subdidi. Amavi autem prorsus in utriusque epistola brevitatis elegantissimae filum tenuissimum. 8 9 10

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. 11

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροατικοὺς τῶν λόγων· τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ, καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. — Ἐρρῶσο.

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. 12

Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων, οἰόμενος

Guelf. Al. codd. *agroaticas, agro atticas.* Steph. ἀκροατικάς. Edd. vett. ἀκροαματ.

§. 8. *Communia?* etc.] Guelf. *coram quippe ergo.*

§. 9. *Rescripsit*] Guelf. *Rescripsitque.* Idem mox om. *non.* cf. Plut. l. l. — *Editos*] Sciopp. annotavit: *adytos.* — *Qui* etc.] Guelf. om. vv. *qui nos audiunt.*

§. 10. *Utrarumque literar.*] Guelf. *literar. utrar.* — *Subdidi* etc.] Reg. Mem. Chifl. Lugd. ut. Linc. Guelf. *subdidi an aut. prorsus* vel *prosus.* Pet. *subdidi anau prors.*; unde Gron. *amavi enim pr.*

§. 11. Ἀκροατικοὺς] Edd. vett. et Plut. ἀκροαματ.

δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις· ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους, καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. — Ἔρρωσο.

13 Hoc ego verbum: ξυνετοὶ γάρ εἰσιν quaerens uno itidem verbo dicere, aliud non repperi, quam quod est scriptum a M. Catone in sexta *Origine: Itaque ego*, inquit, *cognobiliorem cognitionem esse arbitror.*

CAPUT VI.

Quaesitum atque tractatum, utrum siet rectius dicere: *habeo curam vestri*, an *vestrum.*

1 Percontabar Apollinarem Sulpicium, cum eum Romae adolescentulus sectarer, qua ratione diceretur: *habeo curam vestri*, aut *misereor vestri?* et iste casus *vestri* eo in loco 2 quem videretur habere casum rectum? Is hic mihi ita respondit: Quaeris, inquit, ex me, quod mihi quoque est iamdiu in perpetua quaestione; videtur enim non *vestri* oportere dici, sed *vestrum:* sicut Graeci loquuntur: ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν, καὶ κήδομαι ὑμῶν, quo in loco ὑμῶν aptius *vestrum* dicitur, quam *vestri*, et habet casum nominandi *vos:* quem tu rectum

§. 12. Καὶ ἐκδεδ.] Edd. vett. καὶ δεδομ. (Rom. διδομ.); Bonon., omisso καὶ, hab. ἐκδοδ.

Cap. VI. *Siet*] Reg. et Lugd. min. *siet* dederunt pro *sit*. Lugd. mai. *verum etsi rectius*; ubi literae transpositae videntur. De re cf. Ruddimann. II. p. 47. not. 18. et p. 51. not. 25. Zumpt. Gramm. lat. p. 324.

§. 2. *Is hic*] Edd. vett. *isthic*; Long. cum Connell. Iunt. Ald. *istic*. Guelf. *Is mihi* sine *hic*. — *Quo in loco*] Guelf. *in quo loco*. — *Vos*] Edd. vett. Guelf. Torn. om. *vos*; delevit Long.

appellasti. Invenio tamen, inquit, non paucis 3
in locis *nostri* atque *vestri* dictum; non *nostrum* aut *vestrum*. L. Sulla, *Rerum gestarum* libro secundo: *Quo si fieri potest, ut etiam nunc nostri vobis in mentem veniat: nosque magis dignos creditis, quibus civibus, quam hostibus, utamini; quique pro vobis potius, quam contra vos pugnemus: neque nostro, neque maiorum nostrorum merito nobis id continget.* Terentius in *Phormione:* 4

Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet poenitet.

Afranius in *Togata:* 5

Nescio qui nostri miseritus tandem deus.

Et Laberius in Necromantia: 6

Dum diutius retinetur, nostri oblitus est.

Dubium porro, inquit, non est, quin eodem 7
haec omnia casu dicantur: *nostri oblitus est,*

§. 3. *Quo si*] Guelf. edd. vett. Steph. ed. a. 1651. et Long. *Quo si*, quod intellig. positum pro *quod si, si igitur;* nisi forte *quod si* legend. Nescio in edd. recentt. unde venerit quod vulgabatur: *Quaeso si.* Recte fere *Vergier: S'il peut se faire que vous vous souveniez maintenant de nous que vous nous croyiez* etc. (*credatis?*) — *Vobis*] Guelf. *nobis.* — *Nosque*] Edd. ante Iunt. *nos*, omissa particula *que.* Ex antecedd. intellig. *quod si nos.* — *Contingel*] Ex edd. vett. Steph. et Guelf. *continget* restitui in locum vulgati *contingit*, quod video etiam ap. Long.

§. 4. *Phormione*] 1, 3, 20. — *Ita*] Guelf. *Itaque.*

§. 6. *Necromantia*] Ita edd. vett. et Guelf. pro *Necyomant.* cf. 16, 7, 12. — *Retinetur*] Ita scripsi cum Lugd. min. Mem. Pet. Sciopp. pro *detin.* Reg. et Lugd. mai. h. l. manci sunt. Guelf. *tenetur detinetur.*

§. 7. *Miseritus*] Guelf. *misertus;* Steph. h. l.

nostri miseritus est, quo dicitur: *mei poeni-*
8 *tet, mei miseritus est, mei oblitus est. Mei* autem casus interrogandi est, quem genitivum grammatici vocant, et ab eo declinatur, quod est *ego;* huius deinde plurativum est *nos. Tui* aeque declinatur ab eo, quod est *tu;* hu-
9 ius itidem plurativum est *vos.* Sic namque Plautus declinavit in *Pseudolo* in hisce versibus:

Si ex te tacente fieri possem certior,
Here, quae miseriae te tam misere macerent;
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi, exin tis respondendi mihi.

Mei enim Plautus hoc in loco non ab eo dixit, quod est *meus;* sed ab eo, quod est *ego.*

miserit.; sed mox *misertus.* — *Mei poenitet*] Edd. ante Iunt., omissis vv. *mei poenit.*, hunc vv. ordinem exhib.: *mei obl. est, mei mis. est.* quo modo rectius haec conveniunt cum praecedentibus *nostri oblitus est* etc.

§. 8. *Huius itidem*] Vv. *hui. it.* om. Guelf.

§. 9. *Declinavit*] Reg. *declinatur.* Guelf. *Pl. in pseud. declinavit.* V. Plaut. Pseud. init. — *Here*] V. *Here* in nonnullis edd. (etiam Steph.) versui praecedenti adiunctum est. Correxit Steph. Specim. Emendd. p. 128. — *Parsissem*] Edd. ante Bonon. *parcissem.* — *Te rogandi*] Reg. et Lugd. mai. *terrog.* Guelf. *et rog.* Deinceps vulg. legebatur: *et tui r.* Steph. edidit: *et tis.* (cf. Voss. de Anal. 4, 4.) Sciopp. adscripsit: *tui; et tuitis* hab. Guelf. et codd. Gron. praeter Reg. et Lugd. mai., quorum ille: *et in tis respondendim ibi in enim*; hic: *z uitis respondendum ib im. N Plaut.* I. G. in Plauto Ms. legit: *et tu r.*; ipse nostram lectionem dedit; idem monet, eum, qui scripturus sit *tis*, videri modo ante scripturum etiam *mis* non *mei.*

Itaque si dicere velis *patrem mei* pro *patrem* 10
meum, quo Graeci modo τὸν πατέρα μοῦ dicunt, inusitate quidem, sed recte profecto, eaque ratione dices, qua Plautus dixit *labori mei* pro *labori meo*. Haec autem ipsa ratio 11
est in numero plurativo; qua Gracchus *misereri vestrum* dixit, et qua M. Cicero *contentio vestrum*, et *contentio[ne] nostrum* dixit; quaque item ratione Quadrigarius in *Annali* undevicesimo verba haec posuit: *C. Mari, ecquando te nostrum et reipublicae miserebitur?* Cur igitur Terentius *poenitet nostri*, [et] non *nostrum*, et Afranius *nostri miseritus est*, non *nostrum*? Nihil hercle, inquit, 12
mihi de ista re in mentem venit, nisi auctoritas quaedam vetustatis non nimis anxie, neque superstitiose loquentis. Nam sicuti multifariam scriptum est *vestrorum* pro *vestrum*; ut in Plauti *Mostellaria* in hoc versu:

Verum illud esse maxuma pars vestrorum intellegit,

cum vellet *maxima pars* dicere *vestrum*: ita

§. 11. *Misereri*] Edd. ante Iunt. *miserere*. Sequens *dixit* restitui cum Long. ex Guelf. edd. vett. et Steph., quanquam supervacaneum dici possit. Mox enim repetitur verbum. Sed in Gellio talia ferenda. Guelf. omittit vv. *et qua -- dixit*. — *Contentione*] Cum edd. vett. (praeter Iunt.) Steph. *contentio*. — *In A.*] Guelf. *est* pro *in*, mox *Marii et quando*. — *Et n.*] Ed. Rom. et Guelf. om. *et*. — *Est*] Edd. ante Iunt. om. *est*. Fort. scribend. *et non*, siquidem antea recte editur *et non nostr.*; de qua re dubito.

§. 12. *Mostellaria*] 1, 3, 123. — *Illud*] Edd. vett. et Guelf. *illic*; Iunt. Ald. *illuc*. Dein *maxuma* pro *maxima* est ex edd. ante Bonon. *Intelligit* hab. Steph. cum edd. ante Iunt. Guelf. *intelliget*, omisso v. *pars*. —

nonnunquam *vestri* quoque dictum est pro
13 *vestrum*. Sed procul dubio qui rectissime lo-
qui volet, *vestrum* potius dixerit, quam *ve-*
14 *stri*. Et idcirco importunissime, inquit, fece-
runt, qui in plerisque Sallustii exemplaribus
scripturam istam sincerissimam corruperunt.
Nam cum ita in *Catilina* scriptum esset: *Sae-*
pe maiores vestrûm miseriti plebis Romanae:
vestrum obleverunt, et *vestri* superscripserunt.
Ex quo in pluris libros mendae istius indoles
15 manavit. Haec memini mihi Apollinarem di-
cere, eaque tunc ipsa, ita ut dicta fuerant,
notavi.

CAPUT VII.

Quam diversae Graecorum sententiae super numero Niobae filiorum.

1 Mira et prope adeo ridicula diversitas fa-
bulae apud Graecos poëtas deprehenditur super
2 numero Niobae filiorum. Nam Homerus pue-
ros puellasque eius [bis] senos dicit fuisse,

Nonnunquam] Guelf. *nunquam*. — *Pro*] Vulg. *pro* om., addidit Long. e Reg. et Lugd. mai. qui exhib. *pro vestro*.

§. 14. *Sallustii*] Catil. c. 33. Cf. Perizon. Animadvv. histt. c. 10. p. 447 sq. ed. Amstel. — *Saepe*] Guelf. *et s.* — *Vestrûm*] Intellig. *Senatorum*. Periz. Guelf. hab. bis *nostrum*. Deinceps Guelf. edd. vett. praeter Iunt. et Long. *miserti*. Tum *abolever.* pro *obl.* hab. eaedem. Gryph. marg. *oblev.* Tum Guelf. *subscr.* — *Manavit*] Eaedem edd. *inolevit*.

§. 15. *Memini* etc.] Guelf. *meminimus Appoll.*

Cap. VII. *Quam*] Hoc lemma ignorat Guelf., et cap. cum seq. coniunctum legitur.

§. 2. *Homerus*] Il. 24, 602 sqq. — *Bis*] Edd. vett. et Guelf. om. *bis*. Deinceps Guelf. hab. *fuisse*

Euripides bis septenos, Sappho bis novenos, Bacchylides et Pindarus bis denos; quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.

CAPUT VIII.

De iis, quae habere *συμπάθειαν* videntur cum luna augescente ac senescente.

Annianus poëta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilare atque amoeniter. Ad eos dies me et quosdam item alios familiaris vocavit. Ibi tum coenantibus nobis magnus ostrearum numerus Roma missus est. Quae cum appositae fuissent, et multae quidem, sed inuberes macraeque essent: Luna, inquit Annianus, nunc videlicet senescit: ea re ostrea quoque, sicuti alia quaedam, tenuis, exsucta- 1 2 3

dicit. — *Euripides*] Phoenis. 161. Cresphont. Fragm. 2. — *Bacchylides*] Cf. Bacchylid. Fragm. ed. Neue p. 68. — *Pindarus*] In Paeane Fragm. 36. 37. Boeckh. p. 573. De eadem re cf. Aelian. V. H. 12, 36. Schol. Eurip. Phoen. 162. ibiq. Valcken. et quos praeterea laudavit Neue.

Cap. VIII. *Cum* etc.] Lugd. mai. et Guelf. *cum* (Guelf. om. *cum* et pro *ac* hab. *an*) *lunam ansuescente*; min. *cu luna ac uescente*; Mem. et Chifl. *cum luna an suescente.* Vides aliud quid vulgato significari. *I. G.* An fort. legend. *cum luna crescente, s. accrescente, s. adolescente*; cf. cap.

§. 3. *Tum c.*] Pric. ad Appul. Apol. p. 219. cum ed. Gryph. *ibi dum c.*; contra libb. v. 1, 2, 2. 3, 10, 17. 14, 2.: *tunc ibi.* — *Inuberes* etc.] Reg. et Lugd. mai. *uberes macrus quaeque ess.*, quod recepit Long. Nostrum hab. Guelf. Iunt. *inub. macrae quaeque ess.* Mox *alia quaed.* pro *quaed. alia* est ex edd. vett. — *Tenuis*, etc.] Al. *tenuia exsuc-*

4 que est. Cum quaereremus, quae alia item senescente Luna tabescerent? Nonne Lucilium, inquit, nostrum meministis dicere:

Luna alit ostrea, et implet echinos, muribus fibras,
Et pecui addit.

5 Eadem autem ipsa, quae crescente Luna gli-
6 scunt, deficiente contra Luna defiunt. Aelú-rorum quoque oculi ad easdam vices lunae
7 aut ampliores fiunt, aut minores. Id etiam, inquit, multo mirandum est magis, quod apud Plutarchum in IIII. in *Hesiodum Commentario* legi: Caepe tum revirescit et congerminat decedente luna, contra autem inarescit adolescente. Eam causam esse dicunt sacerdotes Aegyptii, cur Pelusiotae caepe non

caque sunt. Iunt. Ald. *tenuia exsutaque* (Ald. *exutaque*) *sunt.* Gryph. marg. *tenuia exuctaque sunt.* Gryph. marg. 1591. *exustaque.* De re v. Ois.

§. 4. *Et implet ech.*] Guelf. om. *et.* Edd. vett. ordine immutato: *implet et ech.* et mox cum Guelf. hab. *pecu* pro *pecui.* Gryph. marg. *pecui.* cf. Schneid. Gramm. lat. 2, 1. p. 333.

§. 5. *Crescente Luna*] Guelf. *luna crescente.*

§. 6. *Aelurorum*] Edd. vett. *Aeliuorum*; Connell. Iunt. Ald. nostrum hab. praeeunte Beroald. (Grut. Thes. T. 1. p. 227.) Guelf. *Acluiorum.*

§. 7. *In* etc.] Lambec. *in Isin et Osiridem com.*; coll. loco Plutarch. de Is. et Osir.; codd. confirmant lectionem vulgatam; *IIII.* vel *quarto in esiod.* habentes. Sciopp. iam adscripserat: *in Isidis et Osiridis*, ut etiam Lambec. in summa ora exemplaris infima: περὶ Ἴσιδος καὶ Οσίριδος. Saepe Plutarchum potuisse occasionem habuisse ponendi illa ipsa vv. observavit I. G. — *Caepe*] Al. (ut edd. vett. et Guelf.) *cepe* scribunt. v. Kopp. Palaeogr. I. p. 340 sq. Pro *tum* edd. ante Iunt. dant *enim.* — *Inarescit*] Guelf. *macrescit.* —

edant: quia solum olerum omnium contra lunae augmenta atque damna, vices minuendi et augendi habeat contrarias.

CAPUT IX.

Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Iulianus, positis in Mimiambis, quos Cn. Matius scripsit.

Delectari mulcerique aures suas dicebat 1
Antonius Iulianus figmentis verborum novis
Cn. Matii, hominis eruditi; qualia haec quo- 2
que essent, quae scripta ab eo in *Mimiambis* memorabat:

Sinuque amicam reficere frigidam caldo:

Edant] Ita edd. vett. et Guelf. pro *edunt*. cf. Iuvenal. 15, 9. — *Augmenta*] Reg. *augmenta*; vulg. *aucta*. Lugd. mai. *auctant quedam navices*. Goldast. coni. *lucra*. *Damna* sunt deminutiones, decrementa. V. Ois.

Cap. IX. *Quos* etc.] Ita Steph. Sed edd. vett. Guelf. et Torn. *mimiambis*. *scripsit* (Torn. et Connell. *inscripsit*) *de innocentia* (al. *adolescentia*) *sua: cum ita dictitat* (al. *dictat*): *nunquam* (Guelf. *non qm* (*quam*).) *vestimenta a populo posci*. Et Reg. atque Lugd. mai.: *Iul. posciis* (Lugd. min *positus*) *in mim. scripsit de innoc. sua cum ita dictitat numquam vest. a pop. posci*. Ex his, ait I. G., oportet sapienter agnosci, quantum ex Gellio perierit, per varias confusiones. Gelliana enim esse non dubitabis, etsi quo referri oporteat, non ante pateat, nisi postquam ex editione Stephani perlegeris ipsum caput, ad cuius finem agnoscis haec ipsa, sed emendata, esse adiecta, quae in *nullo* habentur Msto. Hactenus I. G. Desunt scil. in fine vv. *Item illud* usque ad *poscit*; etiam in Torn. Guelf. et edd. vett. Propterea uncis seclusi. cf. Both. l. mox l. p. 266.

§. 2. *Sinuque*] Reg. *est nuquam*; Lugd. mai. *e*

Columbulatim labra conserens labris.

3 Item id quoque iucunde lepideque fictum dictitabat:

Iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
Quos concha purpura imbuens venenavit.

4 [Item illud:

Dein coquenti vasa cuncta deiectat:
Nequamve scitamenta pipulo poscit.]

CAPUT X.

Quid vocabulum *ex iure manum consertum* significet.

1 EX. IURE. MANUM. CONSERTUM. verba sunt ex antiquis actionibus, quae, cum lege

nuq; *amic.* Inde I. G. *Sinuque* effecit; abiecto primo *e*, fecisse librarios *si* et *st*; hinc vulgat. (Guelf.) *sinu* factum. *Reficere* est in omnibus libb.; Scalig. *refice*; Voss. *reficit.* Edd. vett. praeter Iunt. *recipere.* v. Both. Scen. Poët. Lat. V. 5. P. 2. p. 265. — *Columbulatim*] Sic cum Lugd. mai. Salm. et Scalig. Reg. *columbalatim.* Lugd. min. Guelf. aliique codd. *columbatim.* Vulg. *columbatimque*; Ois. *columbulatimque* s. *columbiatimque.* Copula in nullo cod. exstat. cf. Voss. Institt. Oratt. 4, 1, 8. Rutgers. malebat: et labra labris conserens columbatim. Burmann. ad Anthol. Lat. V. 1. p. 631. col. 1. propter metrum coni.: *Sinuq. am. recipe fr. c., Et labra labris conserere columbatim.*

§. 3. *Tonsiles*] I. e. tonsi. V. Salmas. Exercitt. Plin. p. 268. 1000. 1144., ad Hist. Aug. p. 380. *I. G.*

Cap. X. *Quid*] Hoc lemma et seq. ignorat Guelf. — *Ex*] Edd. vett. om. *ex*; hab. Connell. Totum caput illustravit Christius Noctt. Academic. p. 177. 180 sqq. cf. Conrad. Excurs. ad Gell. V. 2. p. 524 sq.

§. 1. *MANUM.*] Edd. vett. (ubique in lemmate et cap.) *manu*, contra codd. (Reg. Pet. Linc. h. l.

agitur et vindiciae contenduntur, dici nunc quoque apud Praetorem solent. Rogavi ego 2
Romae grammaticum, celebri hominem fama, et multo nomine, quid haec verba essent? Tum ille me despiciens: Aut erras, inquit, adolescens, aut ludis; rem enim doceo grammaticam, non ius respondeo: si quid igitur ex Virgilio, Plauto, Ennio quaerere habes, quaeras licet. Ex Ennio ergo, inquam, est, ma- 3
gister, quod quaero. Ennius enim verbis hisce usus est. Cumque ille demiratus aliena haec 4
esse a poëtis, et haud usquam inveniri in carminibus Ennii diceret, tum ego hos versus ex octavo *Annali* absentes dixi. Nam forte eos tanquam insigniter praeter alios factos memineram:

Pellitur e medio sapientia; vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, nec maledictis,
Miscent inter sese inimicitiam agitantes.

etiam Iunt.) *Manu* praefert Christ. Guelf. modo hoc modo illud hab. — *Vindiciae*] Ita cum edd. vett. (Bonon. Ald.) Reg.; *vindigie* Lugd. mai. Vulg. *vindictae*, ut hab. Guelf. ante Bonon. edd. vett. etiam Iunt. Deinceps *contentur* hab. edd. vett.; Ven. 1509. Connell. *contendimur*; nostrum Bonon. Iunt.

§. 3. *Ergo*, etc.] Edd. vett. et Long. *Ex E., ego inquam, est.* — *Usus*] Guelf. h. l. et §. 6. *versus.*

§. 4. *Octavo Ann.*] Linc. et Guelf. *ex XVIII. ann.* V. Columna ad Fragm. Enn. p. 145. Lactant. 5, 1. Pro *absentes* (i. e. absente libro, memoriter) edd. ante Iunt. dant *absentis.* Marg. Gryph. *assumptos.* — *Amatur*] Guelf. *armatur.* — *Nec*] Vulg. *sed*; quod firmat Calpurn. Piso; (v. Ois.) *nec* dederunt Guelf. Reg. Mem. Chifl. Lugd. ut. Pet. edd. vett. praeter Connell. — *Miscent*] Cum Scriv. Ois.

Non ex iure manum consertum, sed magi ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.

Cum hos ego versus Ennianos dixissem: Credo, inquit grammaticus, iam tibi. Sed tu velim credas mihi, Q. Ennium didicisse hoc non ex poëticae literis, sed ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoque, inquit, et discas, unde Ennius didicit. Usus consilio sum magistri, quod docere [me] ipse debuerat, a quo discerem, praetermonstrantis. Itaque id, quod ex Iureconsultis, quodque ex libris eorum didici, inserendum his commentariis existimavi: quoniam in medio rerum et hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet verba actio-

Mussant; reprobante I. G. Deinceps libb., quos modo nominavi cum Linc. (et Guelf.) *inimicitiam* pro *inimicitias* dederunt; I. G.: ut liquidam non eliserit Poëta. Guelf. *se* pro *sese*. — *Consertum*] Salm. adscripsit *consertant*. Sequens *magi*, i. e. magis, in locum vulg. *mage* (Iunt. Ald.) dedit I. G. Omnes codd. Gron. et Guelf. exhib. *magis errore rei repet.* aut *pèt*. Edd. ante Iunt. *magis errore Res repet.* Iunt. pro *ferro* dat *fero*. Cf. Cic. ad Div. 7, 13. ubi hic vers. laudatur.

§. 5. *Ego*] Edd. vett. et Steph. om. *ego*; abiecit Long.; hab. tamen Guelf. et ed. a. 1651.

§. 6. *Me* etc.] Pronom. ignorant Iunt. Guelf. Reg. Lugd. ut. Linc.; edd. ante Ald. om. *ipse*. Gryph. a. 1539.: *quo doc. me ipse d.* Mox *praemonstr.* annotavit Lamb. — *Quodque* etc.] Vulg. *ex librisque eor.*; edd. vett. et Guelf. *ex libris quoque eor.*; nostrum est in Reg. et Torn.; Lugd. mai. *id quoque ex iure cons. quoque ex l. eor.*; unde I. G. *id, quodque ex iurec., quodque ex l.*; recepit Long. Dein Lugd. mai. *infer*. Gebhard. Antiqq. LL. 2, 18. *inferciundum*, ex cod. Palat. *infereund.* proferens. —

num civilium celebriora. *Manum conserere* 7
est, de qua re disceptatur, in re praesenti, *sive ager, sive quid aliud est,* cum adversario simul manu prendere, et in ea re omnibus verbis vindicare. Vindicia, id est, correptio 8
manus in re atque in loco praesenti, apud Praetorem ex duodecim Tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est: SI. QUI. IN. IURE. MANUM. CONSERUNT. Sed postquam Praetores 9
propagatis Italiae finibus, datis iurisdictionibus, negotiis occupati, proficisci vindiciarum dicen-

Celebriora etc.] Christ. *celebriora, ut manu conserere. Nam de qua re disceptabatur in iure praesenti* etc.

§. 7. *Est*] Christ. *est* mutat in *eam*; *adversario* in *adversarius* (s. *Cum adversarii simul manu prenderent*); *omnibus* in *solemnibus*; *vindicare* in *vindicatio*. — *De qua* etc.] Long. cum edd. vett. et Guelf. *conserere. Nam de qua re disceptabatur in iure praes.* cf. Turn. Adv. 29, 33. qui *in iure praes.* explicat *praetore praesente.* Ceterum hic desinit cod. Torn. — *Quid aliud*] Guelf. ordine inverso *aliud quid.* — *Cum* etc.] Steph. *simul adversarium manu prenderit, in ea re* etc. Al. (Linc. Ascens.) *cum adversarium manu prenderet.* Quod editur, plane est ex ipso ritu. *I. G.* Copulam *et* post *prend.* (edd. ante Iunt. *prehend.*) om. edd. vett.; Iunt. et Ald. cum Guelf. etiam om., sed hab. *prenderet.* Cf. Heinecc. Antiqq. Rom. IV, VI, XXIV. — *Omnibus*] Al. *optimis.* Cum Brissonio Ois. *solemnibus*; quod adscriptum est etiam in exemplari Salm. Dein edd. vett. *vindicare, id est vindicia corr. m.*; unde nostrum dedit Steph. Al. *Id est vindicia correpta manu.* v. Ois.

§. 9. *Datis*] Budaeus ap. Ascens. et Sciopp. malebant *latis*; hic mox: *discendarum.* Edd. vett. et Long. *pacisci* pro *prof.* (quod in marg. hab. Gryph.). Guelf. *dicenda eum* pro *dic. causa.* Tum Long. cum edd. vett. et Guelf. om. *in* ante *long. res.* Turneb.

darum causa in longinquas res gravabantur: institutum est, contra duodecim Tabulas, tacito [con]sensu, ut litigantes non in iure apud Praetorem manum consererent, sed ex iure manum consertum vocarent; id est, alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret: atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad Praetorem deferrent: et in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicarent; idque Ennius significare volens, ait, non, ut ad Praetorem solitum est, agi legitimis actionibus, neque ex iure manum consertum, sed bello, ferroque, et vera vi, atque solida: quod videtur dixisse, conferens vim illam civilem, et festucariam, quae verbo diceretur, non quae manu fieret, cum vi bellica et cruenta.

l. 1. *In* interpretatur *ad* Ois. Scriv.: *in longinquum rus* vel *longinquas oras.* — *Consensu*] Edd. vett. et Guelf. *sensu* pro *cons.* prob. Christ. — *In iure*] Edd. vett. praeter Iunt. *ex iure.* Sequens *apud* om. Guelf. Sciopp.: f. *endo iure.* cf. Brisson. de Formul. 5. p. 375. *I. G.* — *Ad* etc.] Christ. *ad conserendum manu.* — *Qua*] Pro *qua* Linc. hab. *re;* unde I. G. *de qua re.* Guelf. *de qua agerentur.* — *Profecti*] Edd. ante Bonon. *profecto.* Dein Guelf. *in quo lit.*

§. 10. *Idque*] Edd. vett. et Guelf. *Idcirco* et mox pro *ait* hab. *bellum*, tum om. v. *agi*, quae omnia restituit Christ. cum Long.

CAPUT XI.

Quid sit *sculnae* verbum positum apud M. Varronem.

P. Lavinii liber est non incuriose factus. 1
Is inscriptus est: *De Verbis sordidis.* In eo 2
scripsit *sculnam* vulgo dici, quasi *seculnam: quem qui elegantius*, inquit, *loquuntur sequestrem appellant.* Utrumque vocabulum a 3
sequendo factum est: quod eius, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur. *Sculnam* 4
autem scriptum esse in Logistorico M. Varronis, qui inscribitur *Cato*, idem [P.] Lavinius in eodem libro admonet. Sed quod apud 5
sequestrem depositum erat, *sequestro positum* per adverbium dicebant. Cato *De Ptolemaeo contra Thermum:*

Cap. XI. *Sculnae*] Ita scripsi cum edd. vett. et Steph. pro vulg. *sculna.* Long. comma post *sculna* posuit.

§. 1. *P. L.*] Sciopp.: V. C. *Plani.* Et Iunt. *P. Planii*, et infra *P. Planius.* Guelf. *Publii plaui.* De v. sculna v. Voss. Etym. et I. G. ad h. l. Macr. 2, 13. p. 398.

§. 2. *Sculnam*] Iunt. et Guelf. *Suluam;* mox pro *seculn.* (edd. ante Ald. *sequulnam*) Iunt. hab. *saeculavam*; Guelf. *seculuam*; nostrum Ald.

§. 3. *Sequatur* etc.] Guelf. *sequetur suluam.*

§. 4. *Logistorico*] Edd. vett. et Guelf. *in historico;* quod correxit iam Coel. Rhodig. VV. LL. 7, 6. Idem mox *Capis* pro *Cato.* Vulg. *Catus.* v. 4, 19. — *P.*] Edd. ante Iunt. Steph. et Guelf. om. *P.*

§. 5. *Dicebant* etc.] Eaedem ante Iunt. *dicebatur. Cato in Pt.* De *sequestr.* v. Conrad. Exc. ad Gell. V. 2. p. 530. —

Per deos immortalis, nolite vos sequestro ponere.

Deos imm.] Eaedem: *deum immortalem.* Iunt. Ald. et Guelf. *deos immortales.* — Post hoc cap. sequitur novum caput, quod hodie praefationem constituit. Lemma novi huius cap. et h. l. et in ind. cap. hoc est: *Autoris* (*auctoris*; Brix. utroque l. et Iunt. in ind. *auctoritas*) *tanquam praefationis admonitio in operis totius summa de noctium ordine.* Apud Ald. et Steph. utrumque caput sine lemmate cohaeret, ut etiam in cod. Guelf., in quo legitur: *per deos immortales nolite nos atq; iocundiora alia* etc. V. Praefat. Gell. Edd. Gryph. novum caput exordiuntur cum hoc titulo: *Autoris de opere suo sententia, deque aliorum operum titulis.*

INTERPRAETATIO GRAECARUM DICTIONUM,

quae a Gellio citatae,
nec ab eo Latinae factae sunt.

Praefat. §. 6. Πέπλον, peplum. Ἀμαλθείας κέρας, cornucopiae. Κήρια, favos. Λειμῶνας, prata. Ἀνθηρῶν, floridorum. Εὑρημάτων, inventorum.

7. Λύχνους, lucernas, *vel* faces. Στρωματεῖς, involucra straguli instar. Παγδέκτας, pandectas, omne complexos. Ἑλικῶνα, Heliconem. Προβλήματα, problemata, proiecta ad materiam. Ἐγχειρίδια, pugiones, manualia. Παραξίφιδας, gladiolos.

8. Πραγματικὰ, negotialia, politica. Πάρεργα, subseciva. Διδασκαλικὰ, didascalica, *vel* doctrinas. Παντοδαπῆς ἱστορίας, omnimodae historiae. Πάγκαρπον, pancarpum, *vel* frugiferum. Τόπων, locorum.

12. Πολυμαθίη, varia eruditio mentem non docet.

21. Εὐφημεῖν etc.

Favere lingua oportet, nostrisque choris decedere,
Quisquis harum imperitus literarum, et mente impura agat,
Aut nobilium orgia Musarum neque vidit unquam, neque celebravit.
His clamo, et rursus inclamo, et rursus tertia vice valde acclamo,
Excedere his choris: vos autem excitate cantum,
Et nostra haec pervigilia, quae hoc festum decent.

LIB. I. CAP. II. §. 4. Κυριεύοντας etc. dominantes, quiescentes et acervos.

7. Ἀκώλυτος etc. solutus, inviolatus, minime implicitus, liber, dives, felix.

8 sqq. Εἰπέ μοι περὶ etc. De bonis cedo et malis. Audi.

Ad Ciconas Troia referens me ventus adegit. Rerum quaedam bona, quaedam mala, quaedam indifferentia sunt. Bona sane, virtutes; et quae participant earum. Mala autem, vitia; et quae vitii participant. Indifferentia vero illa, quae horum intermedia sunt, opes, sanitas, vita. mors, voluptas. labor. Unde nosti? inquit. Sic Hellanicus in Aegyptiacis tradit. Quid enim refert, ita dicam: An Diogenes in moralibus, Chrysippusve aut Cleanthes? Hoc itaque exquisivisti, decretumque fecisti tuum. Expone quonam modo tempestatem in navi feras: numquid eius distinctionis memineris, ubi instrepit ac stridet velum: et exclamantem te si quis male feriatus adstans ita alloquatur, repete age tu ea, quae modo aiebas, num sit malum naufragium facere? num particeps vitii sit? an non isti fustem impingas? heus homo, quid mecum tibi? nos perimus; et ipse accedens ludis. — Si reus ad Caesarem citeris, memento divisionis huius. Si quis ingresso tibi ac pallenti dixerit: Quid tremis, homo? quae tua res agitur? numquid intus Caesar virtutem et vitium ingredientibus largitur? Quid et tu meis malis insultas? Tamen, philosophe, dic mihi, quid tremis? nonne mortis aut carceris periculum est? aut doloris corporis, aut exsilii, aut ignominiae? Quid vero aliud? numquid in istis vitium est, aut aliqua vitii pars? Quid his de rebus ipse disseruisti? Quid mihi rei tecum est, homo? Mala mihi mea sufficiunt. Recte dicis. Sufficiunt enim tibi tua mala, degener animus, timiditas, arrogantia, quam in schola sedens prae te fers. Quid alieno splendore gloriaberis? Cur te Stoicum profitebaris? Id vobis usurpate nomen, quod actiones vestrae demonstrant. Ita invenietis, cuius sectae sitis. Invenietis autem plerosque vestrum Epicureos esse, paucos Peripateticos, eosque effeminatos.

CAP. III. 20. Δεῖ με etc. Opus est amicis opitulari, sed usque ad deos.

26. Οὐκ οἶδ' εἴ που etc. Haud satis novi quid in hoc genere praestet: et an quaecunque pars ad quantamcunque alterius partem comparata, eligenda magis sit. Verbi gratia, hoc modo, ut et nobilius aere aurum sit, et auri pars quaelibet, portionis cuiuslibet aeris comparatione sit pluris: verum nonnihil discriminis cum numerus, tum vero magnitudo efficiet.

27. Ἡ καλουμένη etc. Quae gratia apud homines vocatur, hoc quidem est iuris rigoris loco et tempore imminutio.

31. Περὶ ψυχῆς, de animo. Χείλων etc. Chilo senior, cum quempiam dicentem audisset, nullum se inimicum habere, an nullum etiam amicum haberet, interrogavit: amicitias inimicitiasque invicem consequi coniungique necesse esse arbitratus.

Cap. V. 1. Κομψὴ χλ. etc. elegans vestis, et molles tunicae.

3. Ἄμουσος etc. inelegans, invenustus, illiberalis.

Cap. VII. 8. Ποιήσειν, ἔσεσθαι, λέξειν, facturum, futurum, dicturum.

19. Ἐπιμελείᾳ τῶν λέξεων, vocabulorum delectui diligenti.

Cap. VIII. 4. Οὐ παντὸς etc. non viri cuiusque est Corinthum navigare.

5. Μυρίας etc. decem drachmarum millia, vel talentum.

6. Οὐκ ὠν. etc. non emo millibus X. drachmarum poenitentiam.

Cap. IX. 2. Ἐφυσιογν., naturam ex indiciis scrutabatur.

4. Ἀκουστικοὶ, auscultabundi.

5. Ἐχεμυθία, continentia sermonis.

6. Μαθηματικοὶ, doctrinales, discendo pares. Μαθήματα, doctrinas.

7. Φυσικοὶ, naturae studiosi.

8. Ἀθεώρητοι, etc. a contemplatione, a Musis, a geometria penitus alieni.

Cap. XI. 5. Καὶ μετὰ etc. Et post haec congressum est. Argivi quidem sociique acriter, ac cum ira adorientes: Lacedaemonii autem segniter et sub tibiarum multarum praecentu, tibicinibus lege interpositis, non adeo divinae rei gratia, verum uti iun-

ctim ad numerum incedentes in hostem tenderent, neque ordines illis dissiparentur: quod in magnis exercitibus, ubi congrediendum est, fieri solet.

8. Οἱ δ' ἀρ' etc.

Ast ibant taciti spirantes robur Achivi,
Inque vicem auxilium cupida sibi mente ferebant.

19. Διὰ τί etc. Quamobrem ubi commissuri proelium sint, ad tibiae modulos ingrediuntur? ut timidos minus decore agentes dignoscant.

Cap. XIII. 1. Καθήκοντα, officia, quae conveniunt, quae decent.

Cap. XV. 4. Ἀλλ' ὅτε δὴ etc.

Ast ubi iam magnam fudit de pectore vocem. —
Dentis claustra tui vox qualis, nata, reliquit?

11. Ἀμετροεπῆ, ἀκριτόμυθον, immodicum verborum, sine iudicio loquacem. Ἄκοσμα, incondita, *vel* indecora. Ἀμετρ., sine modo loquax tumultuabatur, l. instar graculorum perstrepebat.

12. Λαλεῖν etc. blaterare optimus, dicendi minime potens.

14. Γλώσσης etc. Linguae thesaurus optimus mortalibus Parcae, et modicae gratia maxima.

15. Οὐ λέγειν etc. Non idoneus ad loquendum, sed tacendi impotens.

17. Ἀχαλίνων etc. Effrenati oris, et enormis amentiae, finis infortunium. Κατάγλ., linguaces.

19. Ἄνθρωπον etc. Virum feroces reddentem alios, oris contumacis, Effrenis, immoderati, cuius ori nullus obex, (*vel* ianua) Futilem, ampullosis turgidum verbis.

Cap. XVI. 8. Χίλιοι, mille. Χιλιὰς, millenarius numerus. Χιλιάδες, millenarii.

Cap. XVIII. lemma. Περὶ ἐτυμ. de etymologia, l. origine vocis. Ἔτυμον, originem et ex ea notationem.

2. Ἕλληνα, Hellenem. Φρέαρ, phrear, puteum. Λαγωὸν, lagoum, leporem.

5. Κλέπτης, fur, suppressor. Φῶρ, fur, latro.

Cap. XX. 1. Σχήματα, formas, figuras. Ἐπίπεδον καὶ στερεόν, planum et solidum.

3. Κύβους, cubos.

4. Κύβος, a qualibet parte quadratum. Κύβοι, tesserae.

5. Κύβος, tessera.

6. Τριὰς, ternarius.

9. Γραμμὴν, scriptionem rectam. Γραμμὴ μῆκος etc. linea vel scriptio recta est longitudo.

Cap. XXII. 5. Βιωφελῆ, quae conducunt vitae.

9. Περισσὸν, praestans et copiosum.

12. Ἀκυρώτερον, minus proprie.

Cap. XXV. 8. Ἐκεχειρίαν, cohibitionem manuum.

11. Τύπους, descriptiones minus exactas, et rudi Minerva propositas. Ὑπογραφὰς, delineationes primas, descriptiones. Ὁρισμοὺς, definitiones.

Cap. XXVI. 7. Περὶ ἀοργησίας, de non irascendo.

10. Ἀοργησίαν etc. irae vacuitatem et indolentiam. Ἀνάλγητον καὶ ἀν. doloris et sensus expertem. Πάθη, passiones.

LIB. II. Cap. I. §. 3. Πολλάκις etc. A sole usque ad solem stetit erectior stipitibus arborum.

Cap. VI. 9. Πολλάκι etc. Quandoque et olitor valde opportuna locutus.

11. Ηὔδα etc. Loquebatur inculpatus vates. Τὼ etc. Non inviti volabant. Ἐνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα etc. Tunc neque cernere erat torpentem Agamemnona divum, Nec pavidum, nec nolentem decernere ferro.

12. Ὅρος etc. terminus magnitudinis voluptatum, omnis dolentis privatio.

14. Κατὰ στέρησιν, secundum privationem.

Cap. VII. 18. Ἀδιάφορα, μέσα, indifferentia, media.

22. Ὑγιὲς etc. sanum, legitimum, seiunctum.

Cap. VIII. 1. Ὁ θάνατος etc. Mors nihil ad nos: nam dissolutionem non sentit; quod autem non sentit, nihil ad nos pertinet.

2. Τὸν θάνατον etc. mortem animae et corporis dissolutionem esse.

5. Ὁ θάνατος etc. Mors animae et corporis dissolutio. Quod vero dissolutum est, non sentit. Quod autem non sentit, nihil ad nos.

Cap. IX. 2. Ὅρος etc. terminus magnitudinis voluptatum, omnis eius, quod dolet, exemtio. Παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ; omnis molesti.

4. Λεξιθηρεῖ, voces aucupatur.

Cap. XVII. Ἀναλογίᾳ, proportione literarum.

Cap. XVIII. 9. Ξενιάδ., Xeniades Corinthius.

10. Δοῦλος etc. Servus Epictetus sum natus, corpore claudus, Irus pauperie, deliciae superûm.

Cap. XX. 4. Παραδείσους, hortos, villarum partes circumseptas.

9. Μελισσῶνας, loca apibus frequentia. Ἀμπελῶνες et δαφνῶνες, vineta et laureta.

Cap. XXI. 3. Ἅμαξα, plaustrum. Ἄρκτος, ursa, maior scil. et minor. Βοώτης, auriga, boum impulsor.

Cap. XXII. 5. Ἰσημερινὸς, aequidialis. Θερινὰι etc. aestivae conversiones et hibernae.

7. Ἐτυμολογικοὶ, rationem originis verbi interpretando indagantes. Ἀπὸ, ab oriente fluens.

8. Ἀπηλιώτης, absolaris.

9. Αἰθρηγενέτην, sereni auctorem. Ἀπὸ τῆς βοῆς, a boatu.

10. Εὐρόνοτον, Euronotum.

12. Ἀργέστην, Argesten. Ζέφυρος, Zephyrus. λίψ, lips.

15. Ἀπαρκτίας, aparctias.

17. Σὺν δ' εὖρος etc. Simul Eurusque cecidit, et Zephyrus, Notusque vehemens, Et Boreas serenus, ingentem fluctum volvens.

24. Κακὰ etc. Mala ad se attrahens, ut Caecias nubem.

25. Ἀκρόασις, audientia ad ostentationem comparata.

31. Ἐτησίαι, Etesiae.

Cap. XXIII. 9. Ἐπ' ἀμφοτέραν etc.

In utramque quia dotata est, dormiet,
Magno et egregio confecto negotio.
Domo eiecit moestam, quam cupiebat,
Ut omnes intueantur Creobulae faciem:
Illa autem bene nota habet me uxor domina
Et aspectum eorum, quae possidet, asinus inter simias.
Quid dicitur? sane istud tacere volo
Noctem plurimorum malorum auctorem.

Me miserum, qui Creobulam duxi, et talenta decem,
Mulierculam cubitalem, cuius superbia
Velut intolerabilis est. Iovem Olympium,
Et Minervam testor, nequaquam puellulam, famulam vero
Dicto citius quis abigat, vel in vicem ducat.

12. Ἔχω etc.
Lamiam ex asse heredem duxi: non dixi tibi
Id, non tibi dominam domus et agrorum,
Omniumque rerum. Pro illa habemus ex universis malis
Difficillimum, quod omnibus molesta est non mihi soli,
Sed filio filiaeque multo magis. Provinciam
Inexpugnabilem narras, sat scio.

20. Ὦ τρὶς κακοδαίμων etc.
O ter infelix, qui pauper cum sit, uxorem ducit
Procreatque liberos! Quam inconsultus est vir,
Qui neque praesidium necessariorum habet,
Nec adversis oppressus ad communia vitae,
Id contegere pecuniis potest:
Sed in destituta tegumentis et calamitiosa vita
Hibernans vivit, et molestiarum
Omnium particeps, bonorum compos esse nequit!
Unius rationem habens, cunctos monitos volo.

Cap. XXVI. 6. Ξανθὸς etc. flavus, et ruber, et rufus, et poeniceus.

9. Συνώνυμος, cognominis.

19. Γλαυκῶπις, noctuinum visum simulans.

20. Καὶ νύ κεν etc. Et certe aut praevenisti, aut ambiguum fecisti.

Cap. XXVII. 1. Ἐώρων etc. videbam autem ipsum Philippum, cum quo nobis de imperio et principatu certamen erat, oculo effosso, clavicula fracta, manu et crure laesum, omne denique corporis membrum, quodcunque fortuna auferre cuperet, ultro offerentem, ut vitam in ceteris honoratam et gloriosam ageret.

4. Πᾶν etc. Offerentem quodcunque membrum corporis fortuna auferre cuperet.

Cap. XXVIII. 1. Ἐννοσίγαιον etc. terrae concussorem.

Cap. XXX. 7. Ἔνθα etc. Ubi auster maritimum fluctum in saxum impellit.

8. Καὶ βορέης etc. Et boreas serenus ingentem fluctum volvens.

10. Λάαν ἄνω ὤθει, lapidem sursum propellit.

LIB. III. Cap. III. §. 9. Ἄγροικος, agrestis.

Cap. X. 13. Τὴν διὰ etc. per quaterna consonantiam.

Cap. XI. 7. Ἑπτὰ πόλεις etc.

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos,
Athenae.

Cap. XIII. 5. Τὴν περὶ Ὠρ. etc. de Oropo causam.

Cap. XVI. lemma. Περὶ τροφῆς, de alimento.

1. Πόσος etc. quantum sit hominis gestationis in utero tempus.

3. Γυνὴ etc. mulier parit decimo mense.

7. Ἐστὶ δὲ etc. est vero et non est octimestris partus.

8. Ἔστι μὲν φαίνομενα etc. videntur quidem tanquam animantia post abortum. Non vero sunt, utpote statim morientia: atque in praesens quidem apparent, potestate non exsistunt.

13. Ὄνοι λύρας, asini lyrae. Κατ' Ἀριστοτέλη, iuxta Aristotelem.

15. Χαῖρε etc. Gaude mulier amore, circumvoluto autem anno Liberos splendidos paries, quoniam non inanes concubitus Immortalium.

20. Γίνεται etc. in hisce vero et plures nascuntur, et pauciores, et ex toto ac per partes: dicimus autem plures pluribus, et pauciores paucioribus.

Cap. XVII. 6. Καὶ σὺ Πλάτων etc.

Et tu, Plato: nam te quoque discipulum cupido
tenuit.
Multis autem argenteis numis exiguum redemisti
librum.
Unde initiatus scribere doctus es.

Cap. XVIII. 5. Ἱπποκύων, equi catella.

LIB. IV. CAP. II. §. 4. Φθίσις, phthisis.

11. Περὶ νοδοῦ, de edentulo.

CAP. III. 3. Παλλακίς, concubina.

CAP. XI. 2. Καὶ κνάμων etc. A fabuloque manus tristante amovit edentes. Hoc, ut Pythagoras iusserat, ipse loquor.

5. Πυθαγόρας δὲ etc. Pythagoras inter legumina fabam maxime approbavit. Movendi enim et discutiendi vim habere. Ideoque maxime illa utebatur.

9. Δειλοὶ etc. O miseri, miseri, tactum vitate fabarum.

10. Εἰς τὸ κυεῖν etc. ad implendum uterum validi, atque adeo in causa foeturae.

12. Ἀριστοτέλης δὲ etc. Aristoteles a vulva, corde, et urtica marina, atque id genus quibusdam aliis abstinere Pythagoricos dixit, uti vero aliis.

CAP. XIII. 2. Περὶ λοιμῶν etc. de pestibus aut pestiferis malis.

LIB. V. CAP. I. §. 6. Sic fatus; illi vero omnes silentio tenebantur et voluptate capiebantur in umbrosis aedificiis.

CAP. III. 7. Τὸν ἥττω etc. inferiorem causam superiorem efficere.

CAP. IX. 4. Ὦνθρωπε etc. o homo, ne occidas Croesum.

5. Αἴγλης, Aegles.

CAP. XI. 2. Ἤτοι καλὴν etc. aut pulchram habebis, aut deformem. Et si pulchram, habebis communem; si vero deformem, habebis poenam. Utrumque autem non bonum. Non sumendum igitur.

3. Εἰ μὲν etc. si quidem pulchram habebo, non habebo poenam; si vero deformem, non habebo communem. Ducenda igitur uxor.

8. Πρότασις, etc. propositio est, aut pulchram habebis, aut deformem.

CAP. XII. 10. Κατὰ στέρησιν, per privationem.

CAP. XV. 3. Τὸ δρώμενον etc. agens aut patiens corpus est.

5. Τὸ τριχῇ δ., trina dimensione distans.

7. Οὐχ ἁπλῶς etc. non simpliciter plaga aëris est vox. Nam digitus quoque adactus aërem ferit, et vocem nequaquam edit. Sed plaga magna, et vehemens, et tanta, ut exaudiri possit.

8. Ῥεῦμα λόγων, flumen sermonum.

LIB. VI. Cap. I. §. 2. Περὶ προνοίας, de providentia.

7. Εἰ αἱ etc. an hominum morbi iuxta naturam sint.

Cap. II. 3. Εἱμαρμ. etc. fatum naturalem compositionem universorum, ab aeterno aliorum alia insequentium, et post multum nihilominus existente hac complicatione sine transgressu.

12. Διὸ καὶ etc. Quare a Pythagoricis sic dictum est: Cernas esse homini quaesitos sponte dolores. Quia scilicet noxia cuique de semet adveniant, peccentque homines sui appetitus motione, laedanturque suapte sententia, et proposito.

14. Ὦ πόποι etc.

Dis facere invidiam mortalis culpa laborans
Clamitat a nobis nasci mala, cum tamen ipsi
Per scelus arcessant supra sibi fata dolores.

Cap. V. 10. Δὶς παῖδες etc. bis pueri senes.

Cap. VI. 12. Τύνη etc.

Tu vero avibus alas expandentibus iubes
Obedire, quas ego minime moror, vel curo.

Cap. XIII. 4. Ἐνθυμήματα, cogitata, menti obversantia, ratiocinationes.

11. Τὴν ἐξαίφνης, repentinam naturam, vel ex occulto venientem. Τὸ γὰρ etc. nam repentinum tale quid significare videtur, tanquam ex illo traiiciens in alterutrum.

12. Τραγήματα, bellaria.

Cap. XIV. 2. Νουθεσία, admonitio. Κόλασις, punitio. Παραίνεσις, adhortatio.

3. Τιμωρίαν, poenam.

4. Παράδειγμα, exemplum.

7. Προσήκει etc. convenit autem omnem, qui punitur, ab eo qui recte punit, aut meliorem fieri, atque utilitatem percipere, aut exemplum aliis esse,

ut alii videntes eum pati, metuentes meliores exsistant.

Cap. XV. 6. Ἔσχον, habui.

Cap. XVI. 11. Παραιτοῦμαι, deprecor, depello, removeo veluti petendo.

LIB. VII. Cap. II. §. 11. Ῥᾳθυμότερον ῥαφῇ, negligentius iunctura.

Cap. III. 12. Ἀναγώγως, sine inductione, vel sequela.

28. Εἰ γὰρ etc. Si enim te, ut dicis, occisurus erat maritus, Oportuit etiam te facere hoc in futurum, quando utique tempus adveniebat.

44. Ἐπαγωγὴν, inductionem.

Cap. VI. 3. Περὶ μνήμης, de memoria. Τὴν δὲ etc. sensum et gustum omnia habent, praeter imperfecta animalium.

Cap. VIII. 5. Αὐτὸς etc. Ipse igitur vidi iuxta Dicaearchiam delphinum puerum amantem (Hyacinthus nominabatur), et ad pueri vocem amoris oestro percussum. Enimvero piscis adnatans puerum tergo suscipiebat, et pinnae aculeos cohibens, ne dilecti corpus laceraret, et illum, qui more equi eius dorsum ascenderat, ad stadia ducenta deferebat. Roma igitur omnisque Italia effundebatur, ut videret ex amore natantem piscem.

Cap. IX. 13. Παρακείμενον, praeteritum perfectum. Γράφω γέγραφα etc. scribo scripsi, facio feci, loquor locutus sum, teneo tenui, lavo lavi.

Cap. XI. 2. Ἄσωτον etc. perditum, (*qui servari nequit*) aut incastigabilem, aut nullius frugi, aut inutilem, aut male moratum, aut scelestum.

Cap. XVI. 1. Περὶ ἐδεσμάτων, de eduliis.

7. Ἐπεὶ etc.

Nam quid mortalibus opus nisi his duobus modo,
Cereris fructu, et aquam fundente poculo?
Quae praesto sunt et nata ut nos nutriant,
Quorum nunquam suppetit satietas, luxu vero
Aliorum edulium adminicula venamur.

Cap. XX. 5. Ἡ δ' ἑτέρη etc.

Alter (*fons*) aestate profluit similis grandini,

Vel nivi frigidae, vel ex aqua (*concreto*) crystallo. Λᾶαν ἄνω etc. Lapidem sursum pellebat ad cacumen.

LIB. VIII. CAP. VII. Περὶ τῆς μνήμης, de memoria ac mente.

LIB. IX. CAP. II. §. 1. Εἰς ἄρτους, ad panes.

8. Ἄξιος οὖν etc. dignus igitur est argento.

CAP. IV. 5. Ἀνήκοος, auditus expers.

6. Ἀνθρωποφάγους, hominum devoratores. Κύκλωπας, Cyclopes.

CAP. V. 2. Σαρκὸς etc. firmam constitutionem carnis.

3. Μανείην etc. insanirem potius, quam voluptatem captarem.

8. Ἡδονὴ etc. voluptas finis, meretricis dogma: non est providentia, meretricis dogma.

CAP. VIII. 4. Τὸν γὰρ etc. illum enim, qui quindecim millibus chlamydum indiget, pluribus non indigere fieri non potest. Super enim illa, quae habeo egens nonnullis, si detraxero ex iis quae habeo, acquiesco illis quae habeo.

CAP. IX. 5. Βάλλει etc.

Ferit et malis caprarium Clearista
Capras praeteragentem, et suave aliquid admurmurat.

7. Τίτυρ', ἐμὶν etc.

O Tityre mihi admodum amate, pasce capellas,
Et ad fontem duc, Tityre, et illum coleatum hircum
Libycum Cnacona caveto, ne te cornu feriat.

12. Οἵη δ' Ἄρτ. etc.

Qualis autem Diana incedit per montem sagittis gaudens,
Aut per Taygetum arduum, aut Erymanthum,
Sese oblectans apris et velocibus cervis,
Simul cum illa nymphae, filiae Iovis Aegiochi,
Agrestes ludunt; gaudet vero mente Latona.
Omnes vero ipsa capite supereminet aut fronte.
Facilis vero cognitu est. Pulchrae vero omnes.
Talis virgo indomita, inter ancillas excellnit.

CAP. X. 3. Παρθενικὴν ζ., virginalem zonam. Καὶ λέκτρ. etc. et lecti legem. Ἔργα φιλ., amatoria

opera. Τὼ μὲν etc. Et hi quidem in pertusis (*perforatis ad funium ligaturam*) cubarunt lectis.

Cap. XVI. 7. Ἀντιστρέφον, reciprocum.

LIB. X. Cap. IV. §. 2. Φύσει etc. utrum natura nomina *sint*, an ex impositione.

Cap. VII. 1. Τὴν εἴσω θάλ. mare internum s. mediterraneum.

Cap. XI. 5. Σπεῦδε βρ., festina lente.

Cap. XII. 10. Ἀρχύτας etc. Archytas Tarentinus, philosophus simul et mechanicus, fabricavit columbam ligneam volantem. Quae si aliquando consideret, amplius non exsurgebat. Hactenus enim.

Cap. XVI. 18. Κατὰ πρόλ., per anticipationem.

Cap. XIX. 3. Σὺ δὲ μὴ etc. Tu vero ne dicas, saepe ita esse factum, sed decuisse fieri. Neque enim si quid aliter aliquando, quam leges iubent, factum est, idque tu imitatus es, propterea iure absolveris; quin immo multo magis debet in te statui. Ut enim si quis illorum antea damnatus esset, tu ita non scripsisses, ita si tu nunc poenas dederis, alius non scribat.

Cap. XXII. 4 sqq. Φιλοσοφία etc. Nam philosophia sane, o Socrates, res est venusta, si quis illam moderate in adolescentia attingat: sin autem ultra modum in ea moratus fuerit, hominum corruptela. Quamvis enim bono a natura ingenio sit praeditus, tamen si diutius per aetatem iam provectam philosophetur, necessario omnium rerum imperitus evadet, quarum futurum egregium, bonum, bene celebratum virum habere peritiam oportet. Nam et legum urbanarum et verborum, quibus in consuetudine hominum tam publice quam privatim ad contractus uti decet; voluptatum praeterea cupiditatumque humanarum, et, ut breviter comprehendam, morum prorsus fiunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam vel publicam vel privatam se conferant, habentur ridiculi, quemadmodum et civiles viri, si in vestras scholas disputationesque descendant. Evenit enim illud Euripidis:

Qua in re clarus quisque est, ad eam properat,

Et diei partem illi plurimam impartiri
Ut ipse se ipsum superet praestantia.

ubi vero inferior sit, inde fugit illudque vituperat: aliud vero laudat, quadam, suî ipsius benevolentia existimans se ipsum ita laudare. Verum praestare arbitror amborum participem fieri, philosophiae quidem quatenus disciplinae gratia deceat, nec turpe est adolescenti etiamnum philosophari. Sed cum grandior natu philosophiae adhuc incumbit, res est, Socrates, valde ridicula. Equidem simillime affectus sum erga illos, qui philosophiae dant operam, atque illos qui balbutiunt ac ludunt. Quoties enim aspicio puerulum, cui decorum adhuc est loqui ita balbutientem ludentemque, delector; festivumque et liberale mihi videtur, puerilemque decens aetatem. Quoties vero puerum audio verba expeditius exprimentem, molestum quiddam mihi oboritur, auresque offendit meas: atque servile quippiam prae se ferre videtur. Ceterum cum virum quis audit balbutientem, vel videt ludentem, ridiculum id quidem, a viroque alienum, ac dignum plagis apparet. Idem igitur erga philosophantes mihi evenit. In adolescente enim philosophiam dum cerno, valde delector, decensque iudico, atque ingenuum aliquem esse hominem hunc existimo; eum vero qui non philosophetur, illiberalem, nec unquam praeclarum aliquid ac generosum de se praestiturum. Sed quando grandiorem natu philosophantem adhuc animadverto, neque dum studia eiusmodi deserentem, verberibus iam hunc virum, Socrates, indigere censeo. Quippe quod modo dicebam, huic accidit homini, ut etiamsi generosa natura praeditus sit, tamen parum virilis evadat, fugiens mediam civitatem, et fora, in quibus Poëta inquit viros fieri praestantissimos; abscondatque sese cum tribus vel quatuor pueris, in angulo vitam ducens susurrando, nihil unquam liberale aut magnum aut idoneum prolaturus. Erga te autem, Socrates, bene atque amice affectus sum. Itaque idem mihi erga te, quod et Zetho erga Amphionem apud Euripidem, cuius modo mentionem feci, accidisse periclitor. Talia enim nunc mihi quaedam adversus te dicere venit in mentem, qualia adversus fratrem ille dicit: Profecto ea, Socrates, negligis, quae curae

esse tibi conveniebat, et ingenium mentis adeo praestans specie quadam puerili conformas, utpote qui nec in iustitiae consultationibus verba recte feceris, neque conveniens probabileque eligas, nec aliis promte consulere possis; quamvis, o amice Socrates, ne mihi succenseas. Benevolentia enim erga te mea proferam. Nonne turpe ducis sic comparatum esse, quemadmodum arbitror et te et alios omnes, qui philosophiam diutius persequuntur? Nempe si te nunc quis, aut alium e coetu vestro quempiam comprehendat, inque carcerem trahat, dicens te, iniuriam quamvis nullam inferas, inferre tamen: certe quid ageres, non haberes, sed vacillares oscitaresque defensionis tuae prorsus ignarus. Proinde adductus in iudicium vel ab tetro admodum molestoque accusatore, ultimo supplicio, modo illi placeret, afficereris. Iam vero quomodo id ad sapientiam spectat, Socrates, si quae ars nacta ingenuae mentis virum reddat deteriorem, adeo ut nec ipse sibi opem ferre valeat, nec ex gravissimis periculis se aut alium quenquam servare, sed inimicorum rapinis exponat cunctas facultates, ipse inscite sine ullo honore in urbe victitet? Iam vero eiusmodi virum, etsi dictu sit agrestius, licet super genam impune pulsare. Quamobrem bone vir me audi, ac iam in vanis versari argutiis desine: decora rerum gerendarum exerce officia, atque ea, ex quibus sapere videaris: ista vero arguta, sive deliramenta appellari oportet, sive nugas,

Unde vacuae habitandae tibi domus sunt,

aliis relinque. Denique imitare non eos, qui haec exigua captant, sed eos, quibus victus et gloria et alia bona adsunt complurima.

Cap. XXIV. 1. Εἰς τετάρτην etc. in quartam, et quintam.

Cap. XXVI. 4. Ἀπερισκέπτως, haud circumspecte.

LIB. XI. Cap. IV. §. 2. Τὸ δ' ἀξίωμα etc.

Auctoritas vero, etsi male dicas, tua
Vincit: nam ab inhonoratis veniens sermo
Et ab honoratis, idem non tantundem valet.

4. Ἀντὶ ἀδοξούντων et δοκ. pro non honoratis et honoratis. Ἀδοξοῦσι, inglorii sunt. εὐδοξοῦσι, in bona existimatione sunt.

Cap. V. 4. Οὐ μᾶλλον etc. non magis ita hoc habet, quam illo modo vel neutro.

5. Πυῤῥωνείων τρόπων, Pyrrhonicorum modorum.

6. Σκεπτικοὶ, ἐφ., ἀπορ. iudicium suspendentes, assensum retinentes, dubitantes. Φαντασίας, imaginationes.

7. Τῶν πρός τι, relatorum.

Cap. XV. 6. Παραγωγὰς, terminationes.

8. Εὐεπιβόλως, recte, ingeniose.

Cap. XVI. 5. Πολυφιλίαν aut πολυτρ. aut πολυσαρκ. socialitatem (*nisi* amicitiam multifariam *dicere oporteat*) versutiam, (*vel si ita loqui fas sit*, versatilitatem) corpulentiam.

LIB. XII. Cap. I. §. 20. Οὐκ ἄρα σοί γε etc.

Non igitur tibi pater erat equitator Peleus,
Neque Tethis mater: glaucum autem te genuit mare,
Et rupes arduae, quia tibi mens est crudelis.

Cap. V. 6. Ἀμαθέστερόν πως etc. indoctius quodammodo loquere, sed apertius.

7. Τὰ πρῶτα etc. prima secundum naturam. Προηγούμενα κ. ἀ. primaria *vel* praecipua, et minus praecipua, secundaria.

10. Ἀναλγησία, indolentia. Ἀπάθεια, affectuum vacuitas.

Cap. IX. 6. Κάκιον etc. peius esse iniuria afficere, quam affici.

Cap. XI. 6. Πρὸς ταῦτα etc.

Ad haec nihil occulta, quandoquidem omnia videns
Et omnia audiens, cuncta revelat tempus.

Cap. XII. 4. Ἀκοινονόητοι, imprudentes.

LIB. XIII. Cap. I. §. 2. Καθ' ἑνὸς etc. in uno subiecto. Μὴ καὶ etc. Ne et praeter fatum domum Plutonis ingrediaris.

6. Τπὲρ στεφάνου, de Corona. Ὁ μὲν etc. Nam qui parentibus tantum se natum putat, fatalem at-

que spontis suae mortem expectat: qui vero etiam patriae, ob id, ne in servitutem illam redactam videat, occumbere volet.

7. Τὴν πεπρωμένην etc. factum et spontis suae mortem.

8. Αὐτόματος Θ. spontanea mors.

Cap. V. 9. Ἡδίων ὁ Λέσβ. suavius Lesbium.

Cap. VI. 1. Προσῳδίας, accentus.

Cap. VII. 2. Ἡ δὲ δὴ λ. etc. leaena vero animalium fortissimum et audacissimum, semel in vita parit unum. Enitendo enim simul cum foetu pariter matrices proiicit. Rei vero huiusce haec causa est, quod, cum in matrice manens motitari incipit catulus, motus ille unguiculis praemunitus ferarum longe omnium acutissimis, matricem discerpit; tum in maius continuo augescens multo magis dilanians prodit; instante vero iam nixu, prorsum relinquitur eorum integrum et sanum nihil.

3. Ἐπίκοινον, promiscuum.

4. Εἱστήκει etc.

Stetit, sicut aliquis leo circa suos catulos,
Cui quidem catulos ducenti occurrerint in silva
Viri venatores.

5. Πυκνὰ μάλα etc.

Crebro admodum suspirans, sicut leo pulchre iubatus,
Cuique catulos venaticus surripuit vir
Silva ex densa. Dolet acre; sequensque
Deinde nemus versat, scrutans vestigia, si quo
Versa viri inveniat, coquit illum bilis amara.

7. Λέων δ' ὅτι etc. leonem aversum coire retroque urinam reddere, iam dictum est. Coit paritque non quovis tempore, attamen quotannis: parit autem vere. Binos fere parit, neque plures senis, interdum etiam unum. Nam quae narratur fabula, leaenam parientem eiicere matricem, delira est; sed composita ex eo fuit, quod animal hoc rarum est. Eius rei, qui fabulam confinxit, causam ignoravit. Rarum igitur leonum genus est: rarisque gignitur locis, et tota Europa dumtaxat inter Acheloum et Nessum fluvios. Ipsa quoque leaena parit pusilla omnino, adeo ut post alterum aetatis mensem vix

ingrediantur. Terrae Syriae leaenae quinquies pariunt: primum quinos: post deinde pauciores: postremo nullum, sed effoetae agitant. Caret leaena iuba; solus habet mas. Mutat dentes leo quatuor eos tantum, qui canini appellantur, duos superiores, totidem inferiores; idque aetatis suae mense sexto.

Cap. IX. 3. Παυδέκτας, pandectas.

4. Τειν, pluere.

Cap. X. lemma. ἔτυμον, originem.

Cap. XI. 5. Βιωφελῆ, vitae utilitatibus conducentia.

7. Πέμμασιν, placentis. Πέψει, concoctione.

Cap. XVII. 3. Παροιμιώδης, proverbio tritus. Πολλά etc. Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

Cap. XVIII. 1. Σοφοὶ etc. Sapientes tyranni sapientum consortio.

2. Αἴας ὁ Λ. Aiax Locrensis.

3. Γέρων etc. Senex senem ut puerum ducam te ego.

4. Ἐν τῷ π. Π. in ignifero Prometheo. Σιγῶν etc. Silens ubi opus est, et tempestiva loquens. Σιγᾷν etc. Silere ubi opus est, et loqui, ubi tantum est.

Cap. XX. 14. Ἠέρα βαθ., caliginem et nebulam profundam.

25. Κολοιούς τε ψ. graculosque sturnosque. Ψαρῶν, sturnorum. Τῶν δ' ὥς τε ψ. Horum ut sturnorum it nubes, graculorumve.

Cap. XXII. 3. Νηρείδας, Nereidas.

4. Σκιομαχία, umbratilis pugna.

Cap. XXIV. 7. Δὶς ταὐτὸν etc.

Bis idem nobis dixit sapiens hic Aeschylus,
Venio enim ad terram, inquit, et descendo.
Ast venio idem est, quod descendo.
Ita per lovem, ac si quis vicino dixerit,
Commoda tu mactram, vel, si vis arcam panariam.

Μάκτρα et κάρθ. mactra et arca panaria.

12. Ἀπομνημονεύειν, commemorare.

16. Ἕκτορα etc.

Hectorem autem ex telis subduxit Iupiter, extraque pulverem,
Extraque caedem, extraque sanguinem, extraque tumultum.

Τομῖναί τε etc.
Proeliaque, pugnaeque, caedesque, homicidiaque.
18. Μηκέτι etc.
Ne amplius filii dilecti bellate, neque pugnetis.
20. Μνηστῆρες δ' ἄρα etc.
Proci autem Telemacho interitum mortemque Parabant.
Θάνατον κ. μ. interitum et mortem.
21. Πολ. κ. μ., bellate et pugnate. Βάσκ' ἴθι etc.
Vade, i, somnium perniciosum; et:
Vade, i, Iri celer.
Ἐκ παραλλήλου, ex geminatione.

Cap. XXVI. 1. Γλαύκῳ etc.
Glauco, Nereique, atque maris genio Melicertae.
3. Νεωτερικ., novitatis studiosior. Ταῦρον etc.
Taurum autem Alpheo, taurumque Neptuno.

Cap. XXVIII. 4. Ἐμφατικ., expressius.
5. Τὸ ἐπὶ τῇ φ. μ. in lente unguentum.

Cap. XXX. 2. Τδροκι, canis aquam bibens.
14. Κιῤῥόν, gilvum. Πέψιν, concoctionem.

LIB. XIV. Cap. I. §. 5. Παχυμερέτερον, crassius et pingiori Minerva.
23. Λογικὰ ζῷα, animalia rationalia. Νευρόσπαστα, nervis tracta, *sive* fidiculis mota.

Cap. III. 4. Παιδείας etc. institutionem autem minime recte attigisse.

Cap. IV. 1. Περὶ κ. etc. de honesto et voluptate.
4. Πάρθενος etc. Dicitur autem virgo esse, per quod quasi tesseram innuitur, eam esse incorruptam, improbis nunquam concedere, non admittere orationem suavem, non deprecationem, non adulationem, non denique quidquam aliud tale. Quas ob res merito etiam tristis pingitur ac contracta fronte, aspectu contento et torvo, ut iniustis terrorem incutiat, iustis fiduciam praebeat: quando huiusmodi facies iustis grata, iniustis molesta est.

Cap. VI. 3. Ἐν τῇ ἔσω Θ. in interiori mari. Κατὰ Ἀρίστ., iuxta Aristarchum. Ἐν τῇ ἔξω etc. in exteriore, iuxta Cratetem.
4. Ἰσόψηφοι, pares, quorum omnes literae pro

numeris acceptae eundem numerum efficerent et constituerent. Παραστιχὶς, continua series.

5. Ὄναιό σου ταύτης etc. proficiat, *sive*, bene sit tibi multiiugae doctrinae gratia. Ὅ, τι etc. Quodcunque tibi in domibus malumque bonumque accidisset.

Cap. VII. 2. Εἰσαγωγικὸν, introductorium.

LIB. XV. Cap. III. §. 8. Ἀνέρυσαν etc. Retraxerunt quidem primum, et iugularunt, et excoriarunt. Et: Valde strepentes et sonantes.

Cap. VI. 1. Ὁμήρου τὸ η. Homeri librum 7. *sc. Iliadis*.

4. Ἀνδρὸς etc.

Ecce viri tumulum, qui pridem a lumine cessit.
Abstulit hunc satis praeclarum splendidus Hector.
Quondam ita quis dicet: mea nunquam gloria olebit.

Cap. VII. 3. Ἀνδραγαθούντων ὑμῶν etc. viriliter agentibus vobis et suscipientibus.

Cap. X. 1. Περὶ ψ., de anima.

Cap. XIX. 1. Περὶ ἐδεσμάτων, de eduliis.

Cap. XX. 7. Ἐν ταῖς πρ. Θ. in prioribus Thesmophoriazusis. Νῦν οὖν etc.

Nunc igitur omnes admoneo et dico
Virum hunc ulcisci multis de causis:
Fera enim vobis, matronae, facit mala,
Utpote in agrestibus oleribus nutritus.

8. Ὁ δὲ Ἀναξ. etc.

Anaxagorae alumnus veteris.
Durus quidem mihi videtur ad salutandum,
Et ridendi exosus, et iocari ne ad vinum quidem
Consuetus: verum quidquid scripserit, id
A melle et Sirenibus profluit.

10. Οὔ ποτε etc. Nunquam memoria tua, Euripides, peribit uspiam.

Cap. XXVI. 1. Λόγος etc. oratio in qua positis quibusdam aliud quid positis necessario consequitur per ea quae posita sunt.

Cap. XXVIII. 6. Κατὰ Ἀνδρ. etc. in Androtionem et Timocratem.

Cap. XXXI. 1. Πολιορκ., urbium expugnator.

LIB. XVI. Cap. I. §. 1. Ἐνθυμ., commentatiunculam.

2. Ἂν τι πρ. etc. Si cum labore honestum quippiam egeris, labor quidem abit, honestum manet. Si cum voluptate turpe feceris quippiam, quod suave est, abit, quod turpe est, manet.

Cap. III. 6. Διαιρέσεων, divisionum.

7. Ἐλογιζόμεθα etc. Cogitabamus igitur propter robustam ventris compressionem esse illam grandem inediam: et ii qui sponte nimia abstinent cibo, primis temporibus fame afficiuntur, post autem non amplius. Consueverunt enim Scythae, si quando per aliquod tempus inediam ferre coguntur, latis fasciis ventrem cohibere, quasi ita fames minus eos infestet. Ventre autem fere pleno, quia nulla sit in eo inanitas, fit, ne esuriant. Dum autem venter compressus admodum est, caret inanitate.

10. Ἄπορον δὲ καὶ etc. dubium autem est, indigensque considerationis, cum in hoc, tum in ceteris famelicis, quare in frigoribus magis quam tepidis, huiusmodi casus incidat.

Cap. VII. 13. Οὐδετέρως, neutro genere.

Cap. VIII. 1. Εἰσαγωγὰς, introductiones.

2. Περὶ ἀξιωμ., de pronuntiatis.

4. Ἀξίωμα λεκτὸν etc. axioma dictum per se absolutum, enuntiabile quantum ex semetipso.

14. Παραδιεξευγμένον, vitiose disiunctum.

Cap. IX. 3. Ἀδιαφορεῖν, indifferens habere.

Cap. XII. 1. Ἀπὸ τοῦ ἐῤῥειν, a vagando, *sive* aegre eundo.

2. Ἔῤῥ' ἐκ ν. etc. Abi ex insula ocius pessime viventium.

4. Βάσκανον, invidum. Βασκαίνειν, invidere.

5. Φαινεράτωρ, etc. facile apparens, ab apparendo ad id, quod melius ac benignius est.

Cap. XVIII. 1. Ὀπτικὴ, perspectiva, s. adspectiva. Κανονικὴ, regularis.

4. Ῥυθμὸς, modus, numerus. Μέλος, modulatio, cantus.

5. Μετρικὴ, dimensio.

LIB. XVII. CAP. II. §. 11. Θεῖναι εἰς μέσον, ponere in medium.

15. Τεμένων ἱερὰ, templorum sacra.

CAP. III. 2. Ἀγοραίους, viles, mercenarios, circumforaneos. Καὶ δὴ etc. Atque adeo navium ligna putrefacta sunt, et sparta dissoluta.

CAP. IV. 5. Κηφισιεὺς etc.

Cephisieus ex Diopeithe patre,
Quinque et centum cum scripsisset fabulas,
Fato est defunctus, annos natus duo et quinquaginta.

CAP. V. lemma. Ἀμφισβην. ά. ὁ. ambiguum pro confesso.

3. Τεχνικοὶ, artificiales.

CAP. VIII. 7. Μὴ γελᾶτε etc. Non ridete, inest oleum: verum vos nescitis, qualis matutino diluculo hodie rigor fuerit; itaque congelatum est.

10. ΑΙΘ. οἶνον, calidum vinum.

CAP. X. 9. Τᾶς ἐρεύγφται etc.

Cuius eructantur quidem inaccessi ignis purissimi
ex cavernis fontes: fluviique
interdiu quidem profundunt fluxum fumi
candentem; sed in tenebris saxa
rutila evoluta flamma in profundum defert maris aequor cum fragore.
Illa autem Vulcani bestia gurgites
horrendissimos eiectat: monstrum quidem mirabile aspectu; sed et miraculum transeuntium, si audiant.

14. Ῥόον καπνοῦ α. flaxum fumi calidum, s. candentem.

15. Κρουνοὺς, fluenta. Ἀκύρως, improprie.

CAP. XI. 1. Τέγγε etc. Madefacito pulmones vino: astrum enim nunc exoritur.

4. Ἐπιγλωττὶς, apposita lingua.

CAP. XII. 4. Ἄλλοτε μητρυιὴ etc. Quandoque noverca est dies, quandoque mater.

5. Μία μητρυία etc. una noverca, duae matres.

Cap. XIX. 3. Ἄνθρωπε, etc. Mi homo, ubinam mittis? considera numquid purgatum vas sit? nam si ad opinionem ea immittas, interierint. Sin computrescant, in urinam aut acetum convertentur; aut quid iis ipsis deterius.

4. Κυνικώτερον, magis cynicum, h. e. multo acerbius.

6. Ἀνέχου καὶ ἀπ. sustine et abstine.

Cap. XX. 4. Ἐνθύμημα, commentum.

5. Ὁδοῦ πάρεργον, obiter.

Cap. XXI. 1. Ἀπαίδευτος, ineruditus. Συγχρονισμούς, congruentia tempora.

31. Ἀνὴρ etc. Vir fugiens etiam rursus pugnabit, *l.* pugnare potest.

33. Ἀνδρωνῖτιν, γυναικωνῖτιν, habitationem virorum, habitationem mulierum.

LIB. XVIII. Cap. II. §. 13. Νήπιοι etc.

Stulti neque sciunt, quanto plus dimidium sit toto,
